26

NALE
3
A
6
VITT. EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35
28



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

METHODUS JURIS FEUDALIS, COMMUNIS ET SAXONICI,

Una cum integro textu Saxonico, juſto ordine connexo.

Cui adjecta eſt Epitome totius Juris Feudalis, his Diſputationibus, & ſingulis earum theſibus, comprehenſi.

AUTORE

JEREMIA REUSNERO,

U. J. D. & Profeſſ. Publico, Electoralis Curiæ, Facultatis Juridicæ & Scabinatus in Academiâ Wittebergenſi Adſeſſore.

WITTEBERGÆ,

Impenſis JOHANNIS BERGERI Bibliopol.

Typis JOHANNIS RÖHNERI,

ANNO MDC XXXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

Sereniſsimo ac Potentiſsi-
mo Principi ac Domino

DN. GUSTAVO ADOLPHO,

Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regi, Magno-Duci Finlandiæ, Duci Eſtoniæ, Careliæ & Franconiæ, Domino Ingriæ;

Domino ſuo Clementiſſimo,

Salutem ac Victoriam.

TAm divina ac excellentia tua in nos, REX SERENISSIME, merita ſunt, ut vix ſatis grati videamur, ſi ſinguli vel ipſam vitam ac ſpiritum tibi concedamus. Nam prodire in lucem & vitam capere,

Digitized by Google

naturæ jus est; neque per se ad felicitatem magnopere facit; at verò sine dedecore vivere cum suis, fortunas, conjuges, liberos, libertatem deniq; atq; religionem, summa humani generis bona, salva habere & integra, id verò dono nobis dari solet, atque ejusmodi est, ut homini nato nihil majus, præstantius, ac optabilius contingere queat. Quæ omnia cum tuis potissimum, Rex Invictissime, consiliis, laboribus atque periculis ex flammâ ac ferro, & ipsis propemodum atrocissimi hostis faucibus erepta & conservata, nobisq; restituta teneamus; nemo equidē pares beneficiis tuis gratias referat, licet vel ipsam vitam impendere velit, cùm & hanc tuo munere retineamus. Quæ consilia à multis annis, nefaria planè ac crudelissima, agitarint & consultarint contra nos veritatis Hostes, quàm ferale & luctuosum excidium minati sint

Witten

Digitized by Google

Wittenbergæ noſtræ, vel ſcriptis libriſq; proditum eſt. Quæ jamdudum expatraſſet dirus furor, niſi invictum armorum tuorum robur, Rex Auguſtiſsime, cum Sereniſsimi Electoris conjunxiſſes copiis, & ad tot veterum triumphorum gloriam, hanc quoque novam pulcherrimamq; Victoriæ Lipſienſis lauream adjunxiſſes. Eo enim unico prælio omnes illius impiiſsimæ crudelitatis machinæ deſtructæ, diſſipatæ, atque, ut ominamur, everſæ ſunt. Pro quibus maximis beneficiis, Sereniſsime Rex, ſicuti omnes tibi meritò ſummas ac immortales ſeſe debere gratias ultrò fatentur; ita ipſe meam pietatem peculiariter, conſecratione chartaceæ hujus Strenæ, humilimè volui probare. Ac ſi Auguſtum olim, maximum Principem, munuscula iſtiusmodi Calendis anni auſpicibus, vel à viliſſimâ plebe, cum voluptate quadam

Digitized by Google

accepiſſe legimus; Tu quoque, Maxime Rex, qui ejus non tantum nomen, quodam divino augurio, retines; verum vîrtutes quoque incomparabiles, ut videbantur, ita imitaris ac exprimis, ut vincere longè ac ſuperare videaris; hoc quoque noſtrum donarium, quod ad S. Majeſt. T. pedes deponimus, hilari & ſerenâ, hoc eſt, illâ fronte excipias, qua tu tot afflictiſsimas provincias, inſtar ſalutaris ſideris, ſubitò illuſtrasti. Quod ſi dare & inſtituere Feuda regia res eſt, atque ad Principes & Victores præcipuè pertinet jure tibi, Principi maximo, Victori glorioſiſsimo, eorum Jus, quod Saxonum proprium, ſed indigeſtum planè penitusq; confuſum fuit hactenus, nunc autem ordini ſuo à me naturæq; redditum ac reſtitutum primitùs eſt, inſcribitur ac dedicatur. Ego verò, Rex Sereniſsime, non deſinam precari ac venerari

DEUM

DEUM immortalem, ut qui hactenus ejus favor tuas expeditiones prosequutus est, is & inposterum signa tua ac arma constanter comitetur, tibiq; cum novo isto anno novarum victoriarum cursus quotidie aperiatur; ut tandem victis & superatis Impietatis partibus, & redditâ, undiq; & stabilitâ pace, omnes reduci ac triumphanti meritò acclamare habeamus: VIVAS, SUPERES, Tu NOS LIBERASTI. Dab. Wittebergæ Kal. Januar. Anno Christiano M. DC. XXXII.

R. Majest. V.

Subjectissimus servus

JEREMIAS REUSNERUS D.

PROLEGOMENA

Ad Lectorem.

QVæ ſingula obſcuram & difficilem reddere ſolent ſcientiam aliquam, Orationis nimirum barbaries & aſperitas, terminorum novitas, ordinis perverſitas, & ſententiarum contrarietas: ea univerſa, ſi in ullam Juris noſtri partem, in eam certè, quæ de Feudis, objecto ſanè nobiliſſimo & frequentiſſimo, tractat, uno veluti impetu confluxiſſe, & quaſi datâ conductavè operâ combinata deprehendimus. Etſi enim Jacobus Cujacius *in Epiſt. dedicat. comment. de feud.* Jus hoc ſermone minimè illepido conſcriptum eſſe vult: omnes tamen omnino Interpretes in hoc habet diſſentientes, ipſiusq; diſcipulus adeò & ſectator perpetuus Dn. Johannes Borcholten *in Epiſt. dedicat. comment. in conſuet. feud.* in Libris hiſce genus orationis incultum, aſperum

Jus Feudale difficile:

propter

Orationis barbariē:

rum & insipidum esse ait. Neque enim eâ styli elegantiâ, eovè nitore aut cultu orationis, & nativâ quadam puritate conscripti sunt Libri Juris Feudistici, qua vel Jurisconsultorum veterum responsa, ex quibus Pandectæ sunt compositæ, vel qua plerorumq; Imperatorũ Constitutiones constant, quæ in Codicem Justinianæum sunt relatæ; sed quemadmodum Pontificum Rom. Epistolæ, quæ Decretales vocantur, sic & Feudorum libri barbariem illius seculi redolent, quo scripti sunt: ut non minimam difficultatem parere soleat barbaries vocum feudalium, & horror ac stribligo sermonis, quo feuda in usum venerunt, & tandem conscripta sunt, uti graviter differit Conrad. Rittershusius *in Prolegom. ad commendat. feudor.*

Terminorum novitatem.

Qualis autem oratio est, tales etiam artis illius sunt termini, nimirum novi, exotici, obscuri, &, ut uno dicam verbo, barbari. Quis enim apud purioris Latii incolas & scriptores unquam legit nomen *Feudi, Vasalli, Valvasoris, Valvasini, Curtis, Feloniæ, Morganaticæ, Guardiæ, Guastaldiæ, Marchæ, Hostendiviarum, Hereslicii, Campionis, Investituræ, Guerræ,*

AD LECTOREM.

Credentiæ, Allodii, Cavenæ, Defensionis cum Sacramentalibus, Feudatarii, Fodri, Geniculi, Laudamenti, Libellariæ, Ligæ & Ligii hominis, Mansi, Mareschalci, Regaliarum, Romandiolæ, Soldatæ, & iexcentorum similium. Quis ex JCtis nostris, si ab inferis in patriam redire, aut libros hosce legere liceret, dicere posset? quid esset *Guarentare, Assilire, Cucurbitare, Refutare, Diffidare, Invadiare hominem, Placitare, Iudicare pro anima, per chartam possidere, in capillo esse*, & hujus generis infinita? quæ neque Varro, neque Cicero, neque Maro, neque Festus, neque Flaccus intelligerent. Unde Fr. Hottomannus barbaricâ horum librorum scriptione offensus, ingeniorū illam carnificinam, & Augiæ stabulum esse asserit, in quo expurgando altero Hercule opus foret. Et tamen termini artis ipsius quasi involucra quædam sunt, quibus abdita quidem illius penetralia, notiq; ad unguem esse debent: quippe à quorum cognitione ad rerum provehimur intelligentiam, *juxta Scalig. Exerc. 1. sect. 1.* ut turpe sit differenti proprios ignorare terminos, & prius determinare rem ipsam, quàm terminos perci-

percipere, uti post Angelum Manticam & Farinacium loquitur Warem. de Ehrenberg. *Lib. 1. Meditament, pro fœder. cap. 3. n. 4.*

Neque verò magis cognitionis apicem cortingere poterit, qui vocum quidem & terminorum exactam habet notitiam, nullo tamen ordine ductus, modò hanc, modò illam artis particulam degustaverit: nam & scire quid facias, nescire verò quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, refert ex D. Ambrosio Baldus noster. Et quemadmodum duos pariter sylvam transeuntes cernimus, hunc quidem per devia laborantem, illum vero recti itineris compendia eligentem: pari motu cursum tendere possunt, sed non æque progressus faciunt, similiter bonarum artium studia tractantes, etiamsi pari industriâ, contentione; simili laborent; is tamen, qui sine ordine procedit, laborat quidem, sed non perficit, & quasi aerem verberans vires in vētum fundit. Quod ipsum libros hosce feudales tractanti usu venit, quippe in quibus nulla ordinis ratio appareat, uti gravissimè conquerūtur viri docti: Nam operis hu-

Ordinis perversitatem.

hujus Architecti, rerū magis forensium, quàm Scholasticarum periti, confusè, & absque notabili ordine Rhapsodias hasce suas in volumina contulerunt, infit Matthæus Wesenbecius *in proœm. Oeconom. Consuet. feud.* Liber feudorum confusus, neque ullo certo judicio aut ordine compilatus est, inquit Schraderus *in proœm. tract. feud. num. 7.* In feudorum libris res etiam ipsæ, sine ordine, confusè & intricatè traditæ, & subinde ad fastidium & nauseam usque repetitæ sunt, clamat Borcholdus *d. loc.* Cui concinit Rittershusius; Feudorum libri (inquiens) nullum ordinis lumen præ se ferunt, sed confusè, sed perturbatè, sed præposterè, & verè, quod dicitur, ὕστερον πρότερον scripti collectivè sunt, velut imperitè consuti centones, *in prolegom. Partit. feud.* Summa, Vetus ac pervulgata est querela, & res notior, quàm ut verbis egeat, libros feudales, quibus hodie utimur, sine omni ordine conscriptos esse, ut magis cujusdam Rhapsodiæ & farraginis atq; centonum malè consutorum, quàm librorum ex arte factorum nomen mereri videantur, concludimus cum eodem Rittershusio *d. loc. in pr.* Sude-

Superatis autem his difficultatibus omnibus succedit tandem major, quæ Lectorem planè relinquit dubium & incertum. Videmus enim subinde in capitulis feudalibus relatæ alicujus loci consuetudini statim contrarium alterius, puta Mediolanensis vel similis civitatis usum subjungi: nec minus frequenter datæ ab uno Sapiente facti alicujus decisioni, contrariam protinus subjecti: Quo ipso omne Juris fundamentum everti videtur. Sive enim tacito populi consensu, diuturnisq; utentium moribus jus hoc venire, sive Prudentum responsis, tacitâ approbatione Imperatorum Germanicorum roboratis, illud niti statuerimus, incertum tamen erit, cujus civitatis consuetudo, vel cujus Prudentis responsum receptum sit & approbatum. *Sententiarum contrarietatem:*

Sed nec meliorem ab interpretationibus JCtorum antiquiorum nacta est sortem hæc Juris pars, quippe quæ in illâ superioris memoriæ barbarie inconditis rursum, indigestisq; commentationum molibus onerata potius quàm ornata, majorem indies deformitatem, speciemq; horrendam & dis-

Antiquiorum quorundam Interpretum rudita-

tem.

tam

tam induere cœpit, uti habent verba Matth. Weſenbecii *d. loc.* Plurimæ enim controverſiæ in hoc Jure ab illis Interpretibus relictæ, quæ Gordio nodo intricatiores, & tam ambiguæ ſunt, ut nulla ſpes affulgeat, eas unquam componi poſſe, niſi Princeps illas Imperatoriâ authoritate interpoſitâ ſopiat, conquieritur Roſenthal. *cap. 2. de feud. concl. 33. num. 1.* Hinc Vultejus rectè animadvertit *in Epiſt. dedicat tract. de feud.* Interpretes quoſdam textus feudales nō interpretari, ſed lacerare; multos conciſos nimis eſſe; plerosq; omnes nec ad rem pertinentia, nec ea quæ pertinentia ſunt, ordine juſto tractare, quæ omnia maximè diſcentem impediant. Ut mirum jam non ſit, Cujacium tandem veritate convictum exclamare *in d. Epiſt. dedicat.* nullam eſſe partem Juris pejori conditione, quàm illam, quæ de feudis eſt, & jure militum militari.

Etſi verò difficultatibus hiſce ſubſequentium JCtorum eruditis commentariis, tractatibus ac diſputationibus magnam partem quæſitum remedium: locum tamen aliquem & mihi

ſuper-

fuperesse intellexi. Postquam enim ante annos aliquot in gratiam Studiosæ Juventutis Synopsin Juris feudalis publicè tradidi, eandemque deinceps Disputationibus sex comprehensam repetii: postmodùm vero ipsos Feudorum Libros, singulosq; eorundem titulos ac paragraphos Scholis publicis eousque, quatenus officii ratio permisit, interpretatus sum: animadverti quam plurimas in Jure illo controversias, nodosq; intricatiores, ob solam Juris feudalis Saxonici sive ignorantiam sive despectionem non satis declaratas & conciliatas mansisse; ex hujus autem conjunctione & intellectu non parum lucis illis accedere. Neque id sanè injuriâ. Constans enim omnium Historicorum est sententia, imò res ipsa evincit, consuetudines istas feudales, & totam quæ de feudis in Italiâ viguit observantiam, à Longobardis, Saxoniæ olim incolis, descendere, qui eas jam antea in patriâ suâ usitatas, & pro Jure habitas eo transtulerunt, antequam sub Imp. Justino, circa annū Christi Quingentesimum Sexagesimum octavum per Pannoniam in Italiam irruperunt.

Juris Feud. Sax. ignorantiam

ex qua illud interpretandum: Quia 1. Hoc illius fons.

Et

2. *Hoc illo antiquius.*

Et quamvis plenam non mereatur fidem compilator Juris Saxonici, qui *in præfat. Speculi* asserit, illud ab Imp. Constantino Saxonibus datum esse; apparet tamen ex legibus Alemannorum *tit. 1. 12. 14. 25. 27. c. 6. tit. 80. 83. tit. ult. in fin.* Ripuariorum *tit. 52. 56. 68. 90.* Boioariorum *tit. 1. 10. 24. & cap. de Ducibus, tit. 1. & 2. cap. de Placit. tit. 1. tit. de Genealogiis §. 1.* & Salicâ, in quibus Ducum, Comitum, Vassorum, Allodii, Fidelitatis & similium verborum feudalium mentio fit; illas consuetudines jam tùm tempore Merovingorum & Clodovæorum, qui post Annum Christi 419. in Galliis regnum tenuerunt, & sic multò ante regnum Longobardicum in Italiâ fundatum, Saxonibus receptas fuisse, quas retinuerunt usque & post Caroli Magni (qui licet devictos, suis tamen legibus & consuetudinibus rationabilib. vivere permisit, uti indicat Glossator *Lib. 1. Landr. art. 18. num. 5. in fin.*) tempora, donec jussu Imp. Friderici II. circa annum Christi Millesimum ducentesimum decimumtertium per Eckium à Repkau in istum librum congestæ sunt. Nam eo demum tem-

tempore consuetudines feudales, quas antea sub Friderico I. qui Barbarossa cognominatus, Gerhardus Niger & Obertus de Orto Cos: Mediolanenses, aliiq; deinde Advocati, in scripturam sparsim redegerant, idem Fridericus II. non modò in unum congeri, verùm & publicè proponi in Scholis mandavit.

Accedit terminorum & vocum feudalium natura & origo, quas omnes ferè è Germanicâ in Latinam linguam, sed corruptè translatas esse, sedulo rerum Germanicarum indagatori obviam fit. Nam ipsum *Feudi* nomen à Faida (uti vocatur in Constit. Caroli M. *cap. 23.*) vel Fehde, quod utrumque bellum & inimicitiam denotat, descendit. *Vassi*, & inde descendentium diminutivorum *Vasalli, Valvasoris & Valvasini* nomina origine non Latina, sed Germanica esse, nemo negaverit; quanquam horum vim & originem exponere perdifficile sit, inquit Hottomannus *in Disp. de feud. cap. 3.* Sic *Felonia* nihil aliud est quàm Fehl / *Morganatica* Morgengab / quæ alibi vocatur Morgengeba vel Morginçap: *Quardia*

3. *Hujus terminis propriis illud constat.*

Warthe/ *Guasthaldia* Gasthalden/ *Marcha* Marck/ *Hostenditia* Ostendienst/ *Hereslicium* Heerschlitz/ *Campio*, Kampff/ *Investitura* compositum à Vestigen/ bevestigen/ *Guerra* Werre/ quod antiquè pugnam denotat *Allodium* quasi allelod/ oder los. *Fodrum* Foder oder Futter/ *Marescallus* compositum à Mär oder Mär/ quo Equum majorem, & Schall/ officialem vel præfectum antiqui Saxones intelligebat, *Soldata* à Solde/ *Guarentare* gewehren/ *Assilire* ex Germanico Latinum, quasi Ansprengen/ ut & *in capillo esse*, in haaren gehen/ quæ nota virginitatis apud Saxones, & *Diffidare* befehden. Sic in Caroli M. & aliis antiquis Longobardorum legibus, quarum sæpius in Jure feudali mentio fit, multa reperire licet, quæ partim planè sunt Germanica, partim sensu Germanicæ derivationis, sed in Latinum ita distorte translata, ut à Germanis ipsis non intelligantur: ut *Tollonenum* à Germanico Zoll/ quod Saxones Toll efferunt *Farmanniti* die vermahnt oder gewarnet sein/ *Missi* Gesanten/ *Nunnanes* Nonnen/ *Coclearius* vel Caeculator Kochler oder Gauckler/ *Cogciones* Gecken/

Battare

Bettere, Saxonum, betteren oder beſſern/ *Giruagii* quaſi Irrwagen/ & *Sarabatti* quis ſeer beten oder bitten quod utrumque proverbialiter circumcelliones, errones & mendicos, inprimis Monarchos mendicantes deſignat, *Cuplaſcanum habere* Kuppelnhunde haben/ *Tecuria* Decke/ *Cloca* Glocke/ *Mundius*, *Mundualdus* Vormundt/ Mündlein/ *Illaldiones* Ehehalden/ qui miniſtri antiquis dicebantur, *Heribannum* Heerbann oder Heerpand/ Saxonum dialecto; *Ciſpaticus* Zinßbar/ *Bauga* Baude oder bude/ *Mannitus* gemanet/ gefordert/ quaſi per viros citatus. *Suunis* Suhne/ *Denariolis* Dienerle/ hoc eſt, ſervulus. *Cartularius* Gärtner/ *Mordricare* Morden/ ermorden/ *Alveſtat* Alſtadt vel etiam Halberſtadt/ *Erpfesfurt* Erffurt/ *Foranheim* Forcheim/ *Brenberg* Bamberg/ *Raginſpurg* Regenſpurg/ *Magadopurg* Magdeburg/ *Judicium Scabinorum blaſphemare*, der Schöppen Vrtelſchelten/ interpoſitâ ſcilicet Leuteratione. *VVidrigildum* Wehrgelt/ *Aldiones* vel *Aldianes* aut *Aldæ* halden veteri verbo famulos aut famulas denotante, ut & *Liddi* Lieden/ unde adhuc uſitatum Liedlohn. *Fiat compoſitus*

positus (vere de beygelegt) *Harmiſcara* Armſtare Saxonum dialecto, quod nobis brachii forcipem, pœnæ genus denotat & hujus generis quamplurima, in quarum notationem inquirunt Hottomannus *de verb. feud.* Commentator ad Conſtitutiones Caroli M. Wehnerus *in pract. obſervat.* Beſoldus *in Theſaur. pract. & in tr. de Nat. populor.* Speidelius *in Sylloge* & alii.

4. *Hoc illi conſonum eſt.*

Denique Jus noſtrum Saxonicum ad interpretandum conſuetudines feudales commodè adhiberi docet perpetua ferè conſonantia utriusque Juris: quæ in hoc libello juxta ſingula membra ſatis demonſtratur. Quamvis enim infici as ire non poſſumus, in non paucis à Jure Saxonico receſſum eſſe poſterioribus temporibus, adeoque differentias plurimas introductas: id tamen vel à licentiâ hominum militarium, & qui pleraque impetu magis quàm ratione admiſcebant, vel ab ignorantia ipſius Juris Saxonici profluxit. Nam antiqui Saxones, ut & ipſi Longobardi, qui in Italiam progreſſi ſunt, homines utriq; militares erant, & quodammodò barbari, Ethnicæ idolomaniæ

Differentiarum (quarum fons aperitur) natura & rationes ex Hoc clarius patent.

niæ dediti, & literarum planè rudes. Unde factum est, ut quamplurimas cōsuetudines irrationales, impias vel superstitiosas, tam antea habuerint, quàm postea noviter assumserint: quas deinde, post aliquot secula ad Christianismum conversi, literisq; quodammodò exculti, abjecerunt, & sic novi illi & reformati usus in scripturam redacti sunt. Deinde quia, uti dictum, jus feudale patrium scriptò comprehensum non habebant, facili modo illius ignorantia in partibus aliquibus post tot annorum curricula ipsis obrepsit. Quæ etiam causa est, quod succedentibus temporibus, quibus Jus istud per Interpretes illos antiquiores in toto Rom. Imperio doceri cœptum, plurima ex Jure Canonico & Civili interpolata sint, quæ alio longè sensu in Saxoniâ recepta erant: quod Saxonum Jus, quia in Imperio planè negligebatur, apud nos quoque minus excultum erat, intellectus autem illi ex Canonico & Civili jure tam altas radices egerant, ut ubiq; secundum illos pronunciaretur, & à maximis minimis pro jure & usu feudali observarentur, factum est, ut & in

ipſam noſtram Saxoniam illi irripſerint, & ſic Saxonum illos mores aboleverint: inprimis in illis caſibus, qui ad proceſſum attinent: quippe qui magis Juri Canonico vel Civili conformis eſſe cœpit, poſtquam omnia per ſcripturam, & non, ut olim, dicto & vivis teſtimoniis geſta & peracta ſunt. Hujus autem rei veſtigia quamplurima cum in conſuetudinibus illis feudalibus in ſcripturam traductis, remanſerint; adhuc felicius ex Saxonico hoc jure interpretari poſſumus.

Quod minus excultum;

et nullo ordine traditum.

Apparet autem Jus Saxonicum parum excultum eſſe, præſertim quod de feudis tractat. Nam ſparſim ſaltem, & quaſi per ſaturam à Johanne Schneidewino & Hartmanno Piſtoris primitus ſuis de Feudis commentariis inſertum eſt: idem quoque factum à Reinhardo & Fachſio. Reinhardum ſecutus eſt Matthias Colerus in Deciſionibus, qui Differentias ab ipſo traditas verbotenus in ſuum tranſtulit librum, ſæpè haud differentes: & tamen hi omnes ſine ullo ordine ac methodo, unnon niſi confuſam ſcientiam Lector inde haurire poſſit. Sic quamvis à Melchior

chiore Zobelio totum Jus Saxonicum multâ curâ & diligentiâ recognitum, & Glosis ac additionibus illustratum est: nullum tamen ordinis lumen in omnibus illis libris reperire licet. Melchior Klingius equidem Jus provinciale Saxonicum in Epitomen quandam redegit, & quatuor libris comprehendit; ita nimirum, ut Primo Libro ea quæ ad jus personarum; Secundo quæ ad processum judiciarium pertinent complexus sit: Tertium verò juxta ordinem priorum trium Librorum Institutionum Imperialium digesserit, & denique in Quartum Librum criminalia conjecerit: sed ut quid de Methodo hac sentiendum sit nihil dicam, constat certè de Jure Feudali nihil aut parum in illis libris tractari; imò ea quæ Jure feudali Saxonico comprehenduntur, planè prætermissa, & ne verbulo quidem attacta esse.

Unde id ab Autore factum.

Cum itaque jussu & auctoritate Serenissimi Saxoniæ Electoris, Domini mei clementissimi, Custodis ac Vindicis Juris Saxonici laudatissimi, Feudorū Jura in inclyta hac Academia Saxonicâ publicè hactenus docuerim:

mearum duxi esse partium Jus istud à situ & interitu vindicare, & quantum per ingenii vires ac labores officii ordinarios licuit, dilucidare ac in ordinem redigere: præsertim cum id hactenus nemo, quod sciam, fecerit, id verò multa utilia, cognituq; necessaria contineat, & ad lumen historiæ conferendum apprimè conducat.

Proinde cum rogantibus aliquot eruditis Juvenibus, operamq; sociam offerentibus, priores meas Disputationes in manus resumendas, sicubi opus emendandas & adaugendas duxi; placuit non tantum Jus Saxonicum Feudale, suo quodvis loco adducere, & quæ usu obliterata forte an essent illatim indicare; sed & ad calcem harum Disputationum textum Germanicum integrum, non continuâ, uti in corpore ipso extat, serie, sed singulis capitibus & paragraphis suo loco & sedi propriæ redditis, annectere: id quod in thesibus ipsis, ne Disputationes nimis excrescèrent, nevè operæ Typographorum impedirentur, omissum fuerat.

Deni-

Denique ut constaret de ordine ac dispositione hujus libelli, ac ubi quævis feudalis doctrinæ pars exposita & quærenda esset, Epitomen & σκιαγραφίαν quandam totius operis, singulas theses continentem, præmisi, quæ & Indicis vice fungi poterit, & avido Lectori, velut in tabella, totius corporis structuram ob oculos ponere: quem bene valere, nostrosque conatus benevolentiæ suæ Favonio prosequi, exopto.

EPITO-

EPITOME HARUM DISPUTATIONVM, adeoq; totius Juris Feudalis, Communis & Saxonici συναγραφία.

DISPUT. I.

DE Feudis *agitur vel in* Genere *vel in* Specie.

In GENERE *de Feudi* I. *ORIGINE, quæ vel* Rei *ipsius vel* Juris. Rei *originem referunt alii ad mundi initium th.3. 4.5.6. alii ad Romanorum clientelas th. 7. 8. 9. vel Militias th.10. vel agros hostium devictorum th. 11. vel Homines quosdam. th.12. alii ad Gallos th.13. alii ad Carolum M. th.14. Dd.communiter ut & nos ad Germanos ac Longobardos th. 15. 16. 17. 18.* Juris *origo variat, vel prout est* commune. *th. 19. 20 21. 22. vel* Saxonicum. *th.23. de utriusq; verò quæritur* Formæ: *scriptum sit an non scriptum? th.24.* Effectu: *An clericos obliget? th.25. &* Interpretatione. *th 26.27.28.29.30.*

II. *de*

II. *de* HOMONYMIA, *dum vox Feudi sumitur pro* reipsa *th.31. pro* contractu *feudali th.32. & pro* Jure *quod vasallus habet, quæ significatio propria est, th.33.*

III. *de* NOTATIONE, *quæ vel* Grammatica, *à verbo Langebardico Faida th.34.35. vel* Logica, *quam derivant alii à Fœdere. th.36. alii à* Juden & Futter *th.37. alii à* Voigt *ibid. alii à Fide, seu Fidelitate, quæ optima th.39.40.*

IV. *de* DEFINITIONE, *cujus genus constituitur ab aliis Beneficium th. 41. quod rejicitur th.42. Benevola concessio th.43. & 51. rejicitur th.44. & 51. contractus th.45. rejicitur th.46. Res immobilis th.47. rejicitur th.48. Clientela militaris th.49 50. à nobis verò: Jus utendi fruendi &c. th.52. confirmatur & explicatur th.53. & seqq. usq; ad 60.*

V. COGNATIS, *ut sunt Ususfr. civilis th.60.61. Emphyteusis th.62. censiticus contractus th.63. Libellarius th.64.65. Precaria th.66.67. Superficiarium jus th. 68.69. Beneficia Ecclesiastica th.70. Jus Patronatus th.72. & similia th.73. quorum & differentia monstratur ibid.*

DISPUT.

DISPUT. II.

VI. *DIVISIONE, quæ vel* Summa *est &* Generalis, *ut sit Feudum vel* Proprium *vel* Improprium.

PROPRII feudi explicatur 1. Natura, *nim. quid sit th.* 3. 4. 5. *& an in dubio præsumatur th.* 6.

2. Divisiones *Feudorum* Speciales *seu inferiores: quæ desumptæ*

1. *ab* EFFICIENTE *seu Personâ Dantis, ut Feudum sit vel Nobile vel Ignobile. th.* 8. Nobile, *datum ab eo, qui & Potestatem, ut Imperator & Principes Germaniæ; & Voluntatem nobilitandi habet. th.* 9. *&* 10. *hanc declarat vel expressè vel tacitè. th.* 11. Ignobile, *ut Burgense & Rusticum. th.* 12. 13. Nobile *iterum vel* Regale *est th.* 14. *de cujus descriptione & notitione th.* 15. *&* 16. *causis & effectibus th.* 17. 18. 19. 20. 21. *vel* Non-Regale *th.* 22.

2. *a* SUBJECTO *seu Accipiente, ut sit* Novum *vel* Vetus. *th.* 23. 24. 25. Hoc *aliqui subdividunt in* Paternum & Antiquum *th.* 26. *quod rejicitur th.* 27. *Ubi quæritur,* 1 *An novum jure antiqui concessum hujus naturam assumat? th.* 28. 2. *vel contrà. th.* 29. *&* 3. *quod ex his præsumatur. th.* 30.

3. *a* MA-

3. *à* MATERIA, *ut sit* Laicum *th. 31. vel* Ecclesiasticum *th. 32. Huc pertinet illa divisio, qua feuda quædam dicuntur in Curte, quædam extra curtem, de quibus inter impropria th. 82.*

4. *à* FORMA *tam* Interna, *ut sit* Ligium *quod explicatur th. 33. 34. ubi quæritur: An quis duorum ligius? & an Imperatoris Ligius alterius subditus esse possit? th. 35. vel* Non-Ligium *th. 36. ubi asseritur: Pontificem R. in fidelitate non excipi th. 37. quam* Externa, *ut sit* Hereditarium *th. 38. 39. vel* Non-Hereditarium *th. 40. Et* prius *quidem vel Merum vel mixtum. th. 41. quod in dubio non præsumitur th. 42.*

5. *ab* ADJUNCTO *vel* Proprio, *ut sit Dividuum vel Individuum. th. 43. 44. vel* Temporis *ut sit Reale vel Personale th. 83. Perpetuum vel Temporale th. 84.*

IMPROPRIUM, quod describitur th. 7. est ale vel Jure vel Pacto th. 45. Jure, *ut feudum* cameræ & cavenæ *th. 46. quod utrumq; est vel Officiosum vel Non-officiosum. th. 47.* Officiosum *est* Nominatum *th. 48. ut feudum Guardiæ th. 49. & Castaldiæ th. 50. 51. vel* Innominatum *th. 52. ut feudum Advocatiæ ib. & th. 53. & Cancellariatus th. 54.* Non-

officio-

officiosum, *ut feudum Soldata th.55. & Habitationis th. 56.57.*

Pacto *etiam improprium fit th.58. ut feudum* 1. Fœmineum, *quod itz dicitur* verè & propriè, *ut quod fœmina acquisivit; vel* abusivè, *in quo fœmina succedit th.59. non mixtum ex fœmineo & masculino th.60. uti & illud in dubio non præsumitur th.61.* 2. Alienabile *th.62.* 3. Emptitium *th.63. & 64.* 4. Pensionarium *th.65.* 5. Pignoratitium *th.66.* 6. Sine investitura *th.67.* 7. Non-jurabile *th.68.* 8. Conditionatum *th.69.* 9. Francum *de cujus notatione th.70. & natura th.71. 72.* 10. Laudemiense *th.73.* 11. Quaternatum *th.74.75.* 12. Burgensaticum, *de cujus Etymologia, Origine & incrementis th.76.77. formâ constituendi th.78.79. & Effectibus th.80.*

DISPUT. III.

IN SPECIE *agitur de Feudi* I. Constitutione *h. Disp.3.4.& 5.* II. Acquisitione *D.6.* III. Conservatione *Disp.7.* IV. Amissione *D.8.9.10.* & V. Persecutione *D.11.& 12.*

CON-

CONSTITUTIO *feudi absolvitur consideratione*, I. Personarum *th.* 1. II. Materiæ *Disp.* 4. III. Formæ. & IV. Effectus. *Disp.* 5.

PERSONÆ *sunt vel* DANTES, *quò pertinent* & Non-Dantes: *vel* ACCIPIENTES, *ubi considerantur* & Non-Accipientes. *th.* 2.

DANTES, *vel* Masculi *sunt vel* Fœminæ. ILLI *considerantur vel prout* Olim *Nobiles saltem. th.* 3. *vel prout* Hodie *Omnes regulariter. th.* 4. *qui dicuntur Domini. th.* 5. & *sunt vel* Ecclesiastici *vel* Seculares. *th.* 6.

ECCLESIASTICI *gaudent dignitate vel* Supremi, *ut* Pontifex, *de cujus Etymologia th.* 7. & *Potestate infeudandi th.* 8. & 9. *vel Dignitates Ecclesiasticas th.* 10. *vel Res Ecclesiæ non solitas infeudari. th.* 11. *vel Bona propria. th.* 12.

Vel Inferiori, *qui sunt* Ordinis *vel* Superioris *vel* Inferioris. Superioris, *qui præsunt vel Provinciis vel Civitati.* Provinciis Pluribus *ut Legatus. th.* 13. & *seq. Patriarcha. th.* 15. *vel* Uni, *ut Archiepiscopus. th.* 16. Civitati, *ut Episcopus th.* 17. & *Commendator th.* 18. Ordinis inferioris, *ut Abbas, Præpositus, Presbyter, Diaco-*

Diaconus, Subdiaconus, Acoluthus, Exorista, Lector, Psalmista, Ostiarius, Canonicus, Decanus &c. th.19. Hi *omnes concedunt feudum vel Antiquum vel Novum. th.20.* Antiquum *vel de bonis* Propriis *th.20. & 21. vel* Ecclesiæ, *& his quidem vel infeudandi consuetudinem habentes th.22. vel de bonis antea infeudari solitis. th.23. Non ergo de bonis insolitis, consuetudine ista carentes. th.24.* Priori verò casu (*de quo th.22.23.*) *dant etiam sine Pontificis & Capituli consensu th.25. nisi concessio ad hoc simul pertineat, ut & sede vacante. th.26. Actus autē & tempus judicii arbitrandum relinquitur. th.27. Feudum autem hujusmodi vel retinetur th.28. vel conceditur, extraneo vel agnato. th.29. idq; prioribus vel aliis qualitatibus. th.30.*

Novum *vel de* Titulis & Ecclesiæ bonis, *quod inferioribus regulariter prohibitum: nisi consuetudo aliud suadeat: vel de* propriis, *quod permissum. th.31 32.*

SECULARES sunt vel in dignitate, *vel* sine illa. *th.33.* INDIGNITATE *vel* Independenti *vel* Dependenti. Priores *sunt Imperator & Reges. th.34.* Imperator *summus omnium th.34-44. dat feudum de bonis vel Propriis vel Imperii vel Subditorum.*

De

De Propriis *sine dubio th.35.*

De Imperii bonis *regulariter th:36. 42.43. nisi in magnum Imperii vergeret detrimentum. th.36. unde rejicitur fabulosa Constantini M. donatio th.37.38.39.& Papæjus in Imperium th.40.*

De Subditorum bonis *nequaquam. th.45.*

Reges *rectè feuda dant : superiorem non recognoscentes th.46.*

Posteriores *(dignitatis dependentis) considerantur vel ut Olim vel ut Hodie. th.47.* Olim *in Regno Longobardico erant vel Capitanei, vel Valvasores vel Plebeji th.48.* Capitanei, *ut Duces, Marchiones, Comites, th.49.* Valvasores, *vel Majores, th.50.51. vel Minores th.52. vel Minimi, qui & Valvasini th.53.*

Plebeii, *qui Nobiles non erant, th.54. quam statuum distinctionem antiqui quoq; Saxones habuerant, clypeum militarem* den Heerschilt *ita distribuentes th.55.56.57.*

Hodie *status omnes vel sunt Immediatè vel Mediatè Imperio subjecti th.58. & vocantur Electores, Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Comites, Barones, Civitates Imperiales, Liberi Nobiles, th.59.*

SINE DIGNITATE *sunt Plebeij, qui & feuda dant th.60. etsi Rustici sint th.61. Hæc de Masculis.*

FOEMINÆ sunt vel Ecclesiasticæ *vel* Seculares, *quæ feuda dant, th.62. etsi in cura aliorum sint th.63. nisi luxuriosè vivant, vel statuto alienare prohibeantur. th.64. uti in Gallia & Saxoniâ th.65. ubi obiter de Hermaphroditis th.66.*

Omnes autem Dantes feuda largiuntur vel per se vel per alios, th.67.

NON-DANTES th.68. qui prohibentur vel Naturâ vel Jure th.69.

Naturâ, *ut infantes th.69. senes delirantes th.70. furiosi th.71.72. Mente capti th.73. Mutus & Surdus simul naturâ th.74.*

Jure 1. *Non-domini.* 2. *Domini, sed alieni juris, &* 3. *Domini, sed vitio aliquo laborantes.*

1. Non-Domini, *sunt vel alienæ vel suæ potestatis th.75.* Alienæ potestatis *sunt vel in* Patria, *ut Filiæfam. qui prohibentur infeudare de profectitio & adventitio peculio; non castrensi vel quasi th.76. vel* Dominicâ, *ut servi, qui vel veri vel ficti.* Veri *omninò prohibentur th.77.* Ficti vel Ecclesiastici, *ut Monachi, de*

quibus

quibus idem jus est. th.78. vel Seculares, *ut Ministri ingenui & homines proprii, in quibus jus variat. th.79.* Suæ potestatis, *ut* Syndicus, *th. 80. vel* Procurator *sine speciali mandato th.81. vel ratihabitione. th.82.83.* Tutor & Curator *th.84. nisi causa subsit probabilis, vel minor illustris sit, th. 85.*

2. Domini alieni juris, *ut Pupilli & Minores th.86. nisi sint Principes, vel speciali muniti privilegio, vel alii minori dent J. Sax. th.87. Hi tamen omnes antiquum renovant dd. thes. & th.88.*

3. Domini vitio laborantes *vel* morali: *ut Ebrii & Prodigi, vel* naturali, *ut Morbosi th.89.*

ACCIPIENTES th.90. de quorum nominibus th.91. considerantur ut Olim, *Nobiles tantum. th.92. vel ut* Hodie, *Omnes regulariter th.93. sine distinctione.*

1. Ordinis, *sive* Ecclesiastici, *th.94. 99. etiam Jure Saxonico th.95. sive* seculares *th.96. etiam ab inferioribus, th.97. 98.*

2. Gradus, *Superiores & Inferiores, etiam Rustici th.100.101. Civitates & Collegia th.102.*

3. Sexus *sive Masculi, sive Fœmine*

th.103. quæ quidem olim non excludebantur th.104, quamvis bellicosæ forent th.105. hodie tamen ad novâ admittuntur th.105. non ad antiqua, nisi nominatim investitæ. th.106.107. etiam Ecclesiasticæ. th. 108. sive Hermaphroditi fuerint th.109.

4. Ætatis, *ita tamen ut infantis nomine Tutor vel Pater th.110. Pubertati proximi vel Puberes per se vel per Tutores aut Curatores feuda accipiant th.111. jurare tamen protinus non teneantur th.112. & fructus sibi acquirunt, non tutor, ut olim th.113. & senes si sanæ mentis sint. th.114.*

5. Status, *ut Sui vel Alieni juris: &* Hi *sunt in potestate vel* Dominicâ, *ut Servi* veri, *qui vel proprii sunt vel alieni.* Proprii *à domino accipientes sibi acquirunt th.115.* Alieni *accipiunt vel alio ignorante illius conditionem, & nihil valet th.116. aut à sciente servi contemplatione, Domino sciente, & servo acquiritur, alias Domino th.117.* Ficti, *ut Homines proprii qui sibi; vel Monachi, qui Monasterio acquirunt th.118. vel* Patriî, *ut Filiif. qui feuda omnia th.119. ab extraneo data th.120 sibi acquirunt, etiam quoad usumfr. th.121.*

6. Qualitatis, *sani & morbosi. th.122. ut & furiosi per Curatores th.123.*

7. Nume-

7. Numeri, *etiam plures th.124. Et bi omnes vel per se vel per alios accipiunt. th.125.*

NON-ACCIPIENTES, qui prohibentur, ut Hæretici, Apostatæ, Excommunicati, Læsæ-Majestatis rei, Banniti, Deportati, Usurarii, Judæi, Infames, crimine publico damnati *th.126.127.* Spurii *th.128.129.130.131. nisi legitimati fuerint expresse vel tacitè th.132.*

DISPUT. IV.

II. MATERIA *seu Objectum sunt Omnes res quæ in commercio th.1.2. quæ vel* Ecclesiasticæ *vel* Seculares *th.3.*

ECCLESIASTICÆ olim quidem infeudari prohibitæ, hodie permissæ th.4.5. exceptis Titulis, decimis & primitiis th.6. 7.8. quæ infeudare tamen potest Papa th.9.

SECULARES sunt vel CORPORALES *vel* INCORPORALES: *CORPORALES iterum vel* Immobiles, *vel* Mobiles. Immobiles *rursum vel* Soli *th.10. & 11. vel* Solocohærentes: *ut ædificia th.11. Fructus th.13. Molendina th.14. non tamen aquatica & pneumatica regulariter th.15.*

Mobiles, *ut pecunia, quæ regulariter infeudari nequit th.16. 17. nisi detur ex ærario: vel à Principe feudi naturam accipiat th.18. de cujus modo requisitis & effectibus th.19.20.21.22.23.24.*

INCORPORALES sunt Jura *vel* Regis propria, *vel* aliis communia. PROPRIA Regis *sunt* Regalia *th.25. de quorum Notatione & Descriptione th.27. 28. Quæ vel Majora vel minora th.28.*

Majora *describuntur th.29. quò referuntur* 1. Leges condere universales. 2. uti plenitudine potestatis. 3. Jus creandi Reges, Principes &c. 4. Jus belligerandi. 5. nobilitandi. 6. creandi Doctores, Magistros, Comites Palatinos, Poëtas &c. 7. Notarios. 8. Academias erigendi. 9. legitimandi 10. Famæ restituendi. 11. Veniam ætatis concedendi. 12. absolvendi à juramento. 13. Cognoscendi de crimine Majestatis. 14. Repræsalias concedendi. 15. Extremæ provocationis. *th.30.*

Ubi quæritur 1. An hæc jura inferioribus concedi possint? th.31. 2. an concessione Regalium generali, majora transeant? th.32.

Minora,

Minora, *th. 33. ſunt* 1. Armandiæ *th.* 14. 2. Viæ publicæ: *th.* 35. *ubi quæritur* 1. *An præda facta in via publ. ſit reſarcienda? th.* 36. 2. *Ad quem pertineat cognitio homicidii in via p. facti? th.* 37. 38. 3. *ubi humandus mortuus in via p. repertus? th.* 39.

3. Flumina navigabilia *th.* 40. *ubi quæritur* 1. *de molendinis ædificandis vel non th.* 41. 42. 43. 2. *de jure piſcandi. th.* 44. *& 3. Navigandi. th.* 45.

4. Portus. *th.* 46. 5. Ripatica. *th.* 47. 48.

6. Vectigalia *th.* 49. *ubi quæritur* 1. *de novis vectigalibus inſtituendis. th.* 50. 2. *de modo præſtandi vectigal. th.* 51. 3. *de pœnis vectigal fraudantis th.* 52. *circa res ipſius th.* 53. *vel ſocii th.* 54.

7. Jus cudendæ Monetæ. *th.* 55. *ubi quæritur*: 1. *de mutatione monetæ th.* 56. 2. *de ſumptibus th.* 57. 3. *de pœnis tranſgreſſorum th.* 58.

8. Mulctarum pœnarumque compendia. th. 59.

9. Bona vacantia. *th.* 60. *ubi quæritur*: 1. *de tutoris ſucceſſione th.* 61. 2. *de Inventario horum bonorum conficiendo. th.* 62.

10. Bona indignorum.. *th. 63. ubi quæritur*: 1. *de relicto incapacibus th. 64.* 2. *interficientis conjugem bonis. th. 66.*

11. Bona incestuosorum. *th. 66. & quæ illa sint. th. 67.*

12. Bona damnatorum ac proscriptorum. *th. 68.*

13. Bona Reorum majestatis. *th. 69. 70.*

14. Angariæ & Parangariæ *th. 71. ubi quæritur*: 1. *An sint omnia realia. th. 72.* 2. *qui excusentur ab his? th. 73.* 3. *damnum in his obeundis passum quando restituendum? th 74. 75.*

15. Collatio extraordinaria. *th. 76. ubi quæritur: de Jure collectandi? th. 77.* 2. *de immunitate a collectis. th. 78. 79.*

16. Potestas creandorum magistratuum. *th. 80.*

17. Argentariæ. *th. 81. quarum gratia alienum fundum ingredi licet regulariter. th. 85.*

18. Palatia *t 83.* 19. PISCATIONUM. *th. 84. & 20.* Salinarum reditus *th. 85.*

21. Thesaurus, repertus *in loco publico th. 86. & quid in sacro. th. 87. vel Feudi aut Emphyteuticario repertus. th. 88. ubi quæritur: de aliis juribus similibus th. 89. ut & de Venatione th. 90.*

Hæc

Hæc omnia acquiruntur vel Conceſſione *th.* 91. *quæ ſit* ſeparatim *per Inveſtituram vel Privilegium. th.* 92 *vel* conjunctim *cum fundo. th.* 93. *& his modis quæſita alteri concedi nequeunt. th.* 94. *vel* Præſcriptione. *th.* 95.

JURA ALIIS COMMUNIA *th.* 96. *ſunt* 1. Actiones. *th.* 97. 2. Annui reditus. *th.* 98. 3. Servitutes. *th.* 99. 4. Jurisdictio: *cujus conſiderantur* 1. Natura, *quod ſit vel ſimplex, & ſola tranſire poteſt th.* 100. *vel Mixta, quæ dicuntur vel Imperium mixtum & tranſit cum Juriſdictione. th.* 101. *vel Merum & non tranſit th.* 102. *niſi data Juriſdictione omnimodâ, vel illud caſtro inhæreat. th.* 103. 2. Exercitium *de impedimentis illius, præſertim jure Saxonico. th.* 104.

5. Panes civiles. *th.* 105. 6. Præſtationes aliæ. *th.* 106.

7. Jus piſcandi, *quod datur cum lacu vel ſtagno regulariter. th.* 107. & Jus venandi, *quod concedendum principaliter th.* 108. *& ſpecialiter. th.* 109.

9. Res alienæ *th.* 110. 10. Res accipientis propriæ *th.* 111. 112.

DISPUT. V.

III. FORMA *th.* 1. *est vel* Interna vel Externa.

INTERNA est Fides *th.* 2. *qua vel res promissa, qua numquam abest th.* 7. *vel medium promittendi, quod* Iuramentum fidelitatis, *intelligitur th.* 3. Hoc *vel officii est th.* 4. *vel subjectionis th.* 5. *vel Vasallagii th.* 6. *Circa* Iuramentum Vasallagii *considerandum.* 1. Recipiens *th.* 8. 2. Præstans *sive unus th.* 9. *sive plures sint th.* 10. 11. *& hi vel per se, vel procuratores th.* 12. 3. Effectus *th.* 13. 4. Materia *th.* 14. 5. Formula, *qua vel brevior Longobardorum & Saxonum th.* 15. *ut & Germanorum th.* 16. *vel plenior th.* 17. *vel plenissima in Imperio th.* 18. *& in Saxonia th.* 19. 20. 6. Ritus Iurandi *th.* 21.

EXTERNA, est Investitura *th.* 22. *de cujus* 1. Etymologia *th.* 23. 2. Homonymia 3. Definitione *th.* 24. 4. Divisione, *quod vel* Vera *sit vel* Præsumpta. *VERA iterum* Propria *vel* Abusiva *th.* 25. 26. *Utraque deinde vel* Singularis *vel* Simultanea. 5. Objecto, *quod est feudum Novum & Vetus th.* 27. 6. Efficiente. *th.* 28. 7. Formâ, *qua vel* Substantialis *est vel* Acci-

Accidentalis. Substantialis *perficitur vel Verbali cessione th. 29. vel Investitura testificatione th. 30. Haec Testificatio fit per Testes vel Instrumentum th. 31. Testium consideranda vel Qualitas th. 32. 33. 34. 35. 36. vel Numerus th. 37. Instrumenti requisita monstrantur th. 38. 39.*

Accidentalis *forma considerantur vel in Genere th. 40. 41. Vel in certis speciebus; talis.* 1. Expectativa *th. 42. quae vel Certa est, vel Incerta th. 43. De cujus distinctionis & ejus specierum Usu th. 44. Naturâ th. 45. Requisitis th. 46. & effectibus th. 48. & seqq. Ubi quaeritur: 1. An Expectativa collatur superveniente jam liberorum? th. 48. 2. An morte investiti? th. 49. 3. an morte Domini? th. 56. 4. An felonia possessoris? th. 51. 5. An morte possessoris ventrem relinquentis? th. 52. 53.* 2. Investitura mortis causa facta *th 54.*

8. Tempore petendi *th 55. 56.*

9. Cognatis *th. 57. 58.* 10. Loco *th. 59.*

Simultanea Investitura, *de cujus* 1. Etymologia *th. 76.* 2. Efficiente, *ut consensu Contribentium & Domini th. 61. 62.* 3. Formâ *th. 63.* 4. Effectibus *th. 64. 65. 66.* 5. Contrariis, *ut sunt* 1. *Mutatio Domini*

vel

vel Vasalli th. 67. 2. Divisio th. 68. 3. Receptio aliorum th. 69. 4. Consensus ad alienationem th. 70. 5. Præscriptio th. 71. Non verò alienatio in Agnatum th. 72.

PRÆSUMPTA *Investitura ex præscriptione oritur th. 73.*

IV. EFFECTUS FEUDI *respectu vel* Domini *vel* Vasalli. Domini 1. *ut Servitia exigere possit à Vasallo, de quo Disp. 7. 2. ut Honor & dignitas ejus ab hoc conservetur th. 74. 3. Ne sine venia in jus vocari possit th. 75. 4. Ut actione famosâ famosè non pulsetur th. 76. 5. Ut juramentum calumniæ ab eo non exigat Vasallus th. 77. 6. Ut is testimonium non dicat contra Dominum th. 78. 7. Ut non offendatur feudo etiam renunciato th. 79. 8. Ut litera investituræ ipsi edantur à Vasallo th. 80. 9. Ut ab omni familiaritate inimicorum Domini Vasallus abstinere cogatur th. 81.*

Vasalli *respectu.* 1. *ut pariaferè expectet à Domino th. 82. quod fallit in reverentia th. & juramento calumniæ th. 84. 3. ut in vacuam mittatur possessionem feudi th. 85. 4. ne fines feudi declarent th. 86. 5. ut non onerentur laudemii præstatione regulariter th. 87.*

DISPUT.

DISPUT. VI.

ACQUISITIO FEUDI (*quæ à Constitutione differt th. 1. 2. 3.*) *fit vel per* Vivos *vel* Morientes. *PER VIVOS* Contractibus Propriis *vel* Impropriis *th. 4.* Propriis *sunt* 1. Donatio *th. 5.* 2. Emptio *celebrata vel cum Domino th. 6. vel alio th. 7.* 3. Permutatio *th. 8.* 4. Pignus *quod pluribus modis procedit Jure communi th. 9. & Saxonico thes. 10. 11. 12.* 5. Stipulatio *th. 13.* Impropriis *th. 14. sunt* Transactio *th. 15.* & Præscriptio *quæ est* 1. Feudi *th. 16 à parte cum Domini th. 17. quam Vasalli th. 18. cujus traduntur Requisita tria t. 19.* 2 libertatis *seu proprietatis iterum à parte Domini th. 20. vel Vasalli th. 21. 22. vel Extranei* adversus Dominum *th. 23. 24.* vel Vasallum *th. 25. ubi & de rebus Ecclesiæ & Reipub. quæritur th. 26.*

PER MORIENTES Successione *th. 27. 28. quæ vel* Testamentaria *vel* Legitima *th. 29. De TESTAMENTARIA traditur* 1. Regula negativa *th. 30.* 2. Ampliationes: 1. *in Dispositione ad pias causas th. 31.* 2. *in Legato æstimatio-*

matio-

mationis th. 32. 33. 3. in Dispositione patruus inter liberos th: 34. 3. Exceptiones *ad regulam, tam de feudo novo th. 35. quam antiquo: quæ desumuntur* 1: *à confirmatione Domini th. 36: 2. Consensu Domini & agnatorum, expresso vel tacito th: 37. 3. à statuto vel consuetudine th. 38: 4. de fructibus th. 39. 5. in feudo alienabili th. 40. 6. in persona Domini de jure suo th. 41.*

SUCCESSIONIS LEGITIMÆ

seu ab intestato th. 42. quinque sunt Ordines: *th. 43.*

I: DESCENDENTIUM *th. 44. ubi considerandæ:* 1. Personæ Succedentes: 2. Modus succedendi & 3: Personæ Non succedentes *seu prohibitæ.* 1. Succedentes *sunt* omnes *regulariter, d. th. 44. etiam* 2. Emancipati *th. 45.* 3. Exheredati *th. 46. nisi feudum sit hereditarium thes. 47.* 4. Posthumi *th. 84.*

2. Modus *hic est, ut succedant* æqualiter *th. 49. inter disparesverò gradu Jure repræsentationis th. 50:* nisi *aliud obtineat* Pacto *th 51. vel* Consuetudine: *ut accidit ubi* Jus primogenituræ *locum habet. th. 52. 53. ubi quæritur:* 1. *de jure primogenituræ*

nitura inter natum ante & post adeptum regnum? th.54. 2. de primogeniti nepote an patruo præferatur? th.55.

3. Non-ſuccedentes *ſunt:* 1. *nati ex matrimonio* ad Morganaticam *contracto th.56.* 2. Naturales & Spurii *th.57. 58.59.* 3. Legitimati *th.60.61.62.* 4. Adoptivi *th.63.* limitatur *th.64.* 5. Clerici, *th.65. quod* ampliatur *th.66.67. Limitatur* 1. *de conſuetudine. d. th.67* 2. *in Canonicis th.68.* 3. *in Equitibus ſacris: præſertim ſi ordinis leges patiantur th.69.* 4. *ſi Inveſtitura vel Conſuetudo permittat, th. 70.* 5. *in feudo Franco th.71.* 6. *in feudo reale ſervitium poſtulante th.72.*

6. Imperfecti *tam* Animo, *ut Furioſi naturâ, th.73. non Prodigi, th.74. quâm* Corpore, *ut muti, ſurdi &c. th.75.*

7. Hermaphroditi *ſi ad fœmineum ſexum tendant, th.76.*

8. Fœminæ *regulariter th.77. ratio additur th.78.*

9. Illarum liberi *th.79. Quæ tamen duæ regulæ* limitantur 1. *in feudo fœmineo, th.80.* 2. *ubi adeſt inveſtitum, th.81. 82.* 3. *conſuetudo. th.83.* 4. *in meliorationibus th.84.85. non fructibus pendentibus, th.86.*

II. ASCEN-

II. ASCENDENTIUM *ubi* Regula *negativa th.87.* & Exceptiones: 1. *ubi aliud inductum pacto th.88. vel 2. statuto aut consuetudine th 89. 3. quando patris respectu filius investitus th.90. 4 refutatione antea filio facta th.91. 5. si transversales sint. th.92.*

III. COLLATERALIUM *qui sunt vel* Cognati *vel* Agnati. Cognati *plane excluduntur th. 93. ratio redditur th. 94.* Agnati *admittuntur th.95. eo ordine quo in allodialibus: adeò ut* fratris liberi, *cum fratre per jus repræsentationis, th.96.* Fratrum liberi *inter se in capita, th.97.* ex ulterioribus *proximi succedant th.98. quæ proximitas quomodo computanda th.99. Quod* limitatur 1. *in novo feudo th.100. nisi pactò aliud convenerit, vel pecuniâ aut operâ omnium quæsitum sit th.101. 2. in feudis personalibus & temporalibus, th.102.*

IV. CONIUGUM: *ubi* Regula *negativa th.103. ejusdemq; ampliatio th.104. &* Exceptiones *tam quoad* successionem *ipsam, quam quoad* lucra *quædam ex feudo Quoad* Successionem: 1. *si uterque specialiter & de toto investitus th.105. 2. in feudo Hereditario th.106. 3. si succes-*

sio utriusq; Investituræ inserta th.107. 4. si æqualiter & quilibet de parte investiti sunt th.108. Quoad Lucra; *respectu vel* Maritî, *quod usumfr. habeat feudi Uxori concessi, illa vivâ th.109. vel* Uxoris: *quæ Jure Saxonico mortuo marito ex feudo consequitur* 1. Dotalitium *th.110.* 2. Sponsalitiam largitatem *th.111.* 3. Commestibilia *th.112.* 4. Geradam *th.113.114. nisi statuto, consuetudine vel pacto aliud receptum th.115.*

V. FISCI: *ubi decisio negativa th. 116.117.*

DISPŪT. VII.

CONSERVATIO *feudi th.1. fit* 1. *per* Feudi Recognitionem. 2. Servitiorum præstationem. 3. Possessionis retentionem *th.2.*

1. *RECOGNITIO feudi necessaria est, th.3. ubi considerandum,* 1. Quis petat? 2. A quo? 3. Cur? 4. Quomodo? 5. Quando petatur?

1. Persona petens *est Vasallus, 1. communi possidens th.4.11. Saxonico etiam non possidens th.5.6.12.13.14. sive unus sive plures th.7.8. per se vel Procuratorem th.9.10. si vel per divisionem th.11.12. vel venditionem*

nem possessor th.13. vel pactum feudi qualitas mutetur th.14. Excipitur *Impubes th 15.16. nisi à Domino admittatur, vel tutor ultrò id faciat th.17. qui fructus feudi non lucratur. th.18.*

2. Persona à quâ petitur est *Dominus* inferior *th.19. vel Heres ipsius th.20. unus; vel succedens vel à pluribus constitutus. th.21. aut à vasallo electus th.22.* Superior: *Si plures unum non constituant th. 22. vel J. Saxonico. 2. Si inferior non adsit th.23. 3. Si inæqualem ipsi præfecerit, th.24. 4. Jus feudi vasallo negaverit. th. 25. non tamen si inferior inhabilis sit. th.26.*

3. Causæ, *Quare petatur renovatio explicantur th.27.28.*

4. Formæ, *Quomodo petatur, alia est à parte Vasalli th.29. alia à parte Domini. th.31.32.*

5. Tempus, *Quando petatur th.33. est annus & dies. th.34. sub privationis pœna th.35. ubi quæritur: 1. An tempus istud remitti possit? th.36. 2. Unde currere incipiat? th.37. & 49. 3. An* excusationis causæ *admittantur? th.38.39. Quales sunt: 1. Mors vasalli th.40. 2. Inimicitiæ capitales th.41. 3. Infantia th.42. 4. Carcer*

& morbus th.43. 5. Absentia th.44. 6. Justus Metus th.45. 7. Infamia Domini, th. 46. 8. Incertitudo Domini th.47. 9. Recusatio hujus renovationis th.48.

II. *SERVITIORUM PRÆSTATIO, de quorum:* 1. Causis impulsivis *th.50.* 2. Definitione *th.51.* 3. Divisione: *quod vel sint* Togata *vel* Militaria *th.52.*

TOGATA *consistunt* 1. in Consiliorum suggestione *th.53. quod sit indicando & patrocinando th.54.*

2. in Auxiliorum præstatione, *quod sit* 1. *Dominum periclitantem juvando. 2. egentem alendo th.55. 3. filiam illius dotando th.56. 4. captum ab hostibus redimendo th.57. 5. ob debita carceratum liberando th.58. 6. Hostes illius non invando th.59.*

3. in Secretorum occultatione, *th.60.*

MILITARIA, *definiuntur th.61. dividuntur quod sint vel* 1. *Definita vel Indefinita th.62.63.64.82. 2. Dividua vel Individua th.65.66.67. vel 3. communia vel singularia, ut Expeditio Romana, th.68.*

4. Causa efficiente, *quis illa præstet, quilibet nim. Vasallus th.69. in propria*

poret Agnatis th.22.23. 10. *Oblatione Ecclesiæ th.25.*

Voluntariè 1. *Subinfeudatione.* 2. *Renuntiatione.* 3. *Clericatu.* 4. *Divisione th.26.*

I. *SUBINFEUDATIO, cujus tractatur* 1. Definitio *th.27.* 2. Efficiens, *voluntas libera th.28.* 3. Objectum: *omne feudum th.29. etiam subfeudum th.30. ubi quæritur: de feudis Regalibus: Jurisdictionis, & Ecclesiasticis th.31.* 4. Impulsiva, *de qua disceptant Dd. th.32.33.34.* 5. Forma *seu Requisita tria: th.35.* 1. *Sinceritas th.36.37.* 2. *Personarum æqualitas th.38.* 3. *Conditionum paritas th.39.* 6. Effectus: *respectu vel successionis th.40. vel Alienationis th.46.47.* 7. Contraria *sunt: 1. Pactum prohibitorium th.41.* 2. *Natura feudi Decimarum th.42.* 3. *Communis th.43.* 4. *Litigiosi th.44.* 5. *Incerti th.45.*

II. *RETRACTATIO, cujus tractatur* 1. Definitio *th.48.* 2. Causa impulsiva *ibid. & th.49.* 3. Forma, *ut fiat tempestive th.50 & liberè th.51.* 4. Objectum rei: *quodvis feudum, etiam Expectativa th.52. Conditionatum th.52. & pars illius th.54.* 5. Objectum personæ: *ut fiat vel Domino vel Descendentibus vel*

Agna-

Agnatis vel Extraneis, Domino, *vel in ſuiipſius vel alterius gratiam. In ſuiipſius vel Mediati th.55. vel Immediati th.56. in Alterius th.57.* Deſcendentibus & Agnatis *proximis th.58.* Extraneis *non niſi cum conſenſu Domini & proximorum th.59.*

6. Effectus: 1. *Excluſio ſucceſſionis th.60.61.* 2. *Cautio de non offendendo Dominum th.62.*

7. Adjunctum: *Libertio à Vaſallatico th.63.*

III. *CLERICATUS th.64. cujus cauſa traduntur* 1. Rationes *th.65. 66.* 2. Limitatio *th.68.* 3. Ampliationes 1. *in Abjiciente poſtea habitum clericalem, Jure Communi: non Saxonico th.67.* 2. *in Serviente per Subſtitutum th.69. niſi Dominus conſentiat. th.70.* 3. *in Equitibus ſacris regulariter th.71.72.73. quæ omnia in Electoratu Sax. aliter ſervantur th.74.*

IV. *DIVISIO, cujus traditur* 1. Definitio *th.75.* 2. Efficiens remota, *quæ lex feudalis th.76* 3. Efficiens proxima, *quæ Inveſtiti th.77.* 4. Materia, *omnia ſcil. feuda regulariter: etiam Juriſdictionis th.78. & Decimarum th.79.* Excipitur *feudum Regale, f. communi: non*

hodiernis moribus th. 80. 5. Forma, *quæ consistit in provocatione th. 81. & partis legitimæ assignatione th. 82.* 6. Finis *est discordiarum remotio & sui acquisitio th. 83.* 7. Effectus 1. *Partis attributæ acquisitio.* 2. *cessa amissio d. th. 83. qui posterior effectus cessat in Investitura J. communi th. 84. non J. Sax. th. 85. 86.*

DOMINI RESPECTU *th. 87. iterum vel* Necessariè *vel* Voluntariè *th. 88. ut* 1. *Rei interitu.* 2. *Morte naturali. &* 3. *Civili.* 4. *Imperfectitudine, si Vasallus sit th. 89. alias non th. 90. 91.* 5. *Conditionis defectu:* 6. *Revocatione.* 7. *Tempore th. 92.* 8. *Evictione th. 93.* 9. *Præscriptione.* 10. *Oblatione Ecclesiæ th. 94. non Subinfeudatione th. 95. sed* 11. *Refutatione th. 96. 97. 98.* 12. *Clericatu th. 99.* 13. *Divisione th. 100.*

DISPUT. IX.

EX CULPA (nam sine illâ nemini res sua auferenda th. 1. ne quidem à Principe th. 2. adeoq; nec feudum th. 3. 4.) quæ Felonia *dicitur thes. 5. & committitur vel à* Vasallo *vel* Domino *th. 7. a* VASALLO *vel* committendo *vel* omittendo *th. 8. COMMITTENDO in* Dominum *vel* in Extraneum *th. 9. in* Dominum *Directè*

rectè vel Indirectè: Directè 1. *Interficiendo thes.* 10. *quod Limitatur. in tuitione corporis th.* 11. *Bonorum th.* 12. *& Thori th.* 13. 2. *Affiliendo th.* 14. *Limitatur in conatu th.* 15. *facto erroneo vel alieno th.* 16. 3. *Injurias inferendo th.* 17. 4. *Inimicitias fovendo th.* 18. 5. *cum Hostibus conjungendo th.* 19. 20. *si inde damnum sentiat th.* 21. *quod quis probet th.* 22. 6. *Arcana revelando th.* 23. *animo damnificandi th.* 24. 7. *Testimonium contra Dominum dicendo th.* 25. 8. *Deferendo th.* 26. 9. *Consilium pravum suggerendo th.* 27. 10. *aliam ingratitudinem committendo th.* 28. *pro judicis arbitrio th.* 29.

Indirectè *vel in Personas vel Bona Domini th.* 29.

In Personas, *Uxori Domini stuprum inferendo th.* 31. *seu conando th.* 32. *vel Sponsæ th.* 33. *vel concubinæ th.* 34. *vel Viduæ intra annum luctus th.* 35. *vel filiæ, neptì ex filio aut nurui th.* 36. *vel Matri th.* 37. *Non si Neptis ex filia th.* 38. *vel Pedissequæ th.* 39. *aut etiam volentibus th.* 40. *aut si ignoranter id faciat th.* 40.

In bona *th.* 41. 1. *Feudum deteriorando th.* 42. 43. 44. 2. *Alienando sine consensu th.* 45. 3. *in dotem dando th.* 46. *nisi ne-*

essitas urgeat th. 47. ubi de Donatitio quæritur th. 48. 4. in Emphyteusin concedendo th. 49. vel 5. in Consum th. 50. 6. Permutando, in solutum dando, donando th. 51. 7. Oppignorando th. 52. 8. Fidejubendo th. 53. Non transigendo, Dividendo, compromittendo regulariter th. 54. Limitatur Alienationis prohibitio: *si traditio facta non sit th. 55. & alio modo th. 56.* Declaratur alienationis permissio *th. 57. 58. 59.*

In Extraneum committendo *th. 60.* 1. *Crimen Majestatis th. 61. 2. Parricidium th. 62. 63. 3. Proditoriam traditionem Conzasalli. thes. 64. ubi de αυτοχειρια quæritur th. 65. 4. Incestum th. 66. 5. Mortem civilem demerendo th. 67.*

OMITTENDO *th. 68. 1. Investituræ renovationem non petendo th. 69. 2. Servitia deferendo th. 70. 3. Dominum in acie deferendo th. 71. 4. Liberationem ejus omittendo th. 72. 5. Periculum renuendo th. 73. 6. Justitiam renuendo th. 74. 75. 7. Fiscum delinquentem non impugnando th. 76. 8. Subvasallum delinquentem ad satisfaciendum non cogendo th. 77. 9. Feudum abnegando th. 78. 79. 10. Feudum non dividendo th. 80. 11. Feudi translationem*

lationem permittendo th. 81. 12. Investituram à superiore injustè petendo th. 82. 13. & fructus ab alio recognoscendo th. 83. 14. alio modo th. 84. per sententiam declarando th. 85.

4. DOMINO *ubi traditur* 1. Regula *interdum & hunc privat jure suo thes. 86.* 2. illius ratio *thes. 87.* 3. Exempla *quædam culpæ eam committentis quidam Omissionis thes. 88. & in specie, denegatæ renovationis th. 89. & 90. & injustitiæ th. 91. præscriptionis th. 92. translationis Vasalli th. 95. & oppignorationis th. 96.* 4. Notabilia *tria generalia.* 1. *Ex eadem causis regulariter Dominum jure suo privari, quibus Vasallus th. 97.* 2. *Remissionem hanc in utroq; non nisi Dolo incidente decerni th. 98.* 3. *Ecclesiam & aliam Universitatem ob culpam Prælati vel Syndici jus suum non totaliter amittere th. 99.*

DISPUT. X.

III. EFFECTUS *amissi feudi, consistit:* 1. in Applicatione illius. 2. Fructuum. 3. Meliorationum translatione *quo pertinet* 4. tertia Alieni præstatio *th. 1.*

APPLICATIO Feudi respicit Donationem ex parte vel Vasalli vel Domini

VASAL-

VASALLI *iterum an fine, vel ex culpâ. th.* 2. Sine culpâ *vitiß. m an* Neceſſariè *an* Voluntariè. *Si* Neceſſariè 1. *an Rei interitu, & tunc applicatur nemini theſ.* 3. 2. *Morte Naturali, Filiis, & Agnatis vel Domino, ut Diſp. 6. th.* 4. 3. *Morte civili, Novum, Domino theſ.* 5. *Antiquum ut in caſu prec. th.* 6. 4. *Vitio corporis ſimiliter ut D. 6. th.* 7. 5. *Conditionis defectu 6. Revocatione 7. Tempore Domino th.* 8. 8. *Evictione, Evincenti.* 9. *Præſcriptione, præſcribenti* 10. *Oblatione, Eccleſiæ th.* 9.

Sin Voluntariè: 1. *an Subinfeudatione, & applicatur ſubvaſallo, in perpetuum, ſi novum: ad vitam ſubinfeudantis ſi antiquum ſit th.* 10. 2. *Refutatione, ei cui refutatum th* 11. 3. *Clericatu, vel Domino vel Agnato th.* 12. 4. *Diviſione, Dividenti th.* 13.

Ex culpâ *Si* Novum, *Domino th.* 14. *niſi obſtet Inveſtitura. th.* 15. *Si* Antiquum, *refert an peccatum in Extraneum an ad Dominum. Si* in Extraneum, *Agnatis. th.* 16. Si in Dominum, *& ipſi in perpetuum Jure ſtricto: ad vitam verò delinquentis ex æquitate th.* 17. 18. *& J. San. th.* 19. *etiam in feudo ex providentia. th.* 20.

ut sic filii semper excludantur. t. 21. quod limitatur t. 22. 23.

ex DOMINI *parte, semper Vasallo th. 24. nisi is alterius vasallus sit: tunc enim prædicta obtinent th. 25.*

FRUCTUUM translatio *th. 27. contingit vel* ex culpa *vel* sine culpa *vasalli.* Ex culpâ, *omnes ante sententiam non percepti th. 28.* Sine culpâ, *aliter Jure Communi, aliter Saxonico.* Jure Communi Naturales & Industriales *cedunt Vasalli, intra Calendas Martias & Augustum morientis, Heredi vel etiam Creditori; post Augustum vero usque ad sequentis Martii Calendas decedente illo, feudi successuri th. 29. 35. ratio inquiritur th. 30. 31. quod fallit in Reditibus Metallicis & Piscibus th. 32.* Civiles Perpetui *pro ratâ anni, à solutionis termino computandi, dividuntur th. 33.* Temporales, *juxta naturam Naturalium transeunt c. theſ. 33. quod fallit in fructibus feudi Soldata th. 34.* Iure Saxonico Naturales *pendentes successori feudali cedunt th. 36.* Industriales, *qui occati & rastris subacti, Heredi: nondum subacti successori feudali: Reliqui, hac operâ non indigentes, Vasallo Urbani diem supervivente, illius Heredi: Sin, Successori, th. 37.*

Civi-

Civiles Perpetui *illi, quorum terminus ante vel intra trigesimum post mortem Vasalli venit, integre; reliqui pro rata temporis th. 38. terminus autem pro varietate specierum varius est th. 39.* Temporales *eodem modo, quo Industriales, transeunt thes. 40.*

MELIORATIONUM consideranda 1. Acquisitio 2. Acquirendi media. Acquisitio *respicit Meliorationes vel* Intrinsecas *vel Extrinsecas*; Intrinsecæ *cedunt feudi successori th. 41. adde th. 28. nisi commodè separari possint: tunc enim vel pati debet ut tollantur, vel æstimationem præstare thes. 41. utrumq; arbitrio judicis th. 42. 43. qui tempus præsens respicitur thes. 44. & deteriorationis rationem habebit th. 46. quod fallit J. Sax. in ædificiis solo affixis d. th. 46.*

Extrinsecæ *meliorationes Heredibus cedunt d. th 46. & 28.*

Media Acquirendi *sunt Retentio thes. 47. & Conditio ex moribus th. 48. unde probatio meliorationum petenti incumbit th. 49.*

ÆRIS Alieni *præstatio controversa th. 50. 51. sed sit vel de Feudo Hereditario, vel*

vel Non-Hereditario th. 52. de Hereditario *Omne præstat heres th. 53.*

In Non-Hereditario *concernit illud onera vel Feudi vel Vasalli.* Feudi onera *describuntur th. 55. enumerantur th. 56.* Si Hæc, *præstandum de feudo as alienum tantum in subsidium Jure communi th. 57. quod fallit Jure Constitutionum Electoral. th. 58. 59.*

Sin, illa *non ex feudo sed hereditate solvendum: quod fallit in fructibus feudo novo, & non confecto Inventario, thes. 60.*

Excipitur Filius *qui omnia solvere tenetur debita th. 61.*

DISPUT. XI.

PERSECUTIO *feudi th. 1. (quod verbum hic genericè sumitur th. 2.) consistit in* Personis Iudicii & Processu *th 3. De Personis hac; de Processu seq. Disput.*

PERSONÆ Iudicii (quod describitur th. 5.) tres Iudex, Actor, Reus, *th. 4.*

De JUDICE videndum I. Quid sit? II. Quis sit? III. Quod ipsius officium? *thes. 6*

I. Quid

I. Quid sit, *traditur d. thes. 6.*
II. Quis sit, *dubium est. th. 7. modò enim 1. Pares Curiæ, modò 2. Dominus: modò 3. Ordinarius & 4. modò Arbiter judicat. th. 8. Respiciendum verò ad Personas litigantes: quæ vel 1. sunt Dominus & vasallus, vel 2. Convasalli th. 9.* Dominus & Vasallus *vel sunt invicem Veri, vel Asserti vel Extranei. d. th. 9.*

Inter Dominum & Vasallum veros, 1. Pares *indicant* regulariter *th. 10. etiam J. Sax. thes. 11. 12. etsi privati sint thes. 13. etiam inter Imperatorem & vasallum inferiorem th. 14. quod limitatur in Vasallo non habente regale feudum thes. 15. Ubi 1. de Clerico thes. 16. 2. de Jurisdictione Parium th. 17. 3. qui dicantur hic Pares th. 18. 4. An omnes judicent, num verò aliqui electi? th. 19. 5. quis eligat th. 20. 6. quomodo eligant th. 21. 7. de coactione Parium th. 22. 8. de Juramento judicantium thes. 23.* Exceptiones *ad regulam sunt:* 1. *Si non adsint Pares th. 24.* 2. *Si obstet consuetudo d. th. 24.* 3. *Si suspecti sint th. 25.* 4. *Si testes sint th. 26.* 5. *Si pactum refragetur th. 27.* 6. *Si de allodio lis sit th. 28.* 7. *Si de feudo nondum constituto. th. 29.* 8. *Si Dominus refragetur thes. 30.*

Inter

Inter Dominum & Vasallum asser-tos *quis judicet Dd. disputant th.31. Textus autem Paribus Curiæ deferunt hoc judicium th.32.33.*

Inter Dominum & Extraneum *Ordinarius judicat th.34.*

Convasalli *iterum Veri sunt, vel Asserti, vel Extranei invicem.*

Inter Veros (2.) *judicat* Dominus *th.35. Is vel Supremus vel Inferior. th. 36.* Supremus *de feudo regali solus th.37. non Camera th.38. nec Vicarii Imperii th. 39.*

Inferior *de omnibus aliis causis feudalibus th.40. Quæ regula* Ampliatur 1. *in feudo extra domicilium vel curtem Domini sito th.41.* 2. *in judicio possessorio th.42.* 3. *in Domino Minore 25. sed majore 18 annis th. 43.* 4. *in Domino pupillo, furioso vel mente capto, ita ut per tutorem vel Curatorem id expediat th.44.* 5. *in Domino viduarum & similium miserabilium th.45.* 6. *in Fœmina, si consuetudo vel lex permittat: aliàs regulariter non th.46.*

Inter Assertos, *Pares Curiæ regulariter th.47.48.*

Inter Extraneos, (3.) Ordinarius *loci vel personæ th.49.*

Is & aliis casibus judicat th.50.

(4.) Arbiter *ex compromisso th.51.*

III. Officium Judicis *est: sequi* 1. *Investituræ tenorem th.52.* 2. *Consuetudinem Curiæ vel statutum loci th.53.* 3. *Jus Feudorum commune th.54.* 4. *Jus Civile vel Canonicum th.55.* 5. *argumenta & rationes th.56.*

ACTOR, de quo in Genere *th.57.* In Specie: I. Si Vasallus contra Dominum *agit vel in Rem vel in Personam: in* Rem *vel* Possessorio: *Adipiscendæ, Retinendæ vel Recuperandæ th.58.59. vel* Petitorio: *Rei Vindicatione th.60. Confessoriâ vel Negatoriâ th.61. Petitione hereditatis th.62.*

In Personam: 1. *Conditione ex contractu th.63.* 2. *Evictionis th.64.* 3. *Caducariâ ex delicto th.65.* 4. *Revocatoriâ th.66.* 5. *Officio judicis th.67.*

II. Si Dominus contra Vasallum, *agit vel in* Rem, *judicio* Possessorio *th.68. aut* Petitorio *th.69.70. vel* in Personam: 1. *Conditione feudali th.71.* 2. *ex Stipulatu.* 3. *Conditione causâ data th.72.* 4. *Utili præjudiciali th.73.* 4. *Revocatoriâ;* 5. *Caducariâ th.74.*

III. Si

III. Si Extraneus: *agit* 1. *Conditione ex moribus th.75.* 2. *aliis etiam actionibus pro naturâ negotii th.76.*

REUS utitur Exceptionibus *Utilibus, communibus vel specialibus th.77.78.*

DISPUT. XII.

PROCESSUS *th.1. vel* Civilis *vel* Feudalis.

CIVILIS, deficiente feudali th.2.3. ut 1. *procedatur Ordinariè vel Summariè th.4.* 2. *Citatio impetretur th.5.* 3. *Libellus offeratur th.6.* 4. *Inducia definiantur,* 5. *Lis contestetur,* 6. *Probationes ritè expediantur &c. th.7.* 7. *Appellationes admittantur legitimè interponantur & justificentur th.8.9.10.*

FEUDALIS communis & Saxonicus th.11. cujus multa singularia th.12. quoad 1. Citationem, *th.12. ubi notanda: Temporis quantitas th.13. & decernendi qualitas th.14. Hæc consistit* 1. *in Impetrationis modo th.15.* 2. *Tempore th.16.* 3. *Loco th.17.* 4. *Insinuandi ratione th.18.*

2. Contumaciam, *vel* Vasalli *th.19. quæ aut Levis th.20. aut Magna th.21. vel* Domini *th.22. Ab hac excusant:* 1. *justa*

absentia th. 23. 2. judicium aliud feudale; & 3. *quavis impedimenta legitima thes 24.*

3. Iudicii *circumstantias & partes alias principales th. 25. ut* Locum *th. 26. 27.*

4. Tempus *th. 28.*

5. Formam *inchoandi & celebrandi th. 29.*

6. Comparitionis modum *th. 30.*

7. Præsentiæ rationem. *th. 31.*

8. Proponendi modum *th 32.*

9. Advocatorum personas & officium *th. 33. 34. 35. 36.*

10. Dilationes *th. 37.*

11. Satisdationes *th. 38.*

12. Juramentum Judicum *th. 39.*

13. Juramentum Calumniæ *generale vel speciale th. 40. 41. 42.*

14. Reconventionem *th. 43.*

15. Præsumtiones *th. 44.*

16. Testes eorundemq; Qualitatem *th. 45. ut sint Pares Curiæ, in feudi novi probatione, regulariter 45. & 46. etiam Jure Sax. th. 47. 48.*

17. Testium Sexum, *ut Masculi sint regulariter th. 49.*

18. Nu-

18. Numerum: *ut quinque sint Jure communi. th. 50. ratio redditur thes. 51. Sex Jure Sax. th. 52.*

19. Coactionem *th. 53.*

20. Juramentum *eorum th. 54.*

21. & Depositiones *th. 55.*

22. Jusjurandum judiciale *th. 56 57.*

23. Probationes *th. 58.* earundemque 1. Terminum, *qui J. Sax. arbitrarius th. 59.*

24. 2. Objectum, *quod fendi vel Investituræ th. 60. 61. 62. vel possessio thes. 63 64.*

25. (3) Effectum *vel in* Genere *ut Reo deferatur juramentum th 65. & ut Domini probationi stetur th. 66. vel* in Specie, *th. 67.*

26 Sententiam, *de qua in genere th. 68. & J. Sax. in specie th. 69. 70. 71.*

27. Appellationem *th. 72. 73. ejusdemq; formam interponendi & introducendi th. 74. ut & justificandi Jure tam Communi th. 75. quam Saxonico thes. 76. 77. 78.*

28. Lenterationem *th. 79.*

29. Executionem *thes. 80. ejusdemque* Efficientem *thes. 81.* formam.

anal.

antiquam th. 82. ac hodiernam th. 83. quæ fallit in certis casibus thes. 84. & effectum thes. 85.

30. Pœnis & Mulctas *thes. 86. quarum specialia J. Sax. cernuntur 1. in causis th. 87. 88. 89. 2. Quantitate thes. 90. 3. Modo th. 91. 4. Tempore eas infligendi thes. 92.*

De

De Libris Consuetudinum Feudalium Monitum

Nobiliss. Dn. HARTMANNI PISTORIS in Seuselitz:

in Epist. Dedicat. Libri II. Quæstion. part. prior.

QUantò à perfectione longius esset remota hæc ipsa juris pars, tantò magis in ea perpolienda, illustrandaq; elaborandum existimaverim: quò scilicet tam verbis ejus (à quibus interpretes recedentes in varias prolapsi fuerunt opiniones) exactius perpensis, quàm etiam rationibus diligentius investigatis, quæ obscurè pronunciata essent explanarentur: in variis & ambiguis verus atque certus eliceretur sensus: minus perfectè tradita complerentur, quæ verò rigidiora aliquantò viderentur, ad æquitatis reducerentur normam, atque hac ratione ipsa in profundo demersa veritas in lucem proferetur.

Nomina

Nomina Collegarum, ad singulas Disputationes.

1. Georgius Mallüianus Sehlaviâ-Pomer.
2. Franciscus Schaper Brunswicensis.
3. Sigismundus Horn Fribergens. Misn.
4. Gothofredus Lindemuth Isleb. Mansfeld.
5. Michael Kreuch Ordruff-Thuring.
6. Theodorus Lenten Osnabrug. Westph.
7. Johannes Wolfgang. Pfeil Durlacensis.
8. Ericus Georg. Lange Hamelensis.
9. Balthasar Finsterer Liebenzil.
10. Christophorus Laurentii Gubenâ Lusat.
11. Johannes Bulisius Berolino-March.
12. Johannes Matthias Hübner Noriberg.

I.

In

Nomine Domini noſtri JESU Chriſti quod principium medium & finis legum eſſe debet Nov. 85. in pr. & Nov. 109. in pr. à quo bonum initium, melius medium & optimus finis impetratur. Gl. in nomine Jeſu Inſtit. in Prooem. auſpicamur.

Collegii Feudalis publici

Disputationem I.

DE

Feudorum, feudalisq; juris origine, autoritate Notatione & Definitione,

RESPONDENTE

GEORGIO MALLVIANO

Schlavâ-Pomerano.

A THESIS I.

THESIS I.

REI cujusque partem potissimam principium, inconveniensque esse omissis initiis atque origine non repetita, illotis quasi manibus protinus materiam interpretationis tractare, JCtus Gajus asserit *in l.* 1. *ff. de orig. jur.* Et *Imperator Justin. Instit. de testam. ordinand.* nihil antiquitatis ignorandum esse: Proinde morem ipsis gerentes, ab origine feudorum, feudalisque Juris Collegium hoc exordiemur.

II.

Si vero in ullo Juris nostri articulo discrepantes Dd. sententiæ deprehendi poterunt, certe in hoc id continget, ut quot ferè capita; tot sint opiniones & sententiæ *Rittersh. part. feud part.* 1. *concl.* 1. *cap.* 1. *Giph. disp. feud.* 2 *n.* 4.

III.

Origo Feudorum.

Alii enim originem feudorum ad antiquissimum tempus conditi scilicet mundi & quidem primam Monarchiam referri posse autumant, quoniam *Feudista c. un.* §. 1. *de his qui feud. dar. pos.* 1. *Feud.* 1. feudi originem ad antiquissimum tem-

pus

pus refert; Jam autem antiquius nullum esse potest primæ Monarchiæ tempore, quod eò magis feudorum institutionem desideraſſe videtur, quo lætiori & firmiori incremento opus habuit, & promptiores animos ad mutua fidelitatis ministeria beneficiis obstringere debuit.

IV.

Extant præterea apud primas gentes vasallorum exempla non obscura. *Gen. 14. vers. 4.* Primum est quinque regum qui dicuntur 12. annos serviisse Chodorlahomor & anno 13. ab eo rebellasse, qui non ut mancipia, quæ in potestatem victoris cum omnibus transire solent. §. *Servi autem. 3. Instit. de Jur. pers. §. Item ea. 17. Inst. de A. Rer. D. l. 8. ff. de stat. hom.* neque ut subditi serviisse dicuntur, siquidem fidelitas, quæ subjectionis ratione præstatur, personam ipsam tantum respicit, & habitationis tantum ratione, quam quis habet in territorio domini præstatur, *Rosenth. in Synops. feud. cap. 6. §. 160.* sed sub conditione fidelitatis, ratione receptorum regnorum, servitia feudalia præstiterunt.

V.

Similiter 2. *Paralipom. 36. vers. 13.* (ubi mentio juramenti fidelitatis) quod po-

tissimum feudi vinculum esse solet, *2. Feud. 4. Quid præced. debeat. c. 1. Jerem.* 52. *vers.* 3. 9. 11. *&* 12. clarius id ipsum in Satrapis Persicis, quorum officium non solum in tributis ex provinciis, in quas Satrapæ missi fuerant conferendis, sed etiam auxiliis regi alendis & quocunq; rex jusserit, adducendis, positum fuit uti *Niell. ex Xenoph. in pæd. Cyri lib.* 8. *tit. f.* deducit & ejus elegans exemplum in lege Armeniorum proponit. *Disp. Feud.* 1. *th.* 1. *tit. med.*

VI.

Postremo cum Principatus, Ducatus, Comitatus, Baronatus præfecturæ, mera & mixta imperia in feudum dari soleant, *c. un de Feud. Gvard. & Castald.* 4. *Feud* 94. Ibique interpp. *c.* 1. 2. 3. *de feud. March. vel Ducatus.* 1 *Feud.* 14. ubi Dd. *c. un. Const. feud. Dom. Lothar. Imperat. quas ante januam B. Petri.* 1. *Feud* 19. *c. imperialē. §. præterea.* 1. *de prohib. feud. alien.* 2. *Feud.* 55. quæ non minus apud primas in prima Monarchia gentes fuisse non negandum est, *Gœdd. disp.* 1. *th.* 2. *lit. a inf.* Dissent. *Vult. Schrad. Rosenth. Rittersh p.* 1. *lib* 1. *c.* 1. *p.* 31. *& argumenta contraria diluit postquè eum Hunn. in c.* 1. *lib.* 1. *tract. feud.*

VII. Alii

VII.

Alii vetuſtiſſimis Romanorum moribus tribuunt, qui tamen ipſi variè rurſum inter ſe diſſentiunt: dum vel (primo) à jure CLIENTELARVM repetunt & ejus opinionis fundamenta firmiſſima in jure noſtro eſſe putant. Primo enim in *l. 3. ff. de Uſu & habit.* ubi & Clientes recipi poſſe aſſeritur. in *l. Si vero 3. §. 1.* habitationes clientibus gratis diſtributas fuiſſe legitur in *l. Si libertus* 89. Clientem Patrono furtum facere non poſſe Paulus affirmat, *Similiter in l. non dubito. 7. §. liber 1. ff. de Capti & poſtlim. reverſ. l. qui penum. 3. §. Sed quod. 6. ff. de pen. leg.* Jam Vaſalli in jure feudali paſſim Clientuli vocantur, *c. un. de cont. inter Domin. 1. Feud. 10. c. ſi Clientulus de alienat. Feud. 1. Feud. 13.* & ſicut inter Vaſallum & Dominum mutuæ obligationis & fidei vinculum exiſtit: *tot. tit. de form. fidel. 2. Feud. 6. & 7.* ſic ſimile inter hos olim viguiſſe conſtat. *Zaſ. de feud. p. 1. n. 1. per add. cc. ſap.* Diſſent. *Borh. c. 2. Feud. n. 3. Vult. t. 1. VVeſemb. cap. 3. Hunn. c. 1. ubi contraria argumenta diluit.*

VIII.

Nam ſicut Pater filio conſulebat, ſic Patronus Clienti eique aderat in judi-

cio, & vice versa cliens suum patronum tanquam patrem venerabatur, & adversus eum testimonium non ferebat, sic eodem modo inter dominum & vasallum non facilis est accusatio *c. unic. §. in quibus 1. num. 2. de Consvetud. feud. 2. Feud. 33.* vel si nomine mutuæ obligationis lis inter vasallum & Dominum in civilibus potissimum causis oritur, vasallum salva reverentia Dominum competenter rogare decet. *c. unic. c. fin. de milit. vasall. qui contum. 2. Feud. 22.*

IX.

Postremo quemadmodum omnis fraus inter Clientem & Patronum leg. 12. tabb. cessabat, quæ talis est, Patronus si clienti fraudem fecerit sacer esto, hoc est ad supplicium rapiatur: *Serv. in comment. ad Virg. Bald. ad L. 12. tabb. cap. 5.* Ita inter Vasallum & Dominum mutua felonia est prohibita ob quam utrinque feudum amittitur. *c. un. §. domino. si de feud. defunct. content. int. Dom. & Vas. 2. Feud 26. c. un. in f. de form. fidelit. 2. Feud. 6. Giph. disp. feud. 2. n. 20. 21. Hunn. cap. 3. Feud. ubi contrarijs argumentis respondet.*

X.

Alii originem MILITIARVM veterum

rum instituto tribuunt, quæ erant officia quædam ut præfecturæ, militiæ Silentiariorum *l. omnimodo* §. *ult. C. de inoffic. testam.* qui in Consistorio vel Palatio Principis silentium imperabant, maximè Principe somnum capiente, sive sunt excubitores in Consistorio vel Palatio Principis stantes ferè ad limina. *Matth. Steph. post Cujac. ad Nov.* 53. *num.* 17. Talis etiam fuit militia adjutorum quæstoris Palatii, h. e. Cancellarii. *Cujac. ad Nov.* 53. Idem ad *L fin. C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. *Borch. c.* 2. *Feud. n.* 6. *&* 7. Et ut militia & prædicta officia processerunt à publico & majestate Imperatorum *l.* 1. *C. de Silentia. Nov.* 53. *c.* 5. Sic etiam feudum *c. un.* §. 1. *De his qui feud. dar. possunt &c.* 1. *F.* 1. *c. un. in pr. Qui dicatur Dux &c.* 2. *Feud.* 10. Sicut militia transit ad heredes non tanquam paterna hereditas sed tanquam imperialis munificentia *d. Nov.* 53 *c.* 5. sic similiter feudum § *præterea fin lib.* 2. *Feud.* 2. *It. Quid sit investitura* 6. *It. Qui feud. dare possunt &c. lit.* 1. *Feud.* 1. §. 1. Denique ut militia per pecuniam vel singularem Imperialem munificentiam impetratur *Nov.* 53. *c.* 5. Ibiq; Matth. Steph. sic etiam feudum *c. un. in f. de nat. feudi.* 1. *Feud.* 7.

Sed cur hæc opinio non subsistit vide apud *Rittershus. & post hunc apud Hunn. dd. ll.*

XI.

Vel ab AGRIS seu prædiis devictorum hostium, militibus in præmium militaris virtutis datis, quibus ex prisca dispositione ad futuræ fortitudinis exemplum edendum agri sine ullo collationis onere assignari solebant, ut Impp. Theodos. & Valent. in *l. ult. C. de fund. limitroph.* loquuntur, derivant, uti id etiam longè ante JCtus Ulpian. de suo tempore attestatur, cum in *l. Item si verberatum.* 15. §. 2. *de R. Vind.* militibus agros assignatos fuisse scribit, quod ipsum quoque Gothofr. in notis ibidem affirmare & innuere videtur. Similiter Paulus JCtus in Lucius Titius 11. *ff. de Evictionib.* possessiones veteranis in præmia assignatas fuisse attestatur ut & *l.* 16. *ff. de acquir. rer. dom.* qui agri eo fine assignari consueverunt, ut eo agiliores & fideliores contra hostium insultus inveniren-tur, ad quem finem etiam feudorum constitutio collimare videtur. 2. *Feud.* 5. 6. 7. II. Accedit quod hi agri non fuerint in commercio eorum nec aliter ab

iis

iis alienari potuerint nisi princeps voluerit, *l. cum servus* 39. *§. ult. ff. de legat.* 2. *l. ult. C. de fund. patrim. lib.* 11. Hujus opinionis non incongrua exempla ex Romana historia adducuntur. Ut 1. Exemplum Horatii Coclitis cui tantum agri, quantum uno die circumarari potuit, assignatum fuisse legitur apud *Liv. lib.* 2. *dec.* 1. Similiter in Mutio Scævola & Martio Curtio observatum fuisse liqvet. *d. l. apud Hunn. c.* 3. *contraria argumenta refutata vide apud Borch. c.* 2. *Feud. num.* 11. & post eum *Hunn. d. l.* Adde *Petr. Heig. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 13. *& seqq.* Certè Compilator Juris Feudalis Saxonici in Proœm. num. 1. huic Romanorum instituto acceptam fert Feudorum originē: *allegans c. Jus militare. Diff.* 1. ubi tamen de hoc nihil: & aliàs in historicis fides ipsius lubrica valdè est.

XII.

Cujacius (alioquin subtilis & ejus ætatis JCtorum facile princeps, uti Borch. ex aliis adducit *d. c.* 2. *n.* 12. *Matth. VVesemb. in Paratt. ff. de his qui notant. infam. n.* 8. *in f.* ei laudem hanc nō derogat) feudorum originem ad istos HOMINES, quorum mentio *in l. omnia* 2. *§.* 1. *C. de Epi-*

scop. de Cler. & l. un. C. de Conductor. ac procurat. præd. fiscal. l. Senatorum 4. C. de dignitatib. lib. 12. injicitur, referunt quibus agri immo ad tempus, postea in perpetuum dari cœperunt, sic ut qui erant actores custodes, conductores prædiorum temporarii paulatim perpetui esse cœperunt: ita feuda primo annalia & non ad hæredes profiscebantur, quæ dein perpetua & hæreditaria esse cœperunt, *de his qui feud. dare poss. &c. 1. Feud. 1. §. 1. & 2. Borch. cap. 2. Feud. n. 12. & seq.* & sicuti isti, qui agros istos possidebant, dicebantur simpliciter homines. Sic vasalli in jure feudali homines dicuntur innuendo, quod feudum propriè ab hominio, quod barbaro vocabulo homagium nominatur, descendat: Nam naturam feudi esse liquet, ut debeatur fides & hominium, hoc est ut profiteantur se fideles Domino fore & se homines ejus esse. *Liber Hattyf. cap. 1. lit. d.*

XIII.

Alii non Romanis sed GALLIS & ipsorum SOLDVRIIS de quibus *Cæs. lib. 3. de bell. gall.* acceptam ferendam esse dictitant & ab his feudorum mores

ad

ad Germanos & alios Europæ populos perveniſſe arbitrantur: inter quos eſt Conan. 2.*Comment.* 9. *n.* 5. cum ſimile inter eos fere ſit fidelitatis vinculum: Ut enim Soldurii pro dominorum ſuorum vita & commodo ſanguinem effundere non dubitant: Sic vaſalli ſe domini ſui ſalutem usque ad mortem defenſuros eſſe jurejurando confirmant. *Qual. jurar. deb. de form. fidel.* 2, *Feud.* 5. 6. & 7.

XIV.

Alii porro feudorum originem CAROLI MAGNI inſtituto acceptam referunt, ex quorum numero ſunt Ferrar. 1. *Feud.* 1. *Thom. Frantz. in defenſ.* pro Carol. Magn. Vult. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. I. Inde quod feuda ſint dignitates & officia quædam perpetua, quæ demum ſuo tempore in præfectis provinciarum hereditaria eſſe cœperunt, quæ antea in concedentium arbitrio & utplurimum annalia fuiſſe liqvet ex 1.*Feud.* 1. Dein in Monarchia feudorum conſtitutionem introductam eſſe juris rationi non congruit, quoniam omnis juris principium ab ipſo Principe maximo peti oportet & præter ipſum cauſam efficientem eſſe nemi-

neminem, *l. ult. C. de LLbus.* Præterea ex hiſtoriis liquet à Carolo Magno regnum Longobardorum in Italia deſtructum atq; hinc Duces, Conſules & ipſos Romanos Imperatoris Vaſſos, hoc eſt, homines feudatarios effectos, qui pro beneficiis huſce ad fidelitatem ſibi præſtandam eſſent obſtricti. Poſtremo inter leges Francicas non paucæ Feudorum conſtitutiones reperiuntur. Hæc opinio quamvis plauſibiles rationes habere videtur, ſi tamen cum hiſtoriarum analogia propius conferuntur, parum roboris obtinent, uti illud perſpicuè à *Petr. Heig. p. 1. q. 1. n. 19. demonſtratur. Rudinger. lib. 1. c. 1. n. 12.*

XV.

Alii & ferè plurimi Dd. originem illam ad GERMANOS & in ſpecie LONGOBARDOS referunt, qui ſedibus ſuis, quas ad eas riparum Albis partes, ubi nunc ſunt regiones Magdeburgenſis, Halberſtadenſis, & Comitatus Barbienſis, habebant, relictis duce Alboino per Pannoniam, Italiam, regnante Juſtino circiter annum Chriſti 568. intrarunt & in Italia per centum quatuor

tuor ſecundum Rudinger. *lib.* 1. *Feud. c.* 2. *in f.* ſecundum Dreſſerum verò *millen.* 4. *p.* 39. & Chriſtoph. Helvic. *in Theatr. hiſtor. f.* 30. per centum ſex annos regnarunt ſub 24. regibus ut allegg. hiſtorici referunt, & à longis haſtis ſive bardis Longobardi, & regnum ipſorum olim Longobardia; jam Lombardia, dicti fuerunt. Melancht. *in Chron. lib.* 3. *p. m.* 195. & 342. *lib.* 4. *p.* 398. *Roſemb. tract. feudal. cap.* 1. *concl.* 8. & *Synopſ. feud. cap.* 1. *concl.* 6. *VVeſemb. de feud. cap.* 3. *n.* 2. *Obrecht. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 8. 21. & *ſeqq. Giph. diſp. feud.* 2. *th.* 1. *Petr. Heig. latiſs. p.* 1. *q.* 1. *n.* 40. 41. & *ſeqq.*

XVI.

Et ſanè licèt in tanto opinionum confluxu difficile ſit aliquid certi definire, cum res omnis verti videatur in conjecturis. *Obrecht. d. l.* tamen probabiliorem poſtremam & magis communem Dd. ſententiam arbitramur, eique ſubſcribimus: tum quia rerum germanarum ſcriptores ferè ſoli feudorum mentionem faciunt. *Rittersh. part. feud.* 1. *cap.* 1. *concl.* 2. Tum quod jus Saxonum (atq; ita Germanorum) ſæpe illorum mentionem injiciat, imo ſpecialiter proprio de feudis conſtituto jure utantur ipſi Saxones.

nes. Quod Saxonum jus tamen antiquissimum & diu ante tempora Caroli Magni ab ipsis Saxonibus usurpatum, ab hoc verò solum confirmatum, fuisse apparet ex **Landr.** *lib.* 1. *art.* 18. *in f.* Unde certe verisimile est Longobardos feuda in patria Germania sibi nota in Italiam secum attulisse. *VVesemb. de feud. cap.* 3. *num.* 2. Obrecht. *d. l.* Diss. hic Giphan., qui feuda quoad originem ad clientelas Romanorum, quoad rerum distinctiones, ordinationes constitutiones à Longobardis oriri autumat. *disp. feud.* 2. *num.* 30. *& seqq. Schrad. p.* 2. *cap.* 1. *feud. n.* 2.

XVII.

Sed quia Longobardos utpote milites juris Romani ignaros fuisse probabile est econtra quemadmodum & secundum juris civilis normam parum, sed plurima contra, disposuerunt; vox feudi aliaque Longobardica vocabula, in nostro feudali jure plurima extant; & tandem Legum Longobardicarum, sæpius inibi fit mentio dicendum utique, ea etiam quoad primam originem à Longobardis promanasse, *c. un. de cognit. Feud.* 2. *Feud.* 1. *c. un. de molit. vasall.*

qui

qui contumax. 2. *Feud.* 22. Obrecht. *d. l. num.* 23.

XVIII.

Quinimò certum eſt jure Romano bona fuiſſe allodia hoc eſt libera, neq; de bonis feudi naturam habentibus antea conſtitiſſe, *c. un. de Allod.* 2. *Feud.* 54. unde conſequens eſt, etiam ab iis primam originem dependere & oriri, qui primò qualitate feudi bona affecerunt, & ſub fidelitatis nomine aliis fruenda & utenda conceſſerunt, ſicut hoc de Longobardis affirmatur, quod primò partem Italiæ intra ſuos duces diviſerint, ſingulisque civitatibus ſingulos duces præfecerint, qui dein ea, quæ beneficii jure tenebant aliis tanquam minoribus valvaſinis eodem jure fruenda conceſſerunt ut idipſum pluribus Petrus Heigius eleganter deducit. *part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 31. *& ſeqq. & ead. p.* 1, *quæſt.* 7. *num.* 51. Totum, inquit, jus feudale, partes Juris alias dignitatis ſuæ fulgore mirum in modum ſuperans, purum putum germanicarum gentium inventum & donum eſt.

XIX.

XIX.

Origo Juris Feudalis.

Fendorum origine excussa jam de autoribus, qui feudorum consvetudines in scripturam redegerunt, cognoscere methodi ratio postulat; & constat eorum compilatores fuisse Gerhardum Nigrum (qui etiam Capagistus vocatur, *c. 1. Hic finitur lex, Deinde tit. 2. Feud. 28.*) & Obertum de Orto utrosque Consules Mediolanenses. *c. un. vers. respondi si de Feud. Vas. all. 2 Feud. 25. Ottho Frisingens. lib. 2. de reb. gest. Frider.* sed non solos, siquidem alia ab aliis quoque adjecta sunt, *c. un. de feud. fœm. 2. Feud. 30. c. unic. qui test. sunt necess. 2. Feud. 32. c. Domino. Hic finitur lex. 2. Feud. 28.*

XX.

Partitio librorum Feudalium.

Horum autem librorum non una & eadem partitio & divisio est: quædam enim vulgaris quædam Cujacii est: illa quæ communiter in Corpore Juris esse solet, hæc quæ à Cujacio in feudalibus adducitur, quamq; Pacius eleganti collatione scitè in Oeconomia juris adumbrat. p. m. 121. Sed quinam libri & tituli cujusque autoris proprii sint vel non & quid de his unius atq; alterius judicium & rationes sint, vide apud *Giphan disp. 2. n. 37. & seqq.*

XXI. Et

XXI.

Et licet hæ consvetudines à privatis privata eorum autoritate in scripturam redactæ & composítæ, & privatus nullam cõdendi leges potestatem habeat, sed populus liber & in quem is suum jus transtulit ut Imperator. *l.* 1. C. *de vet. jur. enucl. l. ult.* C. *de LLbus.* §. *sed & quod principi Instit. de* J. N. G. quia vero hoc jus multas multorum Imperatorum constitutiones complectitur, quos legis condendæ potestatem habuisse nemo dubitat, & insimul cæteri libri ab Imperatoribus tacitè comprobati, dum eos Bononiæ & in aliis Imperio Subjectis Academiis legi publicè voluerunt uti *Odofred. in Anth. Cassa. C. de Sac. S. Eccles.* refert Fridericum II. Imperatorem misisse hasce consvetudines & decisiones consvetudinarias ad Civitatem Ticinensem & Bononiensem ad Collegiorum earundem civitatum petitionem, ut in justum ordinem redigerent. *Curt. Jun. p.* 1. *qu.* 1. *n.* 6. *& quæst.* 3. *num.* 13. *Sonsb. part.* 1. *num.* 24. *Schneid. in præl. n.* 3. *Giph. disp.* 2. *Feud. n.* 74. *Vult. cap.* 1. *n.* 6. Legum vicem non immeritò obtinent. *Zas. in pr. Feud. num.* 3. *Schrader. p.* 1. *de feud. quæst.* 1.

XXII.

Præterea hi libri ultra hominum memoriam & sic per tantum temptis, cujus initii memoria nō extat sine omni controversia pro authenticis habiti, coram imperatoribus & in judiciis ad decisiones causarum allegati & celebrati, ut omnino dicendum sit eos potestatem obligandi habere Schneidw. *d.l. num.* 31. *& seq.*

XXIII.

De Jure Feudali Saxonico sciendum illud ante Caroli M. tempora scripto comprehensum non fuisse *Petr. Heig. p. 1. quæst.* 8. *n.* 17. *& seqq.* Imp. verò Friderici II. jussu & auctoritate per Eckium à Repkaw, cujus familia adhuc circa Bitterfeldium & Jesnicium in Electoratu Saxonico viget, consvetudines illorum in librum istum conjectas potius quàm digestas *Heig. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 106. *qu.* 7. *num.* 51. *& d. quæst.* 8. *num.* 45. *& seqq.* inprimis *num.* 56. Unde Fridericus iste Imper. autor dicitur Juris Feudalis Saxonici, *in præfat. ib.* **Vnd darumb so hat der Hochgelobte vnd Hochgeboren (des Gott ewiglich gedenck) dieses gegenwertigen Buchs ausgeben/**

Keyser

Keyſer Friderich von Stauffen/ *&c. Et Gloſſ. lib. 1.* Landrecht *art. 14 num. 2. ib.* Aber Keyſer Fridrich von Stauffen hat das Lehenrecht geſetzt/ *&c. & n. 4. ib.* Vnd Keyſer Fridrich von Stauffen ſatzte in dieſem ein ſolch Recht. *Heig. d. quæſt. 1. num. 106. Adde Zobel. in not. ad cap. 1.* Lehenr. *lit. ff.* Eſt autem Jus hoc compilatione poſterius Jure Provinciali Saxonico, Landrecht / *uti colligitur ex cap. 71.* Lehenr. *in fin. & ib. Zobel. lit. C.*

XXIV.

Sed cum omne jus ſit vel ſcriptum vel non ſcriptum cui parti jus feudale accenſendum ſit non omnium una mens & ſententia: nos ratione originis juri non ſcripto, ratione quarundam conſtitutionum juri ſcripto accenſeri poſſe intrepidè aſſerimus, primum ex tacito conſenſu populi, quo apud illum viguit & uſurpatum fuit; alterum ex publica Imperatoris autoritate. *Rittersh. cap. 1. num. 8. Vult. cap. 1. num. 4.* per multos ibi allegatos.

An jus feudale ſit jus ſcriptum vel non ſcriptum?

XXV.

Juris virtus cum generalis & ad obſervantiam ſui quosvis ſibi ſubjectos adigat,

An obliget clericos?

adigat, non sine causa quæritur? An æquè clericos ut laicos obliget, quod omnino dicendum videtur per *c. un. §. fin. de capit.* Conrad. 2. *Feud.* 40. idque communi opinione obtentum dicit *Zas. part. 5. num. 71. & part. 5. num. 63. Curt. Jun. p. 1. qu. 2. num. 4.* quia sunt universales consvetudines tacito consensu universi populi introductæ. Præterea plurimi juris Canonici textus ostendunt Ecclesiasticos non minus iis obligari ac laicos *c. ex transmissa c. verum. ext. de for. compet. c. cæterum. ext. de judic. Vult. de feud. cap. 1. num. 8. Schrad. de feud. p. 1. n. 26. Ruding. qu. 8.*

XXVI.

An jus feudale extra suam materiam extendendum?

Juris feudalis quia magna est auctoritas in suo genere *6. Obertus in f. de feud. cognit. 2. Feud. 1.* sed an tam magna, ut extra materiam feudalem ejus vigor se extendat quæstionis est? qua in re cum Borcholdo & Gœdd. distingvendum est, ut, si sit consvetudo quæ juri communi repugnat & jus singulare continet, non sit extendendum *l. quod contra. ff. de R. J. l. quod vero & l. quod non ratione ff. de LLb. It. l. 16. ibid. K. quod ad gratiam de R. Jur. in 6.* sed quatenus consentit cum legibus Romanis, vel rationem habet naturalem

exten-

rendi posse dicendum est. *Gædd. disput. 1. th. 8. lit. B. Borchold. cap. 2. num. 32.* ubi varia exempla affert.

XXVII.

Uti deficiente jure civili jus feudale ad illius juris decisiones induci posse dictum est: sic similiter juris civilis rationes ad juris feudalis controversias decidendas induci possunt, ubi quæstio non expresso juris textu, nec ratione exinde convenienter deducta decidi & determinari potest. *Vult. lib. 2. cap. 3. num. 45. Rosenth. cap. 1. concl. 11. lit. a. Curt. Jun. p. 1, quæst. 4.*

XXVIII.

Jus commune cum aliud sit canonicum aliud civile, quæri solet? Si quæstio jure feudali non invenitur decisa, an ex jure canonico vel civili decidenda sit ubi jus civile à jure canonico deflectit? Distinguendum esse censemus, si in terris Imperii agitatur ex jure civili decidenda venit: veritate enim inspecta de causis feudalibus nulla jurisdictio nec cognitio Pontificibus competit. *argum. c. sollicitæ ext. de major. & obed. Gædd. disput. 1. th. 9. lit. b.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

XXIX.

In superioribus cum dictum toties non ex jure civili admitti argumentationē quoties vel expresso textu vel convenienti exinde ducta juris ratione res decidi nequit, an pro convenienti juris ratione argumentum à contrario sensu ductum habendum sit, quæstio est, Ubi varia variorum est sententia; sed affirmativa nobis placet, quatenus non exinde expressa juris communis vel feudalis correctio existit *Gœdd. disp. 1. thes. 10. Curt. Jun. part. 5. quæst. 2. Schrad. part. 1. qu. 4.* Siquidem casus qui sumitur à contrario sensu dicitur apertissimus *l. si quis locuples in f. ibi ut apertiss. ff. de testam. manumiss.* At ubi aliquid aperte ex jure feudali decidi potest non est locus juri communi *cap. 1. de feud. cognit. 2. Feud. 1.* in quibus casibus hoc procedat & intelligendum sit, vide *Log. Juris Mart. Schickard. loc. 20. à separ. num. 25. 26. 27. & seqq.*

XXX.

Qua de causa in controversiis feudalibus secundum communem opinionem hic ordo observari solet, ut ante omnia attendatur quid pactum investituræ sibi velit *l. semper in stipulationibus*

34. *de R. J.* & si non ex hoc lis decidi potest, quid communiter in ea regione aut curia Dominica observari soleat, quoniam statuta & consvetudines derogare solent juri communiori *l. in toto ff. de R. J.* & ubi hæc deficiunt ad jus feudale recurrendum erit, dicto modo, ubi nec illud ad jus commune expresso textu constans, vel ad argumentum à simili ductum ut Feudist. monet 2. *Feud* 1. §. *Strenuus autem. Rittershus. lib* 1. *cap.* 1. *num.* 10. *Hunn. tract. feud. cap.* 3. *quæst.* 6. *Schneidvvin. de feud part.* 1. *num.* 10. *& seqq.*

XXXI.

Feudi vero vox diversimode in jure nostro feudali cum sumatur origine jam qualitercunque inspecta id quoq; paucis attingere lubet. Accipitur vero (1) pro re ipsa quæ in feudum alicui datur. §. *Item si* 3 *&* §. *fin. si de investit.* 1. *Feud.* 4. *pr ad fin. &* §. *econtrario* 1. *de invest. de re alien.* 2. *Feud.* 8. *c. un. vers. Si vero vasall. de mil. vasall. qui contumax.* 2. *Feud.* 22. *Rittershus. part. feud. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *Homonymia.*

XXXII.

Usurpatur (2) etiam pro ipso contractu feudali, qui inter Dominum &

Vasallum intercedit, & quo mediante jus in re feudali Vasallus consequitur; idque per metonymiam causæ pro effectu: est enim contractus ille feudalis causa ipsius feudi & sic natura prior. *c. un. ad fin. de Usu Mediolanens. 1. Feud. ult. pr. in f. §. sed etiam 1. Per quos fiat investit. 2. Feud. 3.*

XXXIII.

Sumitur (3) denique pro jure quod Vasallus in re feudali habet. *rubr. & tot. tit. de nat. Feud. 1. Feud. 7. tot. tit. de Success. Feud. 1. Feud. 8. Rubr. & tot. tit. Quib. mod. feud. constit. potest. 1. Feud. 25. §. item qui 2. & seq. Quæ fuit prim. caus. 2. Feud. 24. tot. tit. de consvetud. rect. feud. 2. Feud. 33.* & alibi in libris feudorum passim. Et in hac tanquam hujus loci propria significatione nos impræsentiarum accipimus.

XXXIV.

Notatio, Grammatica.

Progredimur nunc homonymia explicata ad Feudi notationem, Grammaticamque unam, Logicam alteram adsignabimus. Grammaticam vero meliorem vix dare poterimus, quam è lingvâ gentis illius, cui feudorum originem adscripsimus, Longobardorum scilicet.

Feudi

Feudi enim vocem latinam non esse in confesso est *Rittersh. part. feud. p. 1. concl. 12. princ.*

XXXV.

Descendere itaq; vox illa Feudum videtur à vocabulo Longobardico Faida vel Feida quod hostilitatem significat, ut apparet ex LL. Longobardorum, *tit. 2. §. 5. tit. 5. §. 3. & tit. 30. præsertim const. 1. de Faidosis. Beat. Rhenan. lib. 2. rer.* German. Faidam vocabant Franci simultatem apertam qua unus aliquis vel pluribus bellum denunciat. Cui propius Anglorum Feud, idem denotans, accedit, quod à Saxonibus cognatis suis procul dubio didicerunt, *vide Petr. Heig. d. quæst. 7. num. 11. part. 1.* Atque hinc hodie etiamnum vocabulum **Fehde** æquipollet. Unde **Fehdeszeiten** belli tempora, **Fehder oder Befehder** hostes, **Fehdesbrieff** literæ diffidatoriæ dicuntur. *Aur. Bull cap. 17.* **Lehnrecht** *cap. 77. Const. Elect. part. 4. Constit. 15. 16.* Bellorum enim occasione feuda primitus introducta & vasallis concessa sunt ut belli & hostilitatis tempore dominum juvent faidamque levent. Et hoc juvari videtur *per 6. unic. de nov. form. fidel. 2. Feud. 7. Calv. in lex ad vocab. Faidam.*

XXXVI.

Circa Logicam Dd. variè variant. Alii enim (t) à fœdere deducunt, eo quod Dominus & Vasallus invicem ad præstandam mutuam fidelitatem tanquam fœdere conjuncti sunt, per *c. un. ad f. de form. fidelit. 2. Feud. 2. Zas. de feud. part. 2. num. 2.*

Logica.

XXXVII.

Alii à germanico **Fuden**/ quod pascere significat vel quod feuda in pratis & pascuis ut plurimùm consistant vel quod ad hoc feuda Vasallis dentur, ut inde se, equos & familiam honestè alant, quo parati esse possint ad servitia dominis suis præstanda, arg. vocab. Fodrum quod à germanico **Futter** deducunt, annonamq; militarem significat §. *insuper de constit. Conrad. 5. Feud. 1. Rittershus. p. 1. feud lib. 1. cap 1. concl. 12. ad fin. Beust. in l. admonendi 31. ff. de Jur. jur.*

Alii à Germanico **Voigt / Voigten** curatorem & administratorem significante, unde **Voigtsherren / Voigts Junckern** eos quos alias **Schutzherrn** appellant, deducunt. *Nicol. Vigel.*

XXXVIII.

XXXVIII.

Alii inter quos maxime Bodinus ex veteris fidelitatem præſtandi, formulæ verbis: Fidelis ero Domino vero meo, & quidem literis initialibus hanc vocem Fedum & inde feudum collectum eſſe ſcribit. *lib.* 1. *de Rep. c.* 9. *in pr.*

XXXIX.

Alii (5) à fide ſeu fidelitate derivant, ut feudum quaſi fidum dicatur §. *Fœminam. Per quos fiat inveſt.* 2. *Feud.* 3. quo innuitur nomen feudi ex ipſa natura & eſſentia feudi deductum & profectum eſſe. §. *& quia.* 1 *verſ. poſtea.* § *cum vero* 2. *de his qui feud. dar. poſſ.* 1 *Feud.* 1 *pr. verſ. Item ſi quib. mod. feud.* 1. *Feud.* 5. *c ult.* §. *fin. per quos fiat inveſt.* 2. *Feud.* 3. *Borch. c.* 1. *n.* 1. *Giphan. diſp.* 1. *num.* 2.

XL.

Et ſanè, cum antea poſitæ notationes aliquantò longius petitæ videantur, huic poſtremæ tum quod expreſſo textu nitatur, tum quod à forma & eſſentia feudi, uti modo dictum, quæ in mutua fidelitate conſiſtit, deſumpta ſit, calculum addimus. *d. c. un. verſ. nulla. Per quos fiat inveſtit.* 2. *Feud.* 3 *c. un.* Qualiter jurare deb. *Vaſall.* 2 *Feud.* 5 *cum tit. ſeq. Schrad.*

de feud.part.2. cap.1. in f. Heig.1. qu.2. num. 71. & seq. Obrecht. de jur. feudi lib.1. cap.4. num. 6. & seq. VVesemb.de feud. cap.1. Hatzyf. analyf. jur. feud. cap. 2. Rosenth. Synopf. feud.cap.1. concl.5. Schneidvv.de feud.part.1. num.18. Schonb.lib.1.disp. feud.1. th.8.

XLI.

Definitio. A notatione ad definitionem jam accedentes Interpr. quemvis à quovis dissentire deprehendimus. Alii enim (1) traditam ab Oberto *de Orto in c. un. vers. hujus autem. In quib. caus. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. Quod sit beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, Ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos sive fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc ut ille & sui heredes fideliter domino serviant, sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum sive indeterminatè sit promissum, retinendam censent. *Rosenth. d.tract. feud. cap.1. concluf. 2. num.5. & Synopf. feud. cap.1. concluf.1.*

XLII.

XLII.

Veruntamen cum in eâ multa non ſoli proprio, fæminarum enim & ſervitii determinati mentionem facit nec omni feudo: ut Guardiæ, Cameræ, Franco & ſimilibus convenientia ipſo *Roſenthal. d. l.* fatente contineantur, alia nobis quærenda erit. *Obrecht. d. l. t. c. 4. n. 12. & ſeqq.*

XLIII.

Alii cum Raynaldo definiunt, quod ſit benevola & libera rei immobilis vel æquipollentis conceſſio cum utilis dominii translatione retenta proprietate ſub fidelitate exhibitione ſervitiorum honeſtorum. *Schneidvv. p. 1. n. 12.*

XLIV.

Sed nec hæc arridet, quia conceſſione conſtituitur quidem feudum, actum inter Seniorem & Vaſallum ſi ſpecto, non tamen ſequitur, quod exinde feudi cōſtituti genus ſit. Dominium quoq; indirectum & utile diſpexit, cum tamen talis dominiorum diſtinctio vix ac ne vix quidem probari poſſit *Borch. c. 1. Feud. n. 15.* Neque etiam proprietatem ſemper dominus retinet, ut patet ex §. *ſed etiam* 1. Per quos fiat inveſtit. 2. *Feud.* 3. §. *inſuper* 2. *verſ.*

per 2. vers. illud quoque de prohib. alien. per Frid. 2. Feud. 55. Nec tandem omnia feudæ servitia præstare Vasallum adstringunt. *Hackelm. ad Schneidvv. d. lit. K. Schrader. d. tract p. 2 cap. 2. n. 29. & seqq. Obrecht. d. c. 4. n. 18.*

XLV.

Alii (3) feudum est contractus nominatus stricti juris, in quo Dominus utile dominium rei immobilis vel æquipollentis, alteri & heredibus ejus masculis, perpetuò & gratis, investitura interveniente, concedit ea conditione, ut is ipsi & ad fidelitatem præstandam & ad servitia honesta & possibilia exhibenda obligetur. *Schrad. part 2. cap. 2. n. 3. Rittershus. in part. f. cap. 3. num. 4. in f. & n. 5. VVesemb. de feud. cap. 1.*

XLVI.

Ast cum, præterquam quod generis loco contractus ponatur (qui tamen à feudo, tanquam causa ab effectu, distat: aliud enim conventio de feudo acquirendo, aliud jus in feudo acquisito est *argum. §. ult. Instit. de Servitut. Hotom. 6. observ. 7. Fachin. 7. controvers. 1. Bocer. tract. de feud. cap. 5. quæst. 1. Giph. disp. 1. th. 4.* masculorumq; solùm mentionem faciat, cum tamen

tamen & fœminæ quandoque non ſuccedant modò, ſed & feuda adquirant, ut infra patebit: nec etiam omne feudum gratuitò ut emptum detur nec omne etiam perpetuò duret ut habitationis Soldatæ &c. illa quaque, quæ in ſuperiori, deſideremus, eandem quoque relinquimus.

XLVII.

Alii (4) Feudum eſt res immobilis, quæ fidei & obſequii gratia certo modo alicui fruenda conceditur. *Duaren. de feud. cap. 2.*

XLVIII.

Nos cum dixerimus ſupra feudum pro jure quod vaſallus habet in re feudali, accipi; aliud vero res ipſa hoc eſt materia, aliud jus in re ſit, ab hac quoque diſcedimus. *Obrecht. d. l. n. 23.*

XLIX.

Alii (5) Feudum eſt clientela militaris ea lege contracta, ut cliens pro beneficio accepto militarem operam præbeat, viciſſimque Patronus ſuam illi fidem & benevolentiam præſtet. *Hotom. diſp. feud. cap. 4.*

L.

Neque vero hæc omnia feuda ſuo ambitu

ambitu complectitur: de solis enim militaribus loquitur; ob multa vero feuda non militaria, sed alia quoque, dummodo honesta sint, imo quandoque etiam vasallis quædam conceduntur, ob quæ nulla prostant servitia. *tit.* 104. *in f. prin. Obrecht. d. l. n.* 21. *In extraordin. capit.* Et hanc ergo mittimus.

LI.

Quidam (6) definiunt: quod sit benevola libera & perpetua concessio rei immobilis vel æquipollentis, cum translatione utilis Dominii retenta proprietate. *Zas. de feud. part.* 1. *num.* 3. *& Sonsb. de Feud. part.* 2. Sed quia aliud est donatio, aliud res donata, concessio, ut supra quoque meminimus, est causa, feudum seu jus in re est qualitas. Præterea quia non omne feudum est perpetuum sed quoddam temporale *de feud. Gerard.* 1. *Feud.* 2. *de pign. dat. feud. in pr. & de pign. dat. feud.* 1. *Feud.* 11. ideò nec hæc nobis satisfacit. *Bocer. in tract. de qualit. feud. c.* 1. *num.* 7.

LII.

Alii (7) feudum est jus utendi fruendi re immobili vel simili sub conditione mutuæ fidelitatis *Hack. ad Schneidvv. p.* 1. *tit.* K. *Schonb. disput. feud.* 1, *thes.* 1. 6. *&* 7.

LIII.

LIII.

Et hanc sane cum aptè jus, quod Vasallus in re feudali habet, exprimat, eandemq; omni feudo eorundemq; naturæ convenientem arbitremur retinendam esse ducimus: quapropter singula ejus verba penitius inspicere allubescit.

LIV.

Cum autem quælibet definitio constare debeat genere & differentia, genus hujus definitionis est Jus in re immobili vel simili, quod non solum supra per plures textus probavimus, sed etiam adhuc per textus expressos *in c. un. pr. verf. si quis aliquem in f. de Pac. tenend. 2. Feud. 27. c. un. de Feud. 2. Feud. Lig. 99. probamus.*

LV.

Cætera verba differentiam notant, quæ duorum causa in legitima definitione requiritur: primo ut sui definiti naturam explicet & declaret, & dein sui definiti naturam ab aliis distinguat, & secernat. Quod primum attinet diximus supra specificam differentiam esse in mutua fidelitate, ad quam præstandam Dominus & Vasallus invicem obligati sunt, *tit. 3. in f. & tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.*

LVI.

Cum vero hæc mutua fidelitas sub juramento præstari solet quæ anne pacto effici possit, ne fides præstetur, 2. *Feud.*4. quæritur. Ubi sciendum,quod fides dupliciter sumatur 1. pro ipsa fide & fidelitate quæ promittitur, ut in *rubr. & nig. Qual. jur. deb. vasall. dom.* 2.*Feud.*5. *& cap.*1. *de form.fidel.* 2.*Feud.*6. *& cap.* 1. *de nov. for. fidelit.* ibi super fidelitatis juramento, quo quis ad fidem præstandam sancte se obligat *cap.* 1. *Quid præced. deb.* 2.*Feud.*4. *cap.*1. §. *est & alia. Quæ fuit prima causa benef. amitt.* 2. *Feud.* 9. *Vult. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. jam dicimus pacto effici posse ne juramentum fidelitatis præstetur. per alleg. jura.

LVII.

Neutiquam verò pacto effici potest ne fides præstetur quia pacta contra substantiam rei apposita nullius sunt momenti. *l. cum precario.* 12. *Ibiq; Bart. l. pacta* 6. C. *de pact.* Idque nec directe nec indirecte fieri potest. *l.ult. C.si mancipium ita venier. c.detestanda de conces. præbend. in 6t.* E. g. ne vasallus propter feloniam cadat feudo, hujusmodi conventio nullius momen-

momenti esse intelligitur, siquidem ad idem malum, ad quod improba fides nos irritare potest, invitat, & contra bonos mores pactum censetur, ne dolus præstetur. *l. si unus* 27. §. *Illud* 3. *ff. de pact.*

LVIII.

Fides autem non est sola feudi forma, sed ita quatenus fides illa est innexa usufructui in re immobili constituto. Fides enim relativè promittitur respiciendo jus utendi fruendi re immobili vel simili. Siquidem proprietas apud dominum manet, jure utendi fruendi ad vasallum saltem transeunte. *c. un. In quib. caus. feud. amitt. 2. Feud. 23. §. quamvis 2. ibi possessio per beneficium de investit. de re alien. fact. 2. Feud. 8. possessio vero est usus rei l. quæstio 115. ff. de V. S. Obrecht. d. l. num. 34.*

LIX.

Quia dicebatur ususfructus in re immobili consistere, quæri solet an sit de substantia feudi res immobilis, anne etiam in aliis consistere potest, ut mobilibus & incorporalibus? ubi distinctionis

fœdere difficultas omnis ſuperatur: feuda enim quædam ſunt propria, quædam impropria, ratione prioris affirmamus, ratione poſterioris negamus. §. *ultim.* 2. *Feud.* 1. §. *ult.* 2. *Feud.* 23. An & quatenus autem quædam res mobilibus & immobilibus accenſeri ſolent, & quæ plures ſunt rerum differentiæ & qualitates quia de illis enucleatius de materia feudi dicetur & extra noſtram meſſem eſſe videtur, falcem noſtram hic quieſcere ſinimus.

LX.

Quomodo verò differentiæ noſtræ definitionis feudum à ſimilibus juribus ut emphyteuſi, uſufructu, contractu cenſuali, libellario, ſuperficie diſtinguat & ſecernat dicendum reſtat. Ratione juris convenire non eſt dubium: Uſusfructus eſt jus. §. 1. *Inſtit. de Uſufruct.* *l.* 1. *ff. de Uſufruct.* quod idem de feudo affirmatur per th. 58. Idem liquet de emphyteuſi. *l.* 3. *C. de Jur. emphyteut. l. ſi domus* 71. §. *penult. & ult. ff. de legat.* 1. (2) ſicut feudum propria in rebus immobilibus. *c. un.* §. *fin. de feud. cognit.* 2. *Feud.* 1. Sic propriè uſusfructus in prædiis ſeu rebus immobilibus *l. omnium* 3. *in pr. ff. de Uſufruct.*

Differentia inter feudum & uſumfructum.

ſimili-

similiter patet de emphyteusi *l. 1. in verbo, qui fundum ff. si ager vectig. vel emphyteut.* Differunt autem & primo ususfructus à feudo ratione effectus. Feudum tranſit ad heredes, licet non omnes tamen aliquos *c. 1. in pr. de ſucceſſ. Feud. 1. F. 8.* ususfructus non item. *§. finit. Inſtit. de Uſufruct. tot. tit. ff. quib. mod. Uſusfruct. amitt.* 2. Vasallus rem feudalem invito domino alienare non poteſt. *de prohib. Feud. alien. 2. Feud. 52. 55.* Usufructuarius vero poteſt usumfructum alteri vendere, donare aliisque modis alienare, etiam invito domino. *§. 1. Inſtit. de Uſufruct. l. 12. §. 2. ff. de Uſufruct. l. 63. ff. de jure dot.* (3) Usufructuarius pendentes & solo cohærentes fructus non transmittit ad heredes. *§. is vero 36. Inſtit. d. R. D.* Vasallus verò moriens ad heredes transmittit. *c. his conſequenter. Hic finit. lex. 2. Feud. 28.*

LXI.

Deinde ratione formæ differunt, (1) quia de feudo præstatur fidelitas. *1. Feud. 6.* non autem de usufructu. Econtra de usufructu præstatur cautio, quæ non præstatur de feudo. vide pl. apud *Giph. diſp. 1. feud. num. 46. Rittersh. lib. 1. c. 2. part.*

feud. Boter. cap. 1. tract. de nat. & qual. feud. Hotom. disp. feud. cap. 24.

LXII.

Differentia feudi ab emphyteusi.

Ut supra præcedente thesi dictum est, in quibusnam emphyteusis conveniat cum feudo; ita in quibus differt dicendum jam erit fine: Emphyteusis hunc finem habet, ut præstetur annua pensio, quæ canon dicitur *l. 1. C. de jur. emphyt. & l. 3. ff.* si ager vectigalis. Feudi vero finis & lex est, ut vasallus suo domino militaria servitia vel alia, pactis expressa, & tenore investituræ definita, exhibeat. *si de feud. defunct. cont.* §. 23. 2. *Feud.* 26. & in Emphyteusi hic canon irrequisitus quotannis præstari debet, servitia non nisi requisita. *d. tit.* 26. 2. *Feud.* §. *licet Vasallus.* (2) ratione successionis in feudo non datur successio testamentaria, sed omnis in eo successio & legitima *cap. 1. in princ. de succes. feud.* 1. *Feud.* 8. olim liberorum, tantum, hodie etiam agnatorum *cap. 1.* §. 2. *de his qui feud. dar.* 1. *Feud.* 1. & 1. F. 8. In emphyteusi civili non saltem legitima sed etiam testamentaria successio est, & non saltem liberorum & agnatorum sed etiam extraneorum. *argum. Novell. 7. cap. 3. in princ. ibi masculis & fœminis.*

nii. Schrader. part. 7. cap. 4. num. 16. latè. Borcholt. cap. 3. feud. num. 16. Harpr. in Instit. de locat. & conduct. §. adeo autem. 3. num. 399. Rittershus. in part. feudal. lib. 1. cap. 2. pag. 43. aliter tamen est in emphyteusi Ecclesiæ. *Rittershus. tract. diff. jur. civil. & can. lib. 3. cap. 24.* Differunt similiter (3) ratione alienationis, amissionis & scripturæ, & plures alias differentias, vide apud *Rittershus. d. l. Borcholt. Giphan. disput. 1. feud. num. 69. & seqq.*

LXIII.

Differentiæ inter feudum & censiticum contractum.

Censiticus contractus convenit cum feudo ratione materiæ, quia sicut hoc in re immobili sic & ille eodem constare dicitur: & sicut hoc in perpetuum datum intelligitur, sic etiam illud prædium, de quo census præstatur, in perpetuum apud eum remanere dicitur, qui censum præstat. Differt autem multis modis à feudo: in hoc siquidem in vasallum transfertur utile (ut vocatur) dominium, directo apud dominum remanente; in censu tam utile quam directum dominium apud illum qui censum solvit remanet: Unde vulgatum illud censum solvimus

de re nostra, pensionem vero de re aliena. *Gl. in cap. constitutus ext. de religios. domib.* 2. Feudum conceditur sub mutua fide, censuale jus pro annuo censu. Everhar. *in Top. loc. ab emph. ad cens. Vult. in tract. feud. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. Jure quoque Saxonico plura quoque sunt bonis censiticis specialia, quibus à feudalibus discernitur: illorum enim natura & & conditio pactis & conventionibus valde mutari potest, ut apparet ex **Lehenr.** *cap.* 74. *per tot.* Et Jus quidem censuale duobus modis constituitur: uno cum quis tradit prædium suum alteri ut ex eo annuatim fructus & cætera emolumenta percipiens censum tantum præstet; altero, cum quis in proprio suo prædio alii certum annuum censum præstat. *Bocer. post Menoch. tract. de Subst. & nat. feud. cap.* 1. *num.* 32. *p.* 118.

LXIV.

Differentiæ inter feudum & libellarium contractum.

Porro succedit libellarius contractus, qui describitur conventio qua interveniente scriptura res alicui utenda fruenda pro certo pretio datur, certa insuper pensione in singulos annos constituta, hac lege, ut stato condictoque tempo-

tempore contractus renovetur, rursus numerato certo vel arbitrario pretio per text. 2. *Feud.* 9. §. *donare. Quat. olim pot. feud. alien. Bocer. d. tract. de nat. & subst. feud. cap.* 1. *num.* 36. *p.* 120. *Idem Class.* 5. *disput.* 12. *thes.* 25.

LXV.

Convenit hic contractus cum feudo, quatenus fit de eadem materia, videlicet re immobili, secundo quod similiter fit in perpetuum; Differt vero variè, primo enim feudum datur sub mutua fide; libellaria vero sub certa mercede: de feudo præstantur servitia; de libellaria præstatur pecunia: feudum renovatur post mortem senioris vel vasalli; libellaria vero pest certum annorum decursum, ut à lustro in lustrum: In feudo præstatur homagium; in libellaria non item: illud ob feloniam committitur; hæc non item: Denique feudum conceditur à vero domino; per libellum autem quid præstatur ab utili domino. *Borcholt. cap.* 3. *num.* 45. *Giphan. disput. feud.* 1. *num.* 78. *Rittersh. part. feud. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 7.

LXVI.

Feudum quomodo differt à Precaria.

Similiter in negotia feudo cognata refertur etiam precaria (quæ multùm differt à precario, de quo *l.* 1. *ff. de precario,* quæ describitur contractus qui aliquo conceditur jus utendi fruendi prædio alieno, ad tempus certum vel dum vixerit, ea lege & conditione, ut is vicissim rem aliam suam ejusdem pretii donet Ecclesiæ, retento ejusdem usufructu quoad vixerit ipse, vel ad certum tempus, quo finito, ususfructus cum proprietate consolidatur, & tum res illa pleno jure sit Ecclesiæ, *cap.* 1. *& ult. extr. de precar. c precariæ* 4. *& seq.* 10. *q.* 2. *l.* 14. §. 5. C. *de S. S Eccles. Vult. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 7. *Bocer. d. tract. de subst. & nat. feud. cap.* 1. *num.* 37. *Matth. Steph. ad Novell.* 7. *n.* 5. *Giph. disp. feud.* 1. *th.* 74. *Ritrersh. part. feud. lib.* 1. *cap* 2. *num.* 9.

LXVII.

Convenit similiter precaria cum feudo ratione materiæ, quia ut feudum in re immobili sic etiam precaria subsistit acquiritur item eodem modo, scilicet per conventionem. Differt autem multis modis: in feudo præstantur servitia militaria

litaria; in hac neutiquam: in illo præstatur fidelitas, in hac non: illud transit ad hæredes agnatos & legitimos, hæc non nisi specialiter aliter esset pactum, quod an valeret quæstionis est. *plur. vide d. locis.*

LXVIII.

Feudum quomodo differat à superficie.

Superficiarium quoq; Jus non minimam cognationem cum feudo habet. Dicitur atem superficies quod super soli faciem est: itaque vites, arbores, plantæ, segetes superficies appellantur. Vitis quidem appellatur superficies vineæ *in l. certo.* 13 *ff. de servit. rust. prad.* Domus autem superficies soli. *l. eum qui* 23. *ff. de usucap.* ubi ædes dicuntur ex duobus constare, ex solo & superficie. Superficies autem usque adeò soli pars est, eique naturâ cohæret, ut non illud sine hac tradi, neque hæc sine illo usucapi possit. *l obligationes.* 44 *ff. de oblig. & act.* & superficies solo cedere dicitur *in l. qui donum.* 10 *ff. ad L. Aquil.* Hinc superficiarius est, qui in alieno solo superficiem habet. *l.* 73. *& sequent. ff. de Rei vendic.* & superficiaria prædia, quæ in alterius solo habentur *l.* 10. *ff famil. hercisc.* & ædes superficiarias vocat Cajus *l. poster,*

l. poster. ff. de superfic. domum in alterius solo positam. Ex quibus facilè intelligere licet superficiarium Jus, quod & superficies rectè dicitur, nihil aliud quam jus esse in solo alieno: quâ ratione cum feudo coincidit. Habet enim Jus in re alterius immobili. *l.* 19. *ff. de damno infect.* unde & superficiaria prædia in bonis alicujus esse dicuntur *in l. bonum* 49. *ff. de V. S.* Quare & præter illos dominorum loco habet & utilibus in rem actionibus tuetur. *l* 1. §. *fin. l. ult. de superfic.* uti in feudis fieri solet.

LXIX.

Differt tamen hoc jus à feudo: 1. Efficiente: Nam feuda constituuntur benevolo animo & potissimum donatione: Superficies locatione conductione. *per d.l.* 10. *ff. fam. herciss. l.* 74. *ff. de rei vindicat. l.* 1. *ff. de superfic.* Nam qui inconducto solo superficiem imposuit, superficiarius est. *l.* 18. §. *qui in conducto. ff. de damno infect.*

2. Materia. Nam Feudum consistit in re immobili universa: Superficies saltem in superiore parte.

3. Fine seu effectu: De feudo præstantur servitia: De superficie pensio *l.* 1. *ff. de superfic.* 4. Con-

4. Contrariis: Feuda amittuntur ingratitudine: Superficies nequaquam, sed consensu tollitur.

LXX.

Præterea Beneficia Ecclesiastica huc pertinent. Nam conveniunt nomine: utraque enim Beneficia vocantur. §. *Sciendum de feud. cognit.* 1. *Feud.* 1. *& passim.* Conveniunt objecto: Utraque enim in re Ecclesiæ consistere possunt. Conveniunt Subjecto. Utraque enim beneficia acquirere potest persona Ecclesiastica. Conveniunt Efficiente: Utraque enim ab eo dari possunt, qui Ecclesiæ inservit, & generali verbo Clericus dicitur.

Feudum quomodo differat à Beneficijs Ecclesiasticis.

LXXI.

Sed quæ omnia monstrare debent convenientiam maximè horum monstrant disconvenientiam.

Differunt enim 1. nomine: quia Feuda sunt beneficia militaria: illa nequaquam.

2. Efficiente. Feudum à quocunque dari potest, Clerico, Laico, Nobili, Rustico, Fœminâ &c. Beneficium Ecclesiasticum

sticum non nisi ab Episcopo vel simili Prælato.

3. Differunt formâ, quæ feudi est Fidelitas: Hæc à beneficio Ecclesiastico abesse potest.

4. Differunt objecto: Feudum in quacunque re sive seculari sive Ecclesiæ consistere potest. Beneficium Ecclesiasticum non æque.

5. Differunt Subjecto: Illius quævis persona est: hujus saltem Ecclesiastica.

6. Differunt, Fine & effectu. Feudi possessor militat seculo: Beneficii Ecclesiastici verò Ecclesiæ tantum.

LXXII.

Feudum quomodo differat à Jure Patronatus.

Tandem & cum Jure Advocatiæ, patronatus & protectionis videtur feudum habere convenientiam. Nam & Dominus feudi Patronus vocatur Hottom. *in comment. de verb. feudal. verb. Patronus.* Et quemadmodum Patronus libertum, Clientem vel Ecclesiam aut Civitatem tueri debet atque defendere, ita & Dominus vasallum. Sicut à Liberto Patronus recipit servitia & obsequia, ita & Dominus à Vasallo. Verùm longè alia est horum Jurium, quam Feudistici ratio,

tio, ſive Jus patronatus, conſideremus, quod Jure Civili habebant in libertos Patroni, *de quo t. t. ff. & C. de iur patronat.* Sive quod potentes familiæ & Advocati reſpectu Clientulorum ſuorum *de quo Cic. agit. lib. 15. famil. Epiſt. l. 2. C. de poſtuland. l. rem non novam. 14. §. Patroni. C. de judic. l. Advocati. C. de Advocat. diverſ. jud. c. ult. extr. ne Cleric. vel Monach. c. ex literis. ext. de transact. can. 2. cauſ. 15. quæſt. 2.* Sive quod quis in Eccleſiis & Monaſteriis ex ædificatione, fundatione vel dotatione acquirit. *c. filÿs. cauſ. 16. quæſt. 7. t. t. ext de Jur. patronat. can. piè. & ib. Gloſ. cauſ. 16. quæſt. 7.* & in præſentatione ac nominatione miniſtrorum Eccleſiæ, illiusque adverſus injurias defenſione conſiſtit. *ad tit. de Jur. patronat. v. quid ſit. Lambertin. tr. de Jur. Patronat. lib. 1. quæſt. 1. primæ part. princ.* Sivè denique in jure protegendi Civitates vel pia loca verſatur, vulgò **Schutz vnd Schirm Gerechtigkeit**/ quod explicat Andr. Gail. *Lib. 2. obſerv. 54. num. 1. & ſeqq.* prout ex Autoribus & textibus jam adductis copiosè apparet.

LXXIII.

LXXIII.

Reliqua Jura cognata feudis, ut Possessiones veterum Romanorum, Donationem Constitutum, Jus Majoratus & similia, eorumque differentias videre licet apud adductos supra passim Auctores, inprimis Borch. *cap. 3. de Feud.* Vult. *lib. 1. cap. 12. per tot.* & Rittershus. *lib. 1. partit. feud. cap. 2. per tot.*

Colle-

Collegii Feudalis publici

Disputatio II.

De

Feudi divisionibus.

Respondente

FRANCISCO Schaper/Brunsvicensi Saxone.

Thesis I.

PRæmissam abundanter; satis enodatam Feudi definitionem excipiunt divisiones ipsæ: quæ quam sint variæ & variè à variis afferantur, hinc inde apud Dd. videre licet. Siquidem illarum tam ingens est numerus, ut vix aliquis tentare ausit, singulas mirificè confictas, absque maxima ipsius rei confusione in unum redigere ordinem. Quod si tamen operam non omninò ludunt suam, qui exteriora artuum lineamenta velut circumscribunt, vultumq;

rudi penicillo adumbrant, quid est quod nos censoriam virgulam aversemur? Itaq; quamvis grandia conamur tenues: aggredimur tamen rem.

II.

Et sanè quamvis Dd. divisiones feudorum admittant omnes, tamen de numero & varietate illarum convenit inter ipsos haut quaquam: unde alii plures, alii pauciores, quin etiam alii fermè ponunt innumerabiles. Jus equidem Saxonicum ad pauciores & nominatim quatuor saltem eas videtur redigere ordines **Lehenr.** *cap.* 55. *v. ult. nim.* **Rechtlehen/Erblehen/Burglehn vnd Gedinge.** Sed plures non aversatur, uti ex textibus hinc inde videre est. Quantum autem nostra refert, pro ratione instituti id laboris consumere liceat, ut aliquas easque principaliores ponamus. Sed enim quia in consuetudine ex firmissimis causis nata, optimisquè rationibus fundata, institutoque Dd. & ipsius Imperatoris Justiniani positum est, ut summa & capitalis quædam divisio unicuique rei præmittatur *pr. Inst. de jur. person.* §. 1. *Inst. de obligat.* §. 1. *Inst. de act.* §. 1. *Inst. de interd.* exinde & nos ipsi morem gerentes

rentes, meritò à fundamentali quadam & lectissima exordimur divisione.

III.

Est itaq; *prima & summa divisio*, quando feuda dividuntur in propria & impropria, quod probatur per *rubr. & t. T. de consuetud. recti feud.* 2. *Feud.* 33. *& de Feud. non hab. propr. natur.* 2. *Feud.* 48. Et quamvis non desint, qui existimant propositam hanc divisionem non magis veram & legitimam esse atque illam, quâ testamentum injustum & injustum dividitur, cum hoc saltem homonimicè appelletur testamentum. *argum. l.* 2. §. 1. *ff. de injust. nupt.* tamen nihil est quod impedit, quo minus hæc divisio jure retineri possit. Damus autem idipsum probatum: 1. per investituram, quæ dividitur in propriam seu abusivam *pr. Quid sit investit.* 2. *Feud.* 2. 2. argumentamur ex Scholis logicorum à genere, quod inæqualiter suis communicatur speciebus, uni videlicet propriè, alteri impropriê. 1. *Feudi divisio.*

IV.

Ab hac divisione non planè videtur dissentire illa, quâ feudum aliud rectum, aliud non rectum dicitur. Schrad. *tr.* *Feudum aliud rectum, aliud non rectum.*

Feud.part.2.cap.3.pr. Obrecht.*de jure feud. lib.1. cap.5.n.5.* Hattyf.*in analyf.jur.feud. cap.4.* Schoner.*disp.feud.1.th.9.* Wesemb. *de feud.cap.2.num.1.* Rittersh.*partit.feud. lib.1.cap.4.concluf.1.* Licet non negetur terminos hoscè, Recti & non Recti feudi, alio sæpè sumi sensu. Sic Rectum dici consuevit quod justè possessum & acquisitum est, non Rectum est contra quod injustè. §.*si verò.* 1. *Quid sit investit.* 2.*Feud.2.ibiq.* Gothofr.*c.un.de controv.inter Episc.2.Feud.*20.*Rubr.& t.1.de consuet. recti feud.2.Feud.*33.*c.un.v.si inter Dominum,de alienat.feud.patern.2.Feud.*39.*c.un. prius possess.restit.esse.* 2.*Feud.*82.*c.un.pr.de Investit.veter.benef.* 2.*Feud.*91. Interdum quoque Rectum feudum dicitur, quod datum est à Rege vel Regni Capitaneis, MP. Duce, Marchione, Comite: nō Rectū quod à Nobile & aliis inferioribus, quæ feuda Burgensia covantur. §.*fin. de his qui feud.dar.pos.*1.*Feud.*1. quod ex Jure Saxonico desumptum est **Lehenr.***cap.*63. *in pr.& ibi* Zob.*lit.B.in f.*

V.

Propria feuda.

Propria sunt, quæ notissimos feudorum terminos non egrediuntur, sed perpetuam & propriam feudi naturam, &

quali-

qualitatem retinent; ſeu quæ ſecundum communem Juris feudalis regulam data ac conſtituta ſunt, nec in ulla parte recedunt aut alterantur. Germanicè dicuntur, **die Lehn ſo eines rechten Lehenguts eigenſchafft haben.** Potiſſima horum feudorum requiſita recenſet Roſenthal. *in Synopſ. feudal. cap.* 2.9.56. ex quibus tamen & hæc ſunt, veluti: non tranſire ad fœminas, ſemel datum non poſſe aufferri, vaſallum ad ſervitia obligari &c. *c.un. de Natur. feud.* 1. *Feud.* 7. §. *hoc autem* 3. *cum ſeq. de his qui feud. dar. poſſ.* 1. *Feud.* 1. §. *fin. Quid ſit inveſt.* 2. *Feud.* 2. *c.un. de Natur. ſucceſſ. feud.* 2. *Feud.* 50. *c.un. de feud. ſine culpa non amitt.* 1. *Feud.* 21. §. *ſi facta. Si de feudo defunct.* 2. *Feud.* 26.

VI.

Cum itaque conſtet feudum aliud eſſe proprium aliud improprium, exurgit quæſtio, quodnam in dubio ſit præſumendum? Et ſanè cum in dubio à propria alicujus rei natura non ſit recedendum, niſi manifeſtè de contraria ſcribentis aut loquentis conſtet voluntate, iccirco & nos pro proprio præſumptionem militare cenſemus. *arg. l. Labeo* 7. *ff. de ſuppell. legat. & l non aliter* 69. *ff. de leg.* 3.

præsertim cum pro potentiori & perfectiori militet ratio, cui constituentes se conformasse putantur. Schneidw. *de feud. part.* 1. *num.* 35. *& seq.* Hattyf. *d. c.* 4. *lit. a.* Schrad. *d par.* 2. *cap.* 3. *num.* 103. Obrecht. *d. l. n.* 6. *& seqq.* Rosenth. *tr. feud. cap.* 2. *concl.* 54. Zas. *par.* 12. *in pr.*

VII.

Impropria feuda.

Impropria sunt, quæ non habent propriam feudi naturam, pacto quippe, vel jure in aliquo mutatam & alteratam, quæ etiam in iis modò à communi feudorum jure recedunt, in quibus ea expressè mutata est, in reliquis verò illam communem retinent: *cap.* 1 § *fin. ibi, non jure feudi judicatur. de His qui feud. dar. poss.* 1 Feud. 1. *cap.* 1. § *fin. ibi, præter communem feudi rationem, it. ibi, contra feudi consuetudinem. Quid sit investit.* 2. Feud. 2. *& Dd. commun. ad c. un. de feud. non habent. propr. nat. feud.* 2. Feud. 48. *&* Rubr. *& t. T. de feud. impropr.* 2 Feud. 81. Schrad. *d. l. num.* 2. Obrecht. *d. l.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. *&* 46. Wesenb. *de feud. cap.* 2. *num.* 10. & hinc feuda quædam appellantur pactionata, it. conditionata.

VIII.

VIII.

Dividuntur (2) *respectu Dantis*, in Nobilia & Ignobilia, sive plebeja. Quam divisionem etsi rejiciat Nicol. Intrigl. *qu.* 31. *num.* 26. *cum seqq.* eò quod in quocunq; feudo consequendo, summi principis intervenire debeat authoritas & confirmatio, adeoque quodvis feudum ex eo censeri *argum. l. lege obvenire* 130. *ff. de V. S.* omnemque infeudationem nobilitatem conferre. Verum quicquid ille sentiat, nos receptam hanc divisionem jure retinemus, quippe quæ textibus juris cõfirmatur expressis *c. un. Quis dicatur Dux, March.* 2. *Feud.* 10. *c. un. de pace tenent.* 2. *Feud.* 53. Vult *de feud. c.* 8. *num* 9. 2. *Divisio.*

IX.

Nobilia dicuntur, quæ dantur ab eo, qui potestatem & voluntatem nobilitandi accipientem habet. Johan. Niell. *in disput. feud.* 2. *thes.* 7. *& seqq.* Vult. 1. *feud. cap.* 8. *num.* 9. quæ sententia uti verior, ita & receptior. Qui autem Nobile appellant feudum, quod accipientem seu suum nobilitat possessorem, illi lubrico utuntur fundamento, quando dicunt, id singulare esse quod terra nobi- *Nobilia feuda.*

sticum non nisi ab Episcopo vel simili Prælato.

3. Differunt formâ, quæ feudi est Fidelitas: Hæc à beneficio Ecclesiastico abesse potest.

4. Differunt objecto: Feudum in quacunque re sive seculari sive Ecclesiæ consistere potest. Beneficium Ecclesiasticum non æque.

5. Differunt Subjecto: Illius quævis persona est: hujus saltem Ecclesiastica.

6. Differunt, Fine & effectu. Feudi possessor militat seculo: Beneficii Ecclesiastici verò Ecclesiæ tantum.

LXXII.

Feudum quomodo differat à Jure Patronatus.

Tandem & cum Jure Advocatiæ, patronatus & protectionis videtur feudum habere convenientiam. Nam & Dominus feudi Patronus vocatur Hottom. *in comment. de verb. feudal. verb. Patronus.* Et quemadmodum Patronus libertum, Clientem vel Ecclesiam aut Civitatem tueri debet atque defendere, ita & Dominus vasallum. Sicut à Liberto Patronus recipit servitia & obsequia, ita & Dominus à Vasallo. Verum longè alia est horum Jurium, quam Feudistici ratio,

tio, ſive Jus patronatus, conſideremus, quod Jure Civili habebant in libertos Patroni, *de quo t. t. ff. & C. de iur patronat.* Sive quod potentes familiæ & Advocati reſpectu Clientulorum ſuorum *de quo Cic. agit. lib. 15. famil. Epiſt. l. 2. C. de poſtuland. l. rem non novam. 14. §. Patroni. C. de judic. l. Advocati. C. de Advocat. diverſ. jud. c. ult. extr. ne Cleric. vel Monach. c. ex literis. ext. de transact. can. 2. cauſ. 15. quæſt. 2.* Sive quod quis in Eccleſiis & Monaſteriis ex ædificatione, fundatione vel dotatione acquirit. *c. filijs. cauſ. 16. quæſt. 7. t. t. ext de Jur. patronat. can. piè. & ib. Gloſ. cauſ. 16. quæſt. 7.* & in præſentatione ac nominatione miniſtrorum Eccleſiæ, illiusque adverſus injurias defenſione, conſiſtit. *ad tit. de Jur. patronat. v. quid ſit. Lambertin. tr. de Jur. Patronat. lib. 1. quæſt. 1. primæ part. princ.* Sivè denique in jure protegendi Civitates vel pia loca verſatur, vulgò **Schutz vnd Schirm Gerechtigkeit**/ quod explicat Andr. Gail. *Lib. 2. obſerv. 54. num. 1. & ſeqq.* prout ex Autoribus & textibus jam adductis copiosè apparet.

LXXIII.

LXXIII.

Reliqua Jura cognata feudis, ut Possessiones veterum Romanorum, Donationem Constitutum, Jus Majoratus & similia, eorumque differentias videre licet apud adductos supra passim Auctores, inprimis Borch. *cap. 3. de Feud.* Vult. *lib. 1. cap. 12. per tot.* & Rittershus. *lib. 1. partit. feud. cap. 2. per tot.*

Colle-

Collegii Feudalis publici

Disputatio II.

De

Feudi divisionibus.

Respondente

FRANCISCO Schaper/Brunsvicensi Saxone.

Thesis I.

PRæmissam abundanterq; satis enodatam Feudi definitionem excipiunt divisiones ipsæ: quæ quam sint variæ & variè à variis afferantur, hinc inde apud Dd. videre licet. Siquidem illarum tam ingens est numerus, ut vix aliquis tentare ausit, singulas mirificè confictas, absque maxima ipsius rei confusione in unum redigere ordinem. Quod si tamen operam non omninò ludunt suam, qui exteriora artuum lineamenta velut circumscribunt, vultumq;

rudi penicillo adumbrant, quid est quod nos censoriam virgulam aversemur? Itaq; quamvis grandia conamur tenues: aggredimur tamen rem.

II.

Et sanè quamvis Dd. divisiones feudorum admittant omnes, tamen de numero & varietate illarum, convenit inter ipsos haut quaquam: unde alii plures, alii pauciores, quin etiam alii fermè ponunt innumerabiles. Jus equidem Saxonicum ad pauciores & nominatim quatuor saltem eas videtur redigere ordines **Lehenr.** *cap.* 55. *v.ult. nim.* **Rechtlehen/Erblehen/Burglehn vnd Gedinge.** Sed plures non aversatur, uti ex textibus hinc inde videre est. Quantum autem nostra refert, pro ratione instituti id laboris consumere liceat, ut aliquas easque principaliores ponamus. Sed enim quia in consuetudine ex firmissimis causis nata, optimisquè rationibus fundata, institutoque Dd. & ipsius Imperatoris Justiniani positum est, ut summa & capitalis quædam divisio unicuique rei præmittatur *pr. Inst. de jur. person.* §. 1. *Inst. de obligat.* §. 1. *Inst. de act.* §. 1. *Inst. de interd.* exinde & nos ipsi morem gerentes

rentes, meritò à fundamentali quadam & lectissima exordimur divisione.

III.

Est itaq; *prima & summa divisio*, quando feuda dividuntur in propria & impropria, quod probatur per *rubr. & t. T. de consuetud. recti feud.* 2. *Feud.* 33. *& de Feud. non hab. propr. natur.* 2. *Feud.* 48. Et quamvis non desint, qui existimant propositam hanc divisionem non magis veram & legitimam esse atque illam, quâ testamentum injustum & injustum dividitur, cum hoc saltem homonimicè appelletur testamentum. *argum. l.* 2. §. 1. *ff. de injust. nupt.* tamen nihil est quod impedit, quo minus hæc divisio jure retineri possit. Damus autem idipsum probatum: 1. per investituram, quæ dividitur in propriam seu abusivam *pr. Quid sit investit.* 2. *Feud.* 2. 2. argumentamur ex Scholis logicorum à genere, quod inæqualiter suis communicatur speciebus, uni videlicet propriè, alteri impropriê. 1. *Feudi divisio.*

IV.

Ab hac divisione non planè videtur dissentire illa, quâ feudum aliud rectum, aliud non rectum dicitur. Schrad. *tr. feud.* *Feudum aliud rectum, aliud non rectum.*

feud.part.2.cap.3.pr. Obrecht.*de jure feud. lib.1. cap.5.n.5.* Hattyf.*in analyf.jur.feud. cap.4.* Schoner.*diſp.feud.1.th.9.* Weſemb. *de feud.cap.2.num.1.* Rittersh.*partit.feud. lib.1.cap.4.concluſ.1.* Licet non negetur terminos hoſcè, Recti & non Recti feudi, alio ſæpè ſumi ſenſu. Sic Rectum dici conſuevit quod juſtè poſſeſſum & acquiſitum eſt, non Rectum eſt contra quod injuſtè. §.*ſi verò.1. Quid ſit inveſtit. 2.Feud.2.ibiq.* Gothofr.*c.un.de controv.inter Epiſc.2.Feud.20.Rubr.& t.1.de conſuet. recti feud.2.Feud.33.c.un.v.ſi inter Dominum,de alienat.feud.patern.2.Feud.39.c.un. prius poſſeſs.reſtit.eſſe.2.Feud.82.c.un.pr.de Inveſtit.veter.benef.2.Feud.91.* Interdum quoque Rectum feudum dicitur, quod datum eſt à Rege vel Regni Capitaneis, MP. Duce, Marchione, Comite: nō Rectū quod à Nobile & aliis inferioribus, quæ feuda Burgenſia covantur. §.*fin.de his qui feud.dar.poſs.1.Feud.1.* quod ex Jure Saxonico deſumptum eſt **Leyenr.***cap.63. in pr.& ibi* Zob.*lit.B.in f.*

V.

Propria feuda.

Propria ſunt, quæ notiſſimos feudorum terminos non egrediuntur, ſed perpetuam & propriam feudi naturam, & quali-

qualitatem retinent; seu quæ secundum communem Juris feudalis regulam data ac constituta sunt, nec in ulla parte recedunt aut alterantur. Germanicè dicuntur, **die Lehn so eines rechten Lehenguts eigenschafft haben.** Potissima horum feudorum requisita recenset Rosenthal. *in Synops. feudal. cap.* 2.9.56. ex quibus tamen & hæc sunt, veluti: non transire ad fœminas, semel datum non posse aufferri, vasallum ad servitia obligari &c. *c.un. de Natur. feud.* 1. *Feud.* 7. §. *hoc autem* 3. *cum seq. de his qui feud. dar. poss.* 1. *Feud.* 1. §. *fin. Quid sit invest.* 2. *Feud.* 2. *c.un. de Natur. succes. feud.* 2. *Feud.* 50. *c.un. de feud. sine culpa non amitt.* 1. *Feud.* 21. §. *si facta. Si de feudo defunct.* 2. *Feud.* 26.

VI.

Cum itaque constet feudum aliud esse proprium aliud improprium, exurgit quæstio, quodnam in dubio sit præsumendum? Et sanè cum in dubio à propria alicujus rei natura non sit recedendum, nisi manifestè de contraria scribentis aut loquentis constet voluntate, iccirco & nos pro proprio præsumptionem militare censemus. *arg. l. Labeo* 7. *ff. de suppell. legat. & l non aliter* 69. *ff. de leg.* 3.

VIII.

Dividuntur (2) *respectu Dantis*, in Nobilia & Ignobilia, sive plebeja. Quam divisionem etsi rejiciat Nicol. Intrigl. *qu.* 31. *num.* 26. *cum seqq.* eò quod in quocunq; feudo consequendo, summi principis intervenire debeat authoritas & confirmatio, adeoque quodvis feudum ex eo censeri *argum. l. lege obvenire* 130. *ff. de V. S.* omnemque infeudationem nobilitatem conferre. Verum quicquid ille sentiat, nos receptam hanc divisionem jure retinemus, quippe quæ textibus juris cõfirmatur expressis *c. un. Quis dicatur Dux, March.* 2. *Feud.* 10. *c. un. de pace tenent.* 2. *Feud.* 53. Vult *de feud. c.* 8. *num* 9. *2. Divisio.*

IX.

Nobilia dicuntur, quæ dantur ab eo, qui potestatem & voluntatem nobilitandi accipientem habet. Johan. Niell. *in disput. feud.* 2. *thes.* 7. *& seqq.* Vult. 1. *feud. cap.* 8. *num.* 9. quæ sententia uti verior, ita & receptior. Qui autem Nobile appellant feudum, quod accipientem seu suum nobilitat possessorem, illi lubrico utuntur fundamento, quando dicunt, id singulare esse quod terra *Nobilia feuda.*

nobilitet in feudis suum possessorem, undè meritò ab illis secessum facimus respondendo, qualitates personis esse cohærentes nobilitatem & ignobilitatem. Similiter nec hos probamus omnimodò, qui feudum hoc definiunt Nobile, quod ab eo est concessum, qui nobilitandi potestatem habet, nec tamen insuper requirunt voluntatem. Etenim præter quam quod nec hæc opinio certo innitatur fundamento, idquè propter sua sponte collabatur: refutatur tamen Insuper textu liquido *in c. superius alleg.* 10. 2. *Feud.* Deinde stante hac sententia sequeretur principem feudum ignobile dare non posse; cujus contrarium praxis testatum facit.

X.

Potestate verò ejusmodi præditi sunt Imperator, Electores, Reges, & hodiè ex præscriptione omnes Germaniæ principes.

XI.

Voluntatem deniq; nobilitandi quod attinet, illam colligimus, *expressè* quidem: ex literis investituræ, voluntatem talem expressis verbis continentibus, *præsumptè* verò: si ejusmodi feudum pro-

proficiſcatur ab eo qui poteſtatem illam habet, & feudum iſtud antea nobilis tenuerit, & viro non ruſtico ſed patricio, doctori vel benè de Republ. merito concedatur. Comprehenditur itaque contraria voluntas, aut ex verbis inveſtituræ, ut quod accipiens poſſeſſor ſaltem vocetur Ducatus aut Comitatus, **Ein haber des Fürſtenthums oder Grafſchafft**: Aut ex conſuetudine contrariâ, utpote quod non ſit nobilis, niſi qui ab Imperatore, aut poteſtatem nobilitandi habente, & genere & conſuetudine hoc ſpecialiter obtinuerit: vel, ſi quis longam annorum ſeriem recenſere poſſit, quâ nullus nobilis feudum in poſſeſſione habuerit: quæ conſuetudo in Germaniâ noſtrâ ferè inolevit. Vult. *d. cap. 8. num. 9. circ. fin. v. ita igitur ſentio. & num. 10. v. Ignobile feudum eſt.* vid. Roſenthal *in Synopſ. jur. feud. cap. 2. concl. 6.* Idque Jure Saxonico receptum quoque eſt. **Lehenr.** *cap.* 21. **Der Sohn behelt des Vaters Schuldt vnd Adel nach ſeinem Tode zu Lehenrecht / ſo fern er ehrlich geboren iſt / &c.** & poſt pauca: **Es erhöhet nichts des Mannes Schilt noch ſeinen Adel / dann allein**

Fahnenlehn/ ob ihm das geliehen wird.

XII.

Non nobilia feuda.

Ignobilia seu non nobilia, illa dicuntur in quibus horum requisitorum deest alterum, quæ scilicet sine voluntate accipientem nobilitandi, vel quod concedens non possit, vel possit quidem nolit tamen, conceduntur: & hæc à quibusdam feuda Burgensia dicuntur **Bürger oder Bawerlehn**/ *c. un. quis dicatur Dux Marchio 2. Feud.* 10. Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. in feudum num.* 25. Intrigl. 9. *feud.* 31. *num.* 24. Schneidw. *de feud. part.* 1. *n.* 34. Rosenth. *tr. feud c.* 2. *concl.* 1. Schrad. *part.* 2 *cap.* 3. *num.* 10. Obrecht. *d. l. num.* 16. *& seqq. & num.* 45. Schoner. *d. disp.* 1. *thes.* 31. 32. 33.

XIII.

Huc pertinent feuda illa Rustica, quæ plerunque Scultetis pagorum concedi solent, **Lehen zur Bawermeisterschafft geliehen**/ vel **Schultzenlehen**/ in quibus filii quidem succedunt, **Lehenrecht** *cap.* 78. *in princ.* non collaterales: fratres enim feudo ejusmodi uni ex filiis, &(juxta consuetudinem nostrarum provinciarum) minimo natu assignato & vendito, pretii ratam percipiunt,

piunt, nec in feuda similia convertunt, quod Nobiles facere tenentur. Andr. Rauchb. *part.* 2 *quæst.* 21. *num* 30. Et quia hæc feuda planè à communi illorum naturâ recedunt, adeoque impropria sunt, vix est & feudi recti requisita in his obtineant. Neque enim subinfeudare hi vasalli possunt: quemcunque Dominum agnoscere tenentur: Testes vel indices esse nequeunt in causa feudali Jure Saxonico **Lehenr.** *cap.* 78. Unde & feudum ejusmodi ob non petitam investituræ renovationem non amittunt Wesenb. *cap.* 15. *de feud. in med.* §. Si ergo vasallus investitus eam pag. mihi 270. Atque ita ad consultationem Georgii Jobi à K. respondimus in Facultate 16. Xbris 1630.

XIV.

Nobilia feuda rursum in Regalia sub dividuntur & non Regalia. Et quanquam Matth. Wesenb. *in tr. suo feud. c.* 2. *n.* 4. divisionem hanc ridere videtur, eo quod nobile feudum confundat cum regali, & ignobile cum non regali, inibiq; nobile appellit & regale, ignobileq; seu plebejum non regale, abundanter tamen & satis eleganter refutatur à Bocero.

Nobilia feuda vel sunt Regalia vel non Regalia.

XV.

XV.

Regalia feuda.

Regalia, sunt feuda nobilia, quæ à Rege vel Imperatore ejusvè nomine & authoritate alio, cum regali conceduntur dignitate. *pr. de feud. Marchiæ.* 1. *Feud.* 14. *ib. ab Imperatore in pr. ib. à rege se dicit invest. tit. de lege Corrad.* 2. *Feud.* 34. P. Nic. Moz. *de feud. tit. de feud. division. num.* 42. Hujusmodi dignitas regalis est Regnum. Egui. Baro *in c. de feud. March.* 1. *Feud.* 14. Electoratus qui ab Ottone III. Primum dicitur institutus. Schrad. *in lib. singulari. de Elect. orig. cap.* 1. Heig. *lib.* 1. *qu.* 3. Archiducatus, Ducatus, Marchionatus, Landgraviatus, Comitatus, Burggraviatus, *dd. textib. Rubr. & t. t. quis dicatur Dux, Marchio.* 2. *Feud.* 10. quibus de notissima Germaniæ consuetudine adnumeratur Baronatus, teste Udal. Zasio *in epitom. feud. p.* 5. *num.* 29. & Schenck. Barone *ad tit.* 10. *lib.* 2. *Feud.* Notandum tamen quod hæc nomina ut maximum olim, tantum tituli administrationis fuerint. Stephan. *de Jurisdict. cap.* 3. *num.* 37. & temporarii. Annotat & Hattys. *in analys. jur. feud. n.* 12. quod multa similia ordinarit Carol. IV. idq; colligit ex historiis. Hujusmodi feuda Regalia Jure Saxonico Rex intra anni

anni spacium alii in feudum concedere debet. **Lehenr.** *cap.* 72. *vers.* **Also mag auch** / quod quamvis Capitulationibus Cæsareis videatur corrigi, propter pacta tamen Principum successoria adhuc ferè servatur.

XVI.

Dicta autem Regalia sunt ex eo, quod investiti de ejusmodi feudis summam, & quasi Regiam in iis consequantur & exerceant dignitatem & potestatem: exceptis tamen iis solis, quæ Imperatori in signum supremę reservata sunt eminentiæ. Germanis illa ab insigniis, quibus investitura horum feudorum expeditur efferuntur **die Fahnenlehn / Scepter oder Reichslehn.** Schrader. *p.* 2. *de feud. cap.* 3. *num.* 6. **Dann der Keyser leihet allen Geistlichen Fürsten Lehn mit dem Scepter / vnd alle Fürstliche Fahnenlehn leihet er mit den Fahnen. L. R.** *lib.* 3. *artic.* 63. *& ibi gloss. vers.* **Zum fünfften /** *c. un. de Feud. Marchic.* 1. *Feud.* 14. *c. un. Quis dicatur Dux* 2. *Feud.* 10. *pr. de Lege Corradi* 2. *Feud.* 34. Attamen hanc solennitatem circa secularia ante paucas annos mutatam refert Knich. *de Jur. Saxon. verb. Ducum cap.* 4. *num.* 55. &

Rein-

Reinkingk *lib.1.cl.4.cap.16.n.10.* cum Cæsar hodie ejusmodi Ducatuũ Feuda per ensem investire soleat, ut vasallus præstito fidelitatis juramento, capulum ensis apprehendat, extremumquè ejus conum osculetur. *Exempla addit* Arumæus, *in suo de Comit. Comment. cap.3.n.55.*

XVII.

Quia autem, uti constat ex A. B. Caroli IV. quando Imperator in fata concedit, cura Imperii ad Comitem Palatinum & Ducem Saxoniæ Imperii Electores & Vicarios devolvitur, quæritur num & illi possint de feudis principum cum vexillis investire? verum quia hoc est de Imperatoris vel Regis Rom. reservatis, merito hoc illis denegatur A. B. *cap.5.* L.R. *lib.3. art.5. & 6.* R.A. *de anno* 1521. §. **Vnd behalten vns vor die Belehnung der Lehen vnd Regalien der jenigen/ die sie vnter den Fahnen offentlich mit** Solenniteten **pflegen zu empfahen.**

XVIII.

Hac occasione in disquisitionem vocatur, quid statuendum sit de aliis feudis

dis regalibus, quæ non cum vexillis sed cum sceptro dari solent: utpote sunt Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia & Prælatura. Et quamvis ab utraque parte prægnantes extent rationes, tamen pro affirmativa cōcludendum esse censemus. 1. Quia sub vocabulo Principis Archiepiscopi, Episcopi &c. tum ex generali Germaniæ consuetudine, tum in ipsis Imp. constitutionibus & A. B. *in proœm. cap.* 1. comprehenduntur. 2. Inclusio unius non solet esse alterius eandem rationem habentis exclusio. Nec multum refragatur vocula taxativa in tex. adjecta: quia non excludit similia, præsertim si eadem subest ratio, *secundum Dd. in l. ob æs.* 12. C. *de præd. minor. & Novell. num.* 115. *cap.* 3.

XIX.

Ejuscemodi verò feuda naturà sua sunt indivisibilia etiam Jure Saxonico **Lehenr.** *cap.* 20. *ib.* **Bischofftbumb vnd Fahnenlehn sol der König gantz vnd gar vnzertheilt leihen/** *&c.* in tantum, ut ne quidem consortibus consentientibus sub divisionem cadere valeant, uti constat *in c. Imperialem.*

§. *fir-*

§. *firmiter.* 1. *vers. præterea Ducatus. de prohibita feud. alient. per Fridr.* 2. *Feud.* 55. Schr. *part.* 8. *cap.* 2. *num.* 39. *in fin.* Johan. Fichard. *Conſ.* 12. *num.* 3. Quam ſententiam quoq; approbant Politici, ſentientes nihil eſſe conſortii tam impatiens, quam Imperium & Regnum, ea propter, quia vel inter privatos diſcordiam rei pariat communio. *l.* 77. §. *dulciſſimi ff. de legat.* 2. Id quod Roma fraterno madens ſanguine ſatis abundanter teſtatur, quæ condita duos fratres ſimul Reges habere non potuit, qua de cauſa fratricidio dedicata eſt. Deinde intereſt etiam Reipub. conſervari honorem talium familiarum, Forſt. *lib.* 3. *de ſucceſſ. cap.* 4. *n.* 20. quod nulla fieri poteſt via compendioſiori, quam ſi vires Imperii penes unum remanent: rem namque attenuat diviſio, & multi fratres depauperant monaſterium, ut vulgò in dicterio eſt. Rittershuſ. *in part. feud. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. Tametſi verò de Jure hæc ita ſint, nihilominus de notoria tum Germanorum, tum exterorum conſuetudine contrarium obſervari annotat Geil. *lib.* 2. *obſerv.* 153. *per tot.* unde & principales familiæ, ex crebra & toties repetita bonorum diviſione plærumque

runque ita attenuari solent, ut pro dignitate status agere ætatem nequeant.

XX.

Receptæ autem sunt hæ divisiones non solum ratione bonorum & dominii utilis, verum etiam ratione jurisdictionis & administrationis. Schurff. *Cons.* 17. *num.* 5. *cent.* 1. Gœdd. *Cons.* 20. *num.* 4. Tiraquel. *de jur. primog. qu.* 4. *num.* 36. Quamvis nonnulli tantummodo dividant jurisdictionem seu administrationem regiminis, ut unus habeat administrationem in tali, alius in alio: aut ut administratio alternis annis vel alternatis recurrat vicibuus. Husan. *de homin. propr. cap.* 6. *num.* 88. *arg. l. cum constet* 5. §. *fin. ff. de aqua quotid. & æstiv.*

XXI.

Excipitur tamen ab hac generali Germaniæ consuetudine Electoralis dignitas, quam Imperator Carolus IV. individuam esse, jusq; primogenituræ in ea locum habere, voluit, & in casu quando primogenitus inhabilis ad secundogenitum illam pertinere censuit, uti videre est in Aur. Bull. *cap.* 25. *ibi,* die fürtreffliche herrliche Fürstenthumb / nemlich / das Königreich Böheim /

die Pfaltzgraffschafft beym Rhein/ das Hertzogthumb Sachsen/ vnd Marggraffschafft Brandenburg/ deren Land/Bezirck/Mannschafft/ Lehn/ Pflichten vnd Dienstbarkeiten/vnd alles anders denselben zugehörig/ nicht getrennet/ zertheilet/ oder in einige weiß voneinander gerissen werden/ sondern vielmehr gantz vollkommen beyeinander ewig bleiben/ vnd der erstgeborne Sohn in denselben nachfolgen. Et mox: Es sey dann/ das derselbe nicht wohl bey Sinnen vnd Vernunfft/ vnd närrisch were/ *&c.* Rosenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 53. 55. 56.* Schoner. *d. disp. 1. th. 34.*

XXII.

Non Regalia feuda.

Non Regalia quæ sint, ex jam dictis facilimè cognosci potest: Scilicet esse feuda nobilia, quæ à Rege, vel alio nobilitandi potestatem habente, conceduntur, vel cum dignitate, quæ tamen regali inferior, utputa, de plebe, pago, castro vel manso terræ: seu planè absq; ulla dignitate. *per d. c. un. vers. qui verò à principe. Quis dicatur Dux. 2. Feud. 10.* Atque hæc feuda sunt nobilia in specie ita dicta.

dicta. Rosenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 1. & & Synops. feud. cap. 2. conclus. 2.* Schneidw. *de feud. part. 1. n. 30. & seq.* Schrad. *tr. feud. p. 2. cap. 3. n. 3. & seqq.* Obrecht. *d. l. 1. cap. 5. num. 31. cum aliquot seqq.* Hattys. *in analys. jur. feud. cap. 4.* Possuntq; hæc minora seu inferiora, dignitatem non annexam habentia feuda, ut aliæ res hæreditariæ, optimè dividi. *per super. alleg. c. Imperialem & cap. 1. §. omnes. si de feud. defunct. controver. sit inter dom. & agnat. vasall. 2. Feud. 26. cap. 1. de natur. succes. feud. 2. Feud. 50.*

XXIII.

Dividuntur (3) *respectu Recipientis*, in nova & vetera, quod desumptum est ex *t. 3. per quos fiat investit. 2. Feud. & lit. 91. de investit. vet. & nov. benefic. 2. Feud.* Vult. *de feud. cap. 8. num. 4.* 3. Divisio.

XXIV.

Novum est, cujus causam adquirens non habet ab alio, quam à se ipso & domino concedente: seu quod per præsentem possessorem primò est acquisitum, nec à majoribus sive à progenitoribus ad ipsum per successionem pervenit. *c. un. de benef. fratr. 1. Feud. 20. & t. T. de fratribus de novo benefic. investit. 2. Feud. 12. §. si* Novum.

duo 2. de feudo March. 1. Feud. 14. c. un. vers. novam investituram. Qui testes sunt necess. ad novam investit. proband. 2. Feud. 32.

XXV.

Vetus. Vetus est, quod quis non à se ipso, sed à patre vel aliquo alio adscendente, qui primitus acquisivit & constituit, habet: seu, est feudum per successionem alterius propagatum. Germanis est **ein Altvätterlich / Uhraltvätterlich / Stam̃ oder Altlehn.** Hartm. Pist. *q.* 5. Rosenth. *d. c.* 2. *concluſ.* 10.

XXVI.

Vetus aliud Paternum. Atque hoc Dd. subdistinguunt, ut sit vel paternum, quod à patre vel aliquo ascendentium, usque ad quartum gradum inclusivè adquisitum & ad nos est delatum, §. *hoc quoque* 1. *& seq. de Succes. feud.* 1. *Feud.* 8. *c. un. de Succes. fratr.* 2. F. 11.

Aliud Antiquum. vel Antiquum, videlicet quod ab aliquo majorum in ulterioribus gradibus existentibus, & communis agnationis parentibus quæsitum est & ad nos delatum. *arg. d.* §. *hoc quoq; c. un. vers. qui verò d Capitaneis. Qui d catur Dux.* 2. *Feud.* 10.

XXVII.

Quamvis autem sint qui mordicus hanc divisionem defendere velint: 1. *per d. c.*

d.c.un.de ſucceſſ.feud. 1.*Feud.*8. ubi expreſsè nominatur paternum, quod vel pater, avus &c. acquiſivit. 2. *per l.*10. §. 7. *ff. de grad. & affin.* ubi JCtus diſertè ſcribit, parentes usque ad tritavum proprio vocabulo appellari; unde ſequi videtur, qui excedunt tritavum, parentes propriè vocari non poſſe, & per conſequens feudum ab illis deſcendens nec paternum vocandum: tamen vix eſt, ſi penitius eam inſpiciamus, ut retineri poſſit. Etenim Antiquium & feudum paternum promiſcuè hinc inde uſurpantur, ut in *c. un. §. hiu verò. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſuccedent.* 2.*Feud.* 11. *c. un. d. fratr. de novo benef. inveſtit.* 2.*Feud.* 12. & *t.* 14. *t.* 15. *verſ. nunc quidem* 2.*Feud.* & *tit* 4. §. 2. *tit.* 12. *lib.* 1. *Feud.* cui ſanè conſequens eſt has ſpecies non eſſe oppoſitas. Accedit quod ſimiliter feudo novo opponatur paternum & generaliter pro eo uſurpetur *c. un. verſ. paternum. de natur. ſucceſſ.* 2.*Feud* 50. *d. c. un. de Vaſall. decrep. ætat.* 2.*Feud.*14. & *d. c. un. verſ. E contra, & verſ. item placet. de inveſtit. in marit.* 2.*Feud.*15. Schneidw. *d. par.* 1. *n.*63. Roſenth. *Synopſ. feud. cap.* 2. *concluſ.* 15. & *tr. feud. cap.* 2. *concluſ.* 9. 10. Schrad. *par.* 2. *cap.* 3. *num.* 35. *cum ſeqq.* Hatty ſ. *analyſ. jur.*

feud. cap. 4. l. k. Ad argumenta in contr. adducta ut respondeatur, forsan discursus ipse ansam præbebit.

XXVIII.

Oriuntur ex jam dictis sequentes qq. (1) Num feudum novum, jure antiqui vasallo concessum, naturam & qualitatem feudi assumat antiqui? **Die art/ natur vnd eigenschafft eines alten Lehns/** usus hujus quæstionis consistit in eo maximè, quia in feudo novo solum succedunt descendentes, non etiam collaterales; in antiquo, descendentibus non extantibus, etiam collaterales. *c. un. §. his verò. de succeff. fratr. vel gradib. succed. in feud. 2. Feud. 11.* Et sanè sunt, qui id constanter negant, fundamentisq; nituntur haud contemnendis. 1. Quemadmodum feudum antiquum, jure feudi novi concessum non intelligitur novum, ita quoque viciſſim feudum ipsa novum jure feudi antiqui datum, nec induit naturam antiqui, quippe cum necesse ut contrariorum eadem habeatur ratio. *l. 1. ff. de his qui sui vel alien. jur.* 2. Veritas & rei substantia ex hominis denominatione immutari nequit. *l. si fortè ff. de Castrens. pecul. l. non epistolis. l. non nudis.*

nudii. c. de probat. 3. Nemo potest alteri jus aut actionem acquirere, nisi sit in ipsius potestate. *l.* 38. §. *alteri. ff. de V. O.* §. *alteri. Inst. de inutil. stipul.* §. 5. *Inst. per quas pers. nob. acquir.* per degenerationem tamen jus & actio agnatis acquireretur: ut, jus succedendi in idipsum feudum iis competeret, quibus tamen non concederetur si novum permansisset. Verum enim verò, etsi illa argumenta speciosa sint admodum, tamen contra communem nihil concludunt sententiam. Putamus itaque cum Borch. *de feud. c.* 4. & Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 34. feudum novum, jure feudi antiqui concessum, etsi causa & origine novum esse non desinat; tamen ratione juris & effectus naturam assumere antiqui, tunc videlicet cum de favore & commodo vasalli agitur, non verò quando de ejus damno: quandoquidem quæ in alicujus sunt introducta favorem non debent in ejus retorqueri odium *l.* 25. *ff. de ll.* Et hoc propterea. 1. Quia semper ex tenore investituræ æstimandum est feudum. *c. un. de duob. fratr. à Capitan. investit.* 2. *Feud.* 18. *c. si quis* 48. *de feud. non hab. propr. feud. natur. Feud.* 2. Deinde pacta commugem feudi

naturam possunt alterare. Deniq; quia valet pactum, ut illi succedant, qui alias successuri non erant *c. un. §. quinetiam. 1. Feud. 6. & d. c. un. 1. Feud.* 18. vid. quoq; Ruding. *l. 1. qq. contr.* 27.

XXIX.

(2) Utrum igitur & antiquium, si de eo investitus vasallus ut novo, induat naturam & qualitatem novi? Distinguendum esse putamus: aut consentiunt agnati, aut non consentiunt, priori modo haut dubiè valet, quia nulli præjudicatur; Hinc Jure Saxonico, si Dominus de feudo paterno investit filios cõsentiẽtes, post mortem patris illius renovationem petere debent, **Lehenr.** *cap.* 35. *in pr.* posteriori minime. Nam is quidem jure novi feudi retinet, etiam Jure Saxonico **Lehenr.** *cap.* 37. *vers.* **Wer auch/** *ibi.* **Er hat gleichwol keine Erblehens Gerechtigkeit mehr daran.** Nulli tamen alii præjudicat. *d. c. un. §. si Capitanei. 1. Feud.* 14. *ubi dicitur*, in feudo antiquo succedendum esse jure primi acquirentis, quod invitis auferendum non est, *l. id quod nostrum* 11. *ff. de* R. J.

XXX.

Si verò, quæritur (3) ulterius, ex verbis

bis investiturae non constet, utrum novum sit, an antiquum seu paternum feudum, pro quo praesumi debeat? quamvis anxiè de veritate investiganda hic laborent interpp. modoq; hoc, modo illud praesumendum statuant: nos tamen distinctionis fœdere totam rem placidè componi posse arbitramur. Est itaq; aut Dominus in possessione, aut vasallus seu agnati, aut neuter: priori casu pro possidente ita praesumitur, ut agnatus necesse habeat probare paternum esse. *c. un. in fin. de content. int. me & dom.* 1. *Feud.* 12. Altero casu pro possessore vasallo praesumitur esse antiquum: unde si dominus novum esse contendat, nec tamen sufficienter probaverit, agnatus praestito prius jurejurando absolvitur *d. c. un.* 1. *Feud.* 12. *c. in pr. v. si vero fuerit.* 1. *Feud.* 4. juncto *c. un.* 1. *Feud.* 10. Tertio casu, si neuter in possessione invenitur, & conventio oritur, potius pro antiquo praesumitur, vasallusq; in possessionem mittitur. *c. un. in prin.* 2. *Feud.* 26. *& c. un.* 2. *Feud.* 11. quippe cum in dubio benignius praeferendum *l. fin. c. qui bon. ced. poss. l. semper. ff. de R. J.* Benignius autem est conjicere feudum esse antiquum, ut omnes agnati

admittantur, quàm ut ad Dominum revertatur. *c. un.* 1. *Feud.* 1. Deinde magis præsumitur id quod naturale, cujusmodi est quod ex successione primogenitorum accepimus, quàm quod est accidentale. *l. qui habet* 3. *ff. de tutel. l. si quis* 9. *ff. de liber & posthum.* Menoch. 3. *præsumpt.* 93. Schrad. *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 42. Licet namque favor Domini suadere videatur, ut pro novo potius præsumi consentaneum sit: potior tamen est favor vasalli & agnatorum, pro quibus expresse *in alleg.* 66. dispositum est.

XXXI.

Divisio 4. Laica. Dividuntur (4) *ratione materiæ*, in Laica & Ecclesiastica. Laica, quæ & secularia dicuntur, in re profana & seculari constituuntur; sive det Laicus, sive clericus, modo sit de bonis patrimonialibus. *c. un. de cleric. qui investit. sec.* 2. *Feud.* 35. *c. ex transmissa ext. de for. compet.* Vult. *l.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Sonsbec. *part.* 3. *de feud. num.* 5.

XXXII.

Ecclesiastica. Ecclesiastica sunt, quæ in rebus Ecclesiæ constituuntur, sive à Clerico sive à Laico, de illis disponendi facultatem habente. *c. un.* 1. *Feud.* 6. §. *item si clericus.*

de

de cap. Conrad. 2. *Feud.* 40. *c. un. qui ſucceſſ. teneantur.* 1. *Feud.* 9. Zaſ. *p.* 2. *de feud. n.* 7. Et hæc feuda Germanico idiomate vocantur **Lehn vom krummen Stab/ oder Krumſtäbiſch Lehn:** videlicet, quia Epiſcopi & Prælati curvo utuntur baculo, it. quod præditi ſint poteſtate coarctata, quam deſignat baculi inflexio & incurvatio. Andr. Knich. *de pact. veſtit. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 34. Schneidvv. *de feud. par.* 3. *num.* 20. *& ſeqq. aliquot.* Roſenthal. *d. cap.* 2. *concl.* 5. Obrecht. *d. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 89. *& ſeqq.* Huic ſententiæ non refragatur Boceri *objectio*, quod nempe ſecularis perſona, ſi feudum tribuerit, ſeculare conſtituat, per *d. c. ex transmiſſa.* ſiquidem id verum eſt, ſi de bonis ſuis & allodialibus, de quibus *c. adductum* loquitur, conſtituitur, ſecus verò ſi in re Eccleſiaſtica.

XXXIII.

Dividuntur (5) *ratione formæ internæ* in Ligia & non Ligia. *text. in clem. paſtoralis. de ſentent. & re judicat.* Sed quia videmus apud authores in controverſiam vocari, an quoque detur ligium, non abs re fore putavimus, ut de ea prius quæſtione, quædam in medium afferamus. §. Diviſio.

Itaq;

Itaq; si divisio hæc ad trutinam veritatis redigitur, ingenuè fateri cogimur merum Interpp. figmentum esse. Nam primò in Libris feudorũ qui Juris auctoritatẽ obtinent, divisionis hujus, eo in sensu quo à feudistis sumitur, nullibi fit mentio. 2. Formula jurandi quæ vulgo ligiis tribuitur, (videlicet Dominum adversus omnes alios nullo excepto vel ante posito à vasallo esse defendendum,) omnibus aliis communis est, eademquè totidem quibusvis præscribitur verbis, ut *c. un. de nova form. fidel.* 2. *Feud.* 7. *c. un. in fin.* 2. *Feud.* 22. 3. In omni sacramento debet excipi Imperator. 4. Ligius & Vasallus apud probatos authores pro uno & eodem sumuntur. *c. Pastoralis ext. de sent. & re jud.* Ex quibus jam sequitur species appositas ligium & non ligium haud esse. Ad verba autem illa, nullo antepositio Resp. ea æquivalere verbis contra omnes, quæ tamen ligium non efficiunt, nec antiquiorem Dominum excludunt: unde consentaneum est nec illa verba, nullo ante posito, id efficere posse.

XXXIV.

Ligium. His jam subnectimus ex mente Interpp. definitiones. Ligium itaq; est, ob

quod

quod vasallus domino fidelitatem promittit, nemine (nisi solo Deo) excepto. **Da sich der Lehnman wil gebrauchen lassen/ wider männiglichen/ niemand außgeschlossen**/*c.un.de feudo Lig. 2.Feud. 99. & c.un.factum fratris fratr. in feud. patern. non nocet. 2. Feud. 93.* Nominis rationem ductam autumant à Ligâ, quod linguâ Italica fœdus & societatem significat: vel à ligando qs. ejusmodi vasallus fœdere omnium arctissimo domino suo ligatus & conjunctus sit, qui propterea & Homoligius vocatur, *d.c.2.Feud.99. & d.c.Pastoratu.* Unde consequitur, neminem duorum vasallum ligium simul & semel esse posse, nisi ex accidenti & postfacto, veluti si homo ligius succedat alteri in feudo ligio, quo casu licet ipsi per substitutum acceptabilem domino servire *d.c. un.de feud.Ligio 2.Feud.99.* Ratio verò datur, quia fides omnigena, uni eidemq; sine exceptione debita, alii deberi nequit.

XXXV.

An verò is, qui Ligius est Imperatoris, alterius nihilominus in Imperio constituti principis, sub respectu certorum bonorum, queat esse subditus &

Land-

Landsassius, anxiè quæritur? nos affirmativæ, quæ dubio procul veritati conveniens, subscribimus sententiæ. 1. Quia unus idemq; homo diversis respectibus & qualitatibus diverso potest censeri jure, uti apparet in Rege Daniæ, ratione Ducatus Holsatiæ. **R. A. zu Speyer/** *de anno* 542. §. **Dieweil aber/** *ibi*, **Insonders aber Dennemarck/ als zum theil auch des heiligen Reichs verwandt und Mitgliedt.** Arumæus *de Comitiis cap. 4. num. 72.* 2. Quotiescunq; duæ concurrunt qualitates, quarum quælibet per se potest suum operari effectum, toties una alteri non derogat: atqui in nostro casu sunt diversæ & separatæ qualitates, quarum altera actum seu administrationem alterius non impedit. *per l. duorum libertus 49. ff. de oper. libert. c. postulastis: ibi, nisi fortè. de conses. præbend.* 3. Quia hæc res in Comitiis Augustanis decisa est. *Anno* 1548. §. **Wiewol auch in Regierungs Handlungen/.** *Et in* §. **Aber der Graffen/** vide Everhar. *in Top. de tanquam respectivis.* Nec refragatur quod qualitas suo inhæret subjecto, à quo divelli nequit, & accessorium suum sequitur principale, assumitq; naturam dignio-

dignioris: siquidem id procedit quando persona uni tantum subjecta est, secus si pluribus. Deniq; semper cogitandum quod alia persona sit Imperii alia municipii. Geil. *de Arrest. cap.* 6.

XXXVI.

Non Ligium est in quo vasallus domino fidelitatem jurat alio excepto. Et ejusmodi feuda ferè sunt omnia, quippe cum semper in iis dominus antiquior & Imperator excepti censeantur. §. *Contra omnes fin. Hic finitur lex.* 2. *Feud.* 28. *pr. de nov. form. fidel.* 2. *Feud.* 7. §. *Illud quoq;. de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. *Feud.* 55. *Non Ligium.*

XXXVII.

Hunc tamen honorem, queni Imperatori in omni fidelitatis juramento tribuimus, Romano Pontifici denegamus: quamvis non ignoremus, quod pontificiæ sedis adulatores sentiant contrarium, vid. Rosenthal *d. c. concl.* 3. & 4. Schneidvv. *d. par.* 1. *num.* 42. & *seqq.* Obrecht. *d. l. num.* 109. & *seqq.* Nec quidquam operatur *c. un.* 2. *Feud.* 100. quam exigua enim authoritas capitulis istis extraordinariis attribuatur notum est Ruding. *in Enchirid. feudal. tit. ult.* Deinde illud *capit.* propterea quoq; nec fidem mere-

meretur, quia è diametro *contrariatur juri divino*. Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 25. ubi dicitur, Reges gentium quod dominentur. Denique Christus ipse subditus fuit magistratui politico, pro se & Petro vectigal solvens. Matth. 17. v. 27.

XXXVIII.

6. Divisio. Dividuntur (6) *ratione formæ externæ* in Hereditaria & non Hereditaria. Quæ tamen divisio ex tenore modò investuræ dependet, nec tamen satis est Logica, quia species diversas non continet & ab diversissimo dam successionem ab interpretibus excogitata, in communiq; praxi & in Camera Imperiali observatur. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 112. Fachin. 7. *controv.* 3.

XXXIX.

Hereditarium. Et feudum quidem hereditarium vocant, quod alicui pro se & hæredibus ejus quibuscunque conceditur, exquè verbis investituræ hæreditariam induit qualitatem, adeò ut etiam extranei succedant heredes: seu in quo fit successio non ex juris feudalis dispositione, sed jure communi scripto, ob providentiam & pactum hominis, Germanicè: **Was zu rechtem Erblehn/ für Erben vnd Erb-**

Erbnehmen concedirt ist. Gail. *lib.* 2. *observ.*154. *num.*7. Hartm. Pistor. *lib.*2. *qu.*1. & 3.

LX.

Non hæreditarium, quod vulgò ex pacto & providentia, quasi ita quidem pacto contrahentium detur, ut providentia juris feudalis omninò sit opus: alii familiare seu de familia appellant, constituunt, quod alicui pro se & filiis suis conceditur, nulla heredum facta mentione, & dispositionem naturam juris feudalis per omnia retinet: Germanicè, **Ein StamLehn.** Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.*8. *num.*25. & *seq.* Utentur & Familiare à Justin. in *prælud. feud. num.*128. *arg. l.*5. *ff. de rege & sumpt. fun.* Borcholt. *de feud. cap.*4. *num.*16. & *seqq.* *Non hereditarium.*

LXI.

Heereditarium rursum subdivisum volunt quidam in merè & mixtum hereditarium. De merè hereditario jam dictum est, idque in omnibus ferè naturam rerum hereditariarum retinet, maximè in successionibus & alienationibus testamentariis. Vult. *cap.* 8. *num.* 30. Mixtum hereditarium vocant, quod alicui pro se & filiis & heredibus concedi- *Merè hereditarium.* *Mixtum.*

tur, ita scilicet, ut succedens simul heres esse debeat. Quo solo differt hoc feudum à non hereditario, cum in reliquis omnibus communem feudorum retineat naturam, unde & mixtum dicitur, eò quod tàm de feudis ex pacto & providentia, quàm de hereditariis quid admixtum habeat. Rosenth. *d. tr. c. 2. concl. 33. cum aliquot seqq. & Synops. c. 2. concl. 24. & 26.* Schrad. *d. p. 2. c. 3. num. 19.* Obrecht. *d. l. n. 124.*

LXIII.

Huic subnectere lubet quasi illam: si satis non constet, sitne feudum hereditarium, an ex pacto & providentia, de quonàm præsumendum? ut cum ignorare nulli possimus quod tres diversæ hac de præsumptione extent sententiæ, omninò necesse erit saniorem & ad veritatem magis inclinantem eligere. 1. Opinio est eorum, qui ex feudo, pro se & masculis heredibus alicui concesso efficiunt mixtum: propterea, quia de utroque participare videtur. 2. Est horum, qui putant hereditarium esse præsumendum: idque ex eo, quia in dubio unusquisque non solum sibi, verum etiam suis prospexisse censeatur heredibus.

3. Deni-

3. Denique; opinio eorum est, qui statuunt, feudum pro se & heredibus masculis datum ex pacto & providentia præsumi. Verum utri jam habenda fides? quamvis verò priores duę sententiæ suas habeant rationes, eant tamen, quippe quæ non ejus ponderis esse videntur ut nos de tertia deducere valeant, unde illi subscribimus meritò. 1. Quia hereditariuin esse, & non esse hereditarium sunt qualitates, quarum hæc competit & inest à natura, videlicet à jure feudali attributa, illa non nisi ex pacto. 2. Quia pacta sunt qualitates quæ extrinsecus accedunt, & sunt facti quæ non præsumuntur, *l. si ita* §. *Chrysogonus in fin. ff. de V. O.* 3. Magis præsumitur pro proprio quam improprio, *l. non aliter ff. de leg.* 3. Jam feudum hereditarium est improprium & pactionatum. 4. Quoniam quoties concurrunt lucrum captans & damnum vitans, toties favetur huic. Jam in proposito quasi Dominus feudi certat de damno vitando: siquidem omnino maximo afficeretur damno, si ex non hereditario, constitueretur hereditarium. E. quoque ipsius hic merito potior habetur conditio. 5. Verba debent accipi ut mi-

nus jus lædatur commune. *c. causam quæ. de Rescript. c. cum dilectus. de consuet.* Jam verò extra omne positum est dubium, regulariter feuda quod transeant ad filios & agnatos sanguinis jure non hereditarii. *c. un.* 1. *Feud.* 8. E. & verbum heredibus propriè debet intelligi. Jure Saxonicæ olim Feudi Hereditarius species est, quæ **Erblich Lehen** vel **Erb Lehen** vocatur, in quo scil. filius patri sine novatione investituræ succedit de quo tractatur **Lehenr.** *cap.* 6. *& cap.* 37. Sed nominis tamen hæc saltem divisio est.

LXIII.

7. *Divisio. Dividuum.*

Ab adjuncto (7) faciunt Dd. feudum, aliud Dividuum aliud Individuum. Dividuum feudum dicunt, quod inter successores dividi potest. Hujusmodi feuda sunt non regalia ferè omnia, quemadmodum superius per aliquot tex. probatum dedimus, quibus insuper adjungimus. §. *Firmiter* 1. *vers. præterea. de prohib. feud. alienat. per Frider.* 2. *Feud.* 55. *c. un. si plures sint domini.* 2. *Feud.* 77.

LXIV.

Individuum.

Individuum verò, quod jure vel consuetudine divisionem non recipit, sed

ni tantum ex ſucceſſoribus adſignatur. Cujusmodi ſunt feuda majorum dignitatum ſeu regalia, ex jure ſcilicet hoc noſtro feudali. *d. §. Firmiter. 2. Feud. 55.* **L. R.** *lib. 3. art. 53. ubi gloſſ. ad verb.* **Man mag auch kein Gericht/** *& art. 58. ubi itidem gloſſ.* utpote in quibus nec olim erat ſucceſſio. *pr. de feud. March. 1. Feud. 14.* Aſt quomodo ab hoc Jure per conſuetudinem ſit receſſum, quidq; circa feuda Electoralia obſervetur ſuperius annotavimus.

LXV.

Duobus modis receditur à propria feudorum natura,

Sed hic jam plenius paulo agendum eſt, quibus modis à propria feudorum natura recedatur. Id verò duobus modis evenire poſſe Dd. tradunt, jure ſcilicet & pacto.

LXVI.

1. Jure.

Jure receditur, quando propria feudorum natura, quæ communi jure feudali conſtituta eſt, rurſus ſpeciali aliqua juris feudalis diſpoſitione mutatur: uti fit in feudis Cameræ & Cavenæ; quorum illud eſt jus, pecuniam ex Camera, h. e. arcâ ſeu ærario domini quotannis percipiendi, vulgò **Cammerlehn oder Mangelt.** Gœden. *Conſ. 73. de ſucceſſ. ab*

Feudum Cameræ & Cavenæ.

inteſt. 6. *num.* 1. *&* 10. ubi elegantem habet facti ſpeciem. Denotat enim vocabulum Cameræ Domini ærarium, Cameram fiſcalem, ſeu conclave in quo pecunia recondita eſt. Idem dicendum, ſi de vectigali in certo loco, aut de alio reditu pecuniario, qui in Cameram illius Domini referri ſolebat, conſtituatur Zaſ. *ſ.* 12. *de feud. num.* 31. Goth. Anton. *diſput. feud.* 1. *th.* 4. *lit. B.* Hoc vero eſt jus percipiendi ex cavena, penuario ſeu cellario, gratia feudalis beneficii, annuatim aliquot frumenti maldios modiosvè, avenam, vini amphoras vel aliam annonam. *pr. de Not. feud.* 2. *Feud.* 58. *§. Sciendum. de feudi cogn.* 2. *Feud.* 1. *§. item ſi quis. Quib. mod. feud. amitt.* 1. *Feud.* 5. *§. ſi vero vaſallus.* 1. *Quid ſit inveſtit.* 2. *Feud.* 2. Zaſ. *de feud. p.* 12. *num.* 31. Schneidvv. *d. p.* 1. *num.* 61. 62. Roſenth. *tr. feud. cap.* 2. *concl.* 75. *& Synopſ. feud. d. c. concl.* 2. *num.* 30. 31. Schrad. *d. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 81. Obrecht. *d. l.* 1. *c.* 6. *n.* 3. *& ſeqq.* Namque cavena eſt vocabulum Longobardicum, ſignificans horreum, ſive cellam. *Calvin. in Lexic.* ſeu ut alii malunt, cavena eſt locus iſte, in quo frumentum, vinum, oleum & his ſimilia ad uſum neceſſaria reſervantur. Caccialup. *obſerv. feud.* 2. *num.* 1. *&* 2. Schrad. *cap.* 3.

num.

num. 28. Dictum quasi Camera avenæ vocali istâ per Synechdochen per omnis generis frumenti & annonæ sumpta ex conjecturâ Vult. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Alii, ut Oniacius, Canevam vocant, Canuam alii, ut Rosenth. *in Synops. cap.* 2. *concl.* 29. *& seqq.* Referuntur autem ad impropria feuda ob hanc causam, quia 1. constituuntur in re mobili, 2. Saltem dantur ad tempus. quod est contra *t.* 1. *& tit.* 23. *in fin.* 2. *F. & tit.* 1. *lib.* 1. F.

LXVII.

Officiosum & non Officiosum.

Utrumque verò illorum, in Officiosum & non officiosum Dd. distinguunt. Officiosum est, quando ratione officii alicujus, vasallo ex Camerâ vel Cavena domini aliquid præstatur. Idq; officium vel est Nominatum vel Innominatum.

LXVIII.

Nominatum feudum.

Nominatum, quod videlicet in jure feudali certum & expressum continet nomen. Hujus generis sunt feuda Guardiæ & Castaldiæ.

LXIX.

Guardiæ.

Guardiæ feudum est, quod alicui ob custodiam Palatinorum civitatis vel castri, ut merces constituitur. Ita dictum à Guardia quod significat custodiam, Germanico idiomate effertur **Warden**/ unde etiam vocabulū **Guardian**/

quod denotat Guardiacum custodem, qui castra & territoria retinet in Custodia, quem alii vocant **Burgvoigt**. Hinc **Guardi / Leib Guardi /** cohors custodum hodie dicitur.

L.

Castaldiæ. Castaldiæ, vel Gastaldiæ seu Guastaldiæ, ut alii scribunt, est feudum, quod ob procurationem domus, vel rerum dominicarum, mercedis loco datur. Ita dictum à casâ, quod domulam denotat & voce Alda quod famulam: vel à voce **Guast /** quod prisca lingua Germanica Hospitium unde nostrum **Gast /** deinde à vocabulo **halden /** quod tenere significat, quasi per compositionem sit factum **Gast halden /** *c. un. & ibi Feudistæ. de feud. Guardiæ 1. Feud. 2. & 2. Feud. 94.* Hotom. Calv. *in Lexic.* Zas. *d. p. 12. num. 45.* Rosenth. *tr feud. c. 2. concl. 63* Schrad. *d. p. 2. cap. 4. num. 21. 22.* Obrecht. *de jur. feud. lib. 1. cap. 6. num. 9.*

LI.

Et hæc duo feuda propterea impropriis annumerantur, quia anno finiuntur, nisi sint in longius tempus data, cumque accipientis intereunt persona, quandoquidem officiarii officia ad he-

redes

redes non transmittunt *l. cujus bonis* 9. *ff. de curat. furios. dand. d. cap.* 1. *in pr. de feud. Guard.* 1. *Feud.* 2. Ratio verò quare hæc feuda anno finiantur, ab Alvar. datur hæc, quod officiales Calendis Januariis sua ingrediebantur officia, eaq; per spacium unius obtinebant anni. *l. Publius ff. de condit. & demonstr. juncta l. pridie* 5. *ff. de ferijs & dilat.* vid. Claud. Prevot. *de magistr. Rom. cap.* 1. *&* 6. 5. ubi tamen ab ipso & hoc additur, quod circa bella punica & ante Idibus Martii, Livio teste, magistratum inierunt, eoquè ipso die boves immolare soliti sunt: Finito itaque anno finiebantur & feuda, quia causâ cessante ipse effectus cessat meritò. Sed ridet hanc rationem Schenck Baro *ad d. c. de feud. Guard.* dicens, quid hoc ad parmenonis suem, siquidem nihil inter se habent commune consulatus dignitas & Guardionatus & Castaldionatus sed recte respondetur à Bald. *in d. c. circa fin.* nostrum non est inquirere in rationem altius, sufficit namq; ita statutum esse, per allegatum c. de feud Guard. potest quippe dominus legem suæ imponere rei temporalem. Revocantur itaque hæc feuda post annum ea de causa, quia Do-

minus hoc voluit, & quidem pretio non refuſo, quia & hoc voluit: nec poteſt hic ulla prætendi iniquitas cum ſcientes volentes talia accipiant feuda *c. ſcienti. de R. J. in 6.*

LII.

Innominatum feudum.

Advocatia.

Innominatum officium eſt, quod certo nomine jure feudorum non eſt inſignitum, quod alias feudum mercedis vocant. *per c. un. de feud. Guard. 1. Feud. 2.* cujusmodi ſunt Advocatiæ & Cancellariatus feuda: quorum illud eſt, quod ob defenſionem urbis, Eccleſiæ vel monaſterii principi vel nobili tribuitur, ejus fit mentio in §. 5. *verſ. quicunq;*, *ubi* Gothofr. (& Calvin. *in Lexic.*) *de pac. tenenda & ejus violat. 2. Feud. 27. junct. c. præterea 23. ext. de jur. patron. & c. in quibusdam 12. ext. de pœn.* Et hæc feudi ſpecies in Germania, circa civitates imperiales & liberas, temporibus noſtris eſt uſitatiſſima, quarum Domini tutelares & Advocati nobis, **Voigts Junckherrn / Voigt-Herren oder Schutz- vnd Schirms-Herren /** appellantur. Schrad. *d. p. cap. 4. num. 23.* Talis etiam Advocatus & Defenſor appellatur *imperator Eccleſiæ Romanæ. Clement. un.* Romani Principes, *de jurejurand.*

rand. Interdum etiam feudum Advocatiæ accipitur, pro eo quod Dux, Comes, Episcopus vel alius Dominus Advocato litis pro patrocinio vel consilio dat. Schrad. *d. l.* Obrecht. *disp. feud. 2. thes. 328. & seqq.* Rosenth. *cap. 2. concl. 72. n. 1.*

LIII.

Attamen notandum quod feudum Advocatiæ, in priori illa acceptione, protectori nullam attribuat Jurisdictionem, sed in tutelam recepti ordinariam suam Jurisdictionem retinent, certique tantum quid annuatim pendūt **Schutz oder Vorspruchgeldt.** Quemadmodum enim advocatus seu patronus litis operam suam, soluto ex pacto annuo salario, clienti suo præstat. *tex. in l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit. & in l. unic. C. de suffrag.* ita patronus sed advocatus fiduciarius, soluto ex pacto honorario, receptos in tutelam, contra vim majorem & injuriam aliorum tutari tenetur. *tex. in c. Imperialem. de probib. feud. alien. per Frid. 2. Feud. 55.* Geil. 2. *Obsev. 54. n. 2.*

LIV.

Cancellariatus feudum est, quod Princeps vel alius, Cancellario suo pro labore, *Cancellariatus.*

labore, opera & consilio præstat. *c. un. in voc. pro mercede ubi Præpos num.* 9. & Jacobus de Belviso. *de feudo Guard.* 1. *Feud.* 2. Zas. *d. part.* 12. *num.* 10. Rosenth. *d. tr. c.* 2. *conclus.* 68. *num.* 1. *in fin.* Schrad. *d. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 42. *& seq.* Obrecht. *d. l. n.* 16. *& seqq.*

LV.

Non officiosum. Non officiosum feudum adpellatur, quod alicui gratis sine officii onere conceditur. Hujuscemodi verò sunt feuda

Soldatæ. Soldatæ & Habitationis. Illud est jus percipiendi præstationem quandam annuam, quæ à neutra parte transit in heredem, & morte alterutrius extinguitur. *c. un. in fin. quis dicat. Dux.* 2. *Feud.* 10. Unde & à Feudistis personalissimum vocatur. Rosenth. *d. c.* 2. *num.* 67. Et quia plærumque in solidorum consistit donatione (unde etiam à solidis dictum putat Feudista ib.) importat feudum Camerę, quandoque verò & in vino vel annona, cum præstetur, feudum cavenæ erit. Differunt tamen, quod feudum Soldatæ gratis & præcipuè senibus benè meritis, aut nobilibus ad paupertatis terminos redactis datur, prædictæ verò species propter servitium aliquod Domino præstitum:

stitum: deinde respiciunt se invicem ut genus & species. Quidam illud à Germanico **Sold**/ quod stipendium militare & **Soldener** quod stipendiarium significat, (unde voces **Soldaten**/ **Doppelsoldener**/ quasi qui duplicatum accipiunt stipendium & **Besoldung** descendunt) derivare malunt. Calvin. *in Lexic.* Hinc Abbas Ursbergens. *in Chronic.* de Philippo Imp. agens; Hic (ait) cum non haberet pecunias, quibus solaria, sive Solda, præberet militibus, primus cœpit distrahere prædia, quæ pater suus acquisiverat, unde Soldurii milites dicuntur. Et talia feuda multoties in curiis principum constituuntur.

Habitationis.

LVI.

Hoc feudum, scilicet habitationis est, quando jus habitationis in domo, villa vel castro alicui in feudum conceditur, quod morte accipientis finitur. *c. un. de feud. habit. 2. Feud.* 105. & hoc Feudistæ PERSONALE vocant. Schneidw. *d. p.* 1. *num.* 51. *& seq.* Rosenth. *d. l. concl.* 75. Schrad. *d. l. cap.* 4. *num.* 47. *cum seqq.* Zas. *d. p.* 12. *num.* 30. 32. Obrecht. *d. l. n.* 26. *cum seqq.*

LVII.

LVII.

Atverò isthæc feuda quia perpetua non sunt, uti dictum est, impropria sunt, respectu communis feudorum naturæ, quæ est ut sint perpetua. §. *hujus.* 2. *Feud.* 23. *c.un. de feud. Guard.* 1. *Feud.* 2. *&* 2. *Feud.* 94. *c.un. in fin.* 2. *Feud.* 10. Interim tamen respectu sui propria & recta hæc ipsa dici possunt, quatenus nimirum hanc & non aliam naturam à jure feudali acceperunt: vel etiam rectè & justè possessa sunt, uti superius th. 4. satis luculenter demonstratum fuit. Obrecht. *d.l. n.* 7.

LVIII.

2. *Pacto.* Pacto quoq; primam feudi naturam immutari posse diximus superius. Et sanè ita quædam de feudorum natura vel substantia potius sunt, ut ne pacto quidem alterari queant, quod superius de fidelitate præstanda affirmavimus. Pleraque verò ejusmodi sunt, ut pactis inde recedi facile possit: itaque quoties fit, toties feudum improprium, non rectum sive degenerans constituitur. Multis ast modis cum id fieri queat, paucos quidem, potiores tamen delibare animus est. Obrech. *d.l. n.* 32. Zas. *d. par.* 12. *num.* 1. & 2.

LIX.

LIX.

Eſt proinde hujus generis primò feudum Fœmineum quod vel propriè tale vel impropriè & abuſivè. Illud eſt quod primum fœmina acquiſivit, vulgò **ein Weiber oder Gunckellehn**. *c.* 1. *de feud. fœmin.* 2. *Feud.* 30. *pr. de natur. ſucceſs. feud.* 2. *Feud.* 50. *c.* 1. *an marit. ſucceſs. uxor.* 1. *Feud.* 15. Et hæc feuda etiam Materna vocantur. *d. c.* 1. *Feud.* 15. vid. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *quæſt.* 34. *n.* 13. Weſenb. *cap.* 2. *de feud. n.* 5. Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 8. *num.* 3. hoc in quo expreſsè convenit ut fœminæ ſuccedant, alias enim ex propria feudi natura non ſuccedunt. §. *præterea* 3. *v. item ſi. Quid ſit inveſtit.* 2. *Feud.* 2. §. *hujus autem. In quibus cauſ. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. *d. c. un. de feud. fœmin.* 2. *Feud.* 30. Schneidw. *part.* 1. *num.* 49. Schrad. *d. l. num.* 11. Roſenthal *d. cap.* 2. *concl.* 6. 7. Obrecht. *d. l. num.* 57. At verò quod illud proprium vocatur hoc rationis eſt, quoniam ab origine feudorum petenda eſt denominatio, quæ conſiſtit in primo acquirente, ſeu, ut loquuntur, inſtipite, *per c. un.* 2. *Feud.* 17.

LX.

Nunc verò & mixtum conſtituendum feudum, videlicet quod partim de maſculino & fœminino participet? Do-

ctores

ctores quærunt. Verumtamen quia in nullo textu authentico hæc species invenitur, & alias à potiori fieri soleat denominatio potentiusq; inspiciatur *l. 2. ff. de Eviction. l. 16. ff. de stat. homin.* propterea & nos eam jure meritoq; rejicimus.

LXI.

Ulterius hic quæritur, in dubio num feudum fœmineum an verò masculinum præsumatur? pro hoc juris textus militare putamus. I. Quia inter naturalia recensetur ne fœminæ succedant in feudis. *c. an.* §. *fin.* 1. *Feud.* 8. II. Quia inhabiles fœminæ ad onera feudalia regulariter sustinenda, siquidem 1. mulieres variis fluctuant affectibus: quod illis objicit Propertius:

Vos ubi contempti rupistis fræna pudoris,
Nescitis captæ mentis habere modum.

Et Prudentius:

——pectore in arcto
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æsta.

2. non potest arma ferre: virium quippe est expers mulier, &

—— Deus iis pectus instruxit dolis,
Sed vim negavit.

Senec. in Octav.

3. non

3. non potest sana consilia dare, persæpè namque contra propria commoda mulierum laborant consilia. *l. si pater. in fin. ff. de sponsa.* Unde apud Euripidem in Medea mulier ingenuè fatetur:

Mulieres sumus ad omnia bona consilia ineptissimæ,
Malorum autem omnium artifices sapientissimæ.

4. non valet constans votum deponere, quippe lubrica sunt omnia. 5. non potest in cætu virorum apparere, *argum. l. 2. ff. de R. J.* 6. quia plærumque est impudica, *ut docet*, Ovid. *in epist.* Helen. ad Parid. suoquè exemplo Julia Augusti Imperat. filia testatur, & Calphurnia *in l. 1. §. Sexum. ff. de postuland.* 7. quia plærumque loquax est, plena rimarum, hac atque illac perfluens, soletq; obviis quibusq; prodere occulta. Bald. *in l. quoties C. de fide & legit. hered.* III. Quia textus feudalis juris loquuntur saltem de masculo, nisi in investitura expressa fæminarum fuerit facta mentio, *per tex. c. un. §. Hoc autem 3. 1. Feud. t. c. un. §. fin. 2. Feud. 23. & c. un. §. fin. 2. Feud. 2.*

LXII.

Secundò huic confine est Feudum Alienabile, videlicet ita alicui concessum, *Alienabile.*

ut ipse & sui heredes, & cui dederit habeat, quod cum vasallus quomodo sibi placuerit, sine consensu Domini & adgnatorum alienare possit (quod propriu ut constat, feudorum naturæ repugn *pr. de alien. feud. patern. 2. Feud. 39. c. un. 2. F. 52 & c. un. 2. Feud. 55.*) improprium meritò censetur. *c. un. de feud. non hab. propr. feud nat. 2. Feud. 48.* Zas. *d. par. 12. n. 25.* Schrad *d. c. 4. n. 62.* Obrecht. *d. l. n. 38.*

LXIII.

Emptitium.

Tertiò Feudum emptum, quod pecunia interveniente Vasallos comparavit quo quomodo verò id sit factum, id est sive tertius à Vasallo consensu Domini sive Vasallus à Domino proprietatis, in vestitura mediante emerit, nihil interest. Sed an sit beneficium dicendum, dubitatur: verum posse beneficium esse h cet non gratuitum, probatur *per l. Titii 3. ff. de obseq. par. & patr. præst.*

LXIV.

Assimulatur impropriis feudis, quia non ex mero domini amore ad Vasallum pervenit, unde definitio proprii feudi ipsi haud competit. *c. un. v. beneficium. quib. cauf. feud. amitt. 2. Feud. 23.* Sanè Te contrarii tantum propriam, non ver

omne

omnem naturam empto detrahunt: nec ipsam mercenariam infeudationem, sed modum emendi propositum *c. un.* 1. *F.* 27. & §. *Similiter.* 2. *Feud.* 51. prohibent. Zas. *d. par.* 12. *n.* 19. & *seqq.* Schrad. *d. c.* 4. *num.* 55. Rosenth. *d. cap.* 2. *concl.* 61. Obrecht. *d. l. num.* 39.

LXV.

Quartò, feudum Pensionarium, quod vasallo ita conceditur, ut quotannis certam pensionem pro servitiis numeret, quod quia feudorum proprium est servitia, non pensiones annuas, ut hic fit, præstare, improprium meritò putatur. Zas. *part.* 12. *de feud. num.* 32. Borch. *cap.* 4. *de feud. num.* 33. Menoch. *Cons.* 65. *num.* 4. *vol.* 1. Obrecht. *d. l. n.* 41. Huc pertinent & illa bona de quibus singulis annis capones aliquot dominis præstantur, vulgò **Capphangüter**: quæ si nominatim in feudum concedantur, vel fidelitatis juramentum, servitia, solam masculorum successionem similemve notam feudalem habeant, pro feudalibus; his verò deficientibus pro censiticis reputanda erunt. *Sent. Scab. alleg. post* **Weichb** *f.* 110. *b.* & *post different.* Zobel. *sent.* 12. *Pensionarium.*

LXVI.

Pignoraticium.

Quintò feudi improprii species est, Feudum Pignoraticium & per antichresin datum, quando scilicet dominus acceptâ certa pecuniæ summa, de re aliqua, sibi reluendi facultate reservata, Vasallum investit. Germanicè, **Ein Pfandlehn.** Refertur autem hoc feudum ad impropria ex iisdem fermè fundamentis, quibus & mercenarium. Hujusmodi feuda à Germaniæ principibus concedi se vidisse testatur. Zas. *d. par.* 12. *& 23. vers. quarta conclusio.* Schrad. *d. c.* 4. *num.* 57. Obrecht. *d. l. num.* 40. Jure quoq; Saxon. feudum hujusmodi improprium dicitur. **Lehenrecht** *cap.* 55. *v.* **Welcher Mann.**

LXVII.

Feudum sine investitura.

Sextò, Feudum sine investitura constitutum, quando scilicet Vasallus corporalem rei feudalis possessionem voluntate domini, citra solennitatem aliam occupat. Investituram enim propria feudorum natura cum requirat, & ea hic cesset, feudum meritò improprium appellatur. *c. un. qui b. mod. feud. constit. pot.* 1. *Feud.* 25. *c. un. pr. de consuet. recto feud.* 2. *F.* 33. Zas. *d. par.* 12. *num.* 38. Obrecht. *d. l. n.* 42.

LXVIII.

LXVIII.

Septimò, Feudum non jurabile. §. *Sed etiam vers. nulla, in fin. per quos fiat investit.* 2. *Feud.* 3. §. *Est & alia. Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* 2. *Feud.* 24. *junct. c. un. in fin. Quid præced. deb.* 2. *Feud.* 4. Eo ſed enim caſu, vaſallus nihil minus, juramento licet remiſſo, fidelitatem & omnia fidelitatis jurejurando comprehenſa præſtare adſtrictus eſt. Roſenth. *d. c.* 2. *concl.* 60. & 66. Zaſ. *d. part.* 12. *n.* 34. 35. Schrad. *d. l. n.* 18. Obrecht. *d. l. n.* 33. *Feudum non jurabile.*

LXIX.

Octavò, Feudum conditionatum, pro quo quis ad determinatum aliquod ſervitium vel officium (cum alias ſervitia de propria feudorum natura debeant eſſe incerta uti Int rpp. ſtatuunt) devinctus eſt. *c. un. in fin. In quib. cauſ. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. §. *Item qui* 2. *vers. ſed non eſt. Quæ fuit prim. cauſ.* 2. *Feud.* 24. §. *præterea* 3. *Quid ſit inveſtit.* 1. *Feud.* 2. §. *fin. de capit. qui curia. vend.* 2. *Feud.* 51. Huc referunt Dd. feuda quæ dant Imperatores, Duces & Principes quibusdam ut fungantur in ſua aula munere dapiferi, Pincernæ, Marſchalli, vel Camerarii vulgò Hofflehn. Zaſ. *d. par.* 12. *n.* 13. Schrad. *d. cap.* 4. *num.* 12. & 54. *Conditionatum.*

in toto jure feudali nusquam hujus feudi fit mentio: sufficit namque quod jus feudale huic speciei implicitè designet nomen. Joh. Andr. id responsi damus, quod sit distinguendum, inter feudi substantialia & ea quæ sunt de accidente & adminiculis, seu ut Dd. loquuntur de naturalibus: hæc quia non pars essentiæ sicut ipsa fidelitas, pactis immutari possunt, *l. 7. ff. de pact. l. pacta conventa. 72. ff. de contr. empt. c. un. in fin. 2. Feud. 3.* quamvis non illa *argum, l. nec ex prætorio. 27. ff. de R. J.* Cujac. *2. obs. 15.* Vult. *ad pr. Inst. de empt. vendit. num. 52.*

LXXII.

Ad hoc porrò ut feudum sit Francum requirunt Dd. ut in literis investituræ disertè hoc sit expressum: unde ita literis investituræ inseri se vidisse testatur Schneidw. *part. 1. num. 53. & 54.* **Vnd dörffen vns davon keine Dienste leisten/wie denn jhre Eltern davon vnsern Vorfahren auch keine Dienste gethan vnd geleistet haben.** Vid. Obrecht. *d. cap. 6. num. 45.* Zas. *d. par. 2. n. 36.* Rosenth. *d. tr. feud. c. 2. concl. 59. & Synops. feud. d. cap. 2. concl. 33.* Schrad. *d. par. 2. cap. 4. num 6.* Schoner. *d. disp. 1. th. 54.*

LXXIII.

Feudum Laudemiense.

Quid de feudo, pro quo Laudemium Domino pro investitura, tanquam i grati animi significationem per consue tudinem (quæ arte Chymica nigrum i album conficit. Knich. *de pact. vest. par cap* 4 *n* 203.) vel per præscriptionem vel ex pacto expenditur, sit sentiendum potest videri apud Franzium *in tr. de Lau dem. cap.* 4. *n.* 9. *& aliquot seqq.*

LXXIV.

Quaternatum.

Decimò pertinet huc Feudum, quo Dd. Quaternatum seu de tabulâ dicun quod ad Regis, Episcopi vel Princip mensam pertinet, & in Camera Comp torum, ut loquuntur, scriptum est et **Taffelehn.** Andr. de Isern. *in cap.* 1. *controv. feud. apud par. cur. termin.* 2. F. 1 Camerar. *in repet. c Imperialem. de prohi feud. alienat. per Frid.* 2. F. 55.

LXXV.

Id verò feudum improprium esse eo patet, tùm quod usus illius saltem fructibus ad mensam Domini applica dis consistat: cum aliàs non nisi servit dominus recipere soleat: tùm quod ta in dubio non præsumatur, sed poti manifestè probandum sit. Thoming. *vol*

co

cons. 12. Bocer. *de Invest. feud. c.* 3. *num.* 56. tùm quod licet aliquantisper tale fuerit, denuò tamen sine solennitatibus in Episcopo requisitis liberè in feudum concedi possit. Thoming. *d. vol.* 1. *cons.* 9. Gail, *l.* 2. *obs.* 161.

LXXVI.

Feudum Burgensaticum.

Undecimò supereſt Jure Saxonico alia feudi improprii ſpecies, quod Burgenſaticum ſeu Burgenſe vocari ſolet, vulgò **Burglehn** / à Burgo ſeu Caſtro ſic dictum, quaſi feudum Caſtri vel Caſtrenſe. Originem horum feudorum *Autor* **des Weichbilts** *art.* 7. ad Romanos refert, quaſi illi devictâ Germaniâ hinc inde caſtra condiderint, **Burg vnd Schlöſſer** / virisque nobilibus & fortiſſimis militib. illa conceſſerint hoc feudi jure, ut illa tutarentur. Sed cum hæc ab Hiſtoriarum fide aliena, & aliàs in iſto articulo ut & cæteris Juris Saxonici partibus, in Gloſſis præſertim, (uti bene quoque obſervavit Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 65.) multa habeantur fabuloſa, unde fides illius propter hiſtoriæ ignorantiam valdè lubrica eſt; non immeritò hæc relinquimus, & cum aliis probatis authoribus ad ea tempora hujus juris initium

referimus, ubi in armis & vi jus positum erat, **da das Faust Recht im schwang gienge**/ & propter bella creberrima omnia latrociniis infesta erant. Solet n. bellorum utplurimū hic eventus & fructus esse, uti post bellum Germanicum *Anno* 1547. *& seqq.* eveniſſe Edicta Mauritii & Augusti Electorum Saxoniæ annis illis promulgata & in *ordinatione Provincial.* **Landes Ordnung** *tit.* **Placke-rey**/ & **Einspennige vnd Herrnlose Knechte**/ &c. demonstrant, & hodie quotidiana experientia plus satis docet.

LXXVII.

Tunc autem temporis Nobiles quidam, quibus *de meliore luto finxit præcordia Titan*, ut invisa ipsis essent hujusmodi latrocinia, arces quasdam munitiores sibi extruxerunt, in quas sese cum familiâ ac rebus pretioribus, tanquam in receptus tutos & secutus mansiones, ingruentibus latrociniorum & depopulationum tempestatibus, conferrent. Quo & major esset ipsorum inter se conjunctio, peculiares quasdam confraternitates certis pactis inter se instituerunt, quas vocarunt **den Burg frieden** in eum finem, ut se suasq; facultates contra vim & incursiones

siones hostiles conjunctis viribus defenderent. Cum autem se solos sibiipsis & defensionem sui & suorum, contra vim potentiorem nondum sufficere animadverterent, in tutelam ac protectionem vicinorum quorundam Principum, tanquam vasallos contulerunt: *ita* Rittershusius *part. tit. feud. lib. 1. cap. 17. in pr.* & qui ex illo transcripsit Paul. Matth. Wehn. *in pract. observ. verb.* **GanErben** */ cap. 2.*

Qui itaq; à Principe quodam, quem Dominum Burgi **Burgherrn** vocat Jus Saxonicum, de Castro quodam & jure ibi commorandi, non tantum istud defendendi, sed potissimum se tuendi causa investiti prout Burgenses vel Burgensatici, **Bürger oder Burgmänner**/ postea Condomini **Ganerben**/ quasi **gemeine Erben** dicebantur. **Lehenr.** *c. 72. & ib.* Zobel. *in not. lit.* T. *& seqq.* Rittersh. *d. l.* qui societatis quodam jure inter se juncti erant, *ut idem d. l. ex Jure Saxonico colligit, his verbis:* **Bürger oder Burgmann heissen die Ganerben vnd Edelleute / so vor Alters vnter einem Burgherren vff einer Burg gewohnet haben/ da sie dañ der Burg Bürger genant sein worden.** *Item:* **Burglehen heissen solche Lehen/ da jhrer viel Edel-**

Edelleute oder Ganerben / wie man sie jetzo nennet / in einer Burgk oder Schloß zusamen haben Lehen vnd Lehensrecht / von Fürsten vnd Herren / denen die Burgk gehöret.

LXXIX.

Solebant autem hi unum ex illis eligere, maximum plerumq; natu qui reliquis omnibus præesset, quem velut Antistitem & judicem honorabant, unde & quasi Castri Comitem **Burggraffen** vocabant, qui tamen respectu juris & societatis in Castro nullam habebat prærogativam. Zob. *d. lit. T. in med.* nisi partem illam fructuū pro onere administrationis sibi assignatam ut præcipuum: reliqui enim deinde æqualiter distribuebantur. Rittersh. *ibid. cap.* 4. Assessores etiam is suos habebat, qui **Regiments Burgmänner** dicebantur: ab his reliqui judicabantur, juxta leges conventionis & societatis **nach dem Burgfrieden.** Gylman. *tom.* 3. *Symphon. f.* 99. Unde & iste Burggravius ex Privilegio Imperatorum non coram ordinario territorii judice, nec in primâ instantiâ protinus in Camera conveniri potuit, licet immediatus foret: sed coram suis Assessoribus **für den zwölff Regiments Burgmannen.** Schwamman. *Obs. Camer.* 18.

LXXX.

LXXX.

Etsi verò feuda hujusmodi in permultis, & imò omnibus aliis, nisi quæ certo pacto vel jure immutata erant, cum reliquis propriis feudis conveniebant, utpote quod non Ignobilia sed Nobilia erant. Zob. *d. lit. l. in fin.* & quod *Expectativa* quoque **Geding** de his concedi & mulcta exigi posset Jure Saxonico **Lehenr.** *cap. 72. v.* **An Burglehen.** In quamplurimis tamen *à cõmuni feudorum natura recedunt*, utpote quod renunciari possit huic juri & societati. Rittershus. *d. l. c. 5.* Quod subinfeudatio vel refutatio alii de hoc fieri nequeat, reliquis non consentientibus: quod si tamen fecerit ejusmodi vasallus compelli possit intra sex septimanas id revocare, nisi jure suo privari malit. Qui si intra hoc temporis spacium mortuus fuerit, & is cui facta est cessio juraverit se ignorasse hanc feudi conditionem, admitti possit. **Lehenr.** *cap. 72. v.* **Burglehen.** Quod refutatio feudi alterius non possit fieri à Domino superiori, ut illud in Burgensaticum transmutetur, *ibid. v.* **Der Herr mag.** Quod vasallo hujusmodi ventrem relinquēte, is qui expectativā habet possessionē tenere interim possit. *ib. v.* **Stirbet.**

Quod

Quod refutatio vel subinfeudatio feudi hujus à Domino alteri fieri nequeat. *ibid. v.* **Verleihet.** Quod jurare teneantur omnibus Domini decedentis heredibus nondum divisis, ab uno autem investituram petere. *ibid. v.* **Welcher Herr aber.** Quod extra castri defensionem nulla alia teneantur præstare servitia, adeoque feuda hæc Franca sint. *ibid.* **Von Burglehn aber/** *& ib.* Zob. *lit.* KK. Quod Burggravius & ejus Assessores de causis tantum Burgensaticis, nec aliis feudalibus cognoscant. *ibid. v.* **Also auch.** Quod Dominus hujus feudi de tribus saltem causis judicet vasallum **Lehenr.** *cap.* 73. *vers.* **Nicht mehr.** Quod feudum hoc Burgensaticum non tollatur rei interitu, sed jus maneat donec instauretur. *ibid. vers.* **Wird eine Burg mit gewalt /** & quæ pluribus ibi traduntur.

LXXXI.

Hactenus de feudis impropriis, potioribus Feudorum divisionibus. Sunt & aliæ tam in libris nostris feudalibus, quàm apud Interpretes divisiones, utpote quod Feuda quædam dicuntur esse in curte quædam extra curtem: quædam Realia, quædā Personalia: quædam Perpetua, quædam Temporalia autem quædam Corporalia quædam Incorporalia.

LXXXII. Prior ista divisio, quod quædam in curte vel extra curtem dicuntur, fundata est in §. *præterea. 1. v. item si quis. tit. quib. mod. feud. amitt.* 1. F. 5. *& in pr. tit. de capit. qui cur. vend did.* 2. F. 51. Et est Feudum in curte Domini, quando Vasallus percipiendi utilitatem habet ex re, quæ in domo & possessione Domini permanet: Extra curtem feudum est, cum Vasallus percipit utilitatem ex re, quæ in domo ac possessione domini non permansit, sed ad Vasallum inq; ipsius quasi domum translata est. Vult. *d. cap. 8. n.* 18. Nam Curtis (quæ vox à Latino Curiâ, à Longobardinis tamen corrupta, procul dubio descendit) pro domo, castro, prætorio vel palatio in libris feudorum usurpatur. *pr. v. si n. domino. tit. quid sit investitura. 2. F. 2. §. si v. gastaldi. 1. de feud. guard. 1. F. 2. & ib.* Goth. Hottom. *in Lexic. feud. verb. Curtis. & verb. mansus.* Hujusmodi feudorum, quæ in curte sunt, plura inveniuntur genera, ut Feudum Cameræ, Cavenæ, Guardiæ, Gastaldiæ, Soldatæ, Advocatiæ, Cancellariatus & similia.

LXXXIII. Realia appellant, quæ tàm ex parte Domini, quam Vasalli in heredes transmittuntur. *arg. c. 1. de duob. frat. à capit. invest. 2. F. 18.* Personalia verò, quæ in personâ Domini aut Vasalli, sive utriusq; finiuntur. *arg. c. 1. v. Soldata autem. 1. quis dicatur dux march. 2. Feud.* 10. Jason. *in prælud. feud. in 6. divis.* Et hanc posteriorem speciem, quâ utriusq; morte finitur feudum Personalissima feuda appellant Dd. Jas. *d. loc.* Rosenth. *d. c. 2. concl.* 29.

LXXXIV.

LXXXIV. Similis huic eſt illa diviſio, qua Feuda dividuntur in Perpetua & Temporalia. Perpetua dicũtur, quæ regulariter perpetuò ad omnes primi acquirentis deſcendentes & ſimul inveſtitos pertinent, talia ſunt feuda propria ex ſuâ naturâ omnia *c. 1. in f. ib. in perpetuum pertineat. tit. in quib. cauſ. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23 Temporalia verò, quæ anno aut alio certo tempore finiuntur. *pr. de feud. Guard.* 1. F. 2 *cap.* 1. *de pignori dat. feud* 1. *Feud.* 11. *v.* 1. *de feud. Guardiæ & Gaſtald.* 2. *Feud.* 94.

LXXXV. Præterea ſunt quædam feuda Corporalia, quædam Incorporalia. Corporalia dicuntur quæ in re corporeâ ſolo videlicet ſeu ſolo cohærente conſiſtunt, puta caſtrum aut villa, *c.* 1. *v. ſciendum t d. feud. cognit.* 2. F. 1 Incorporea, quæ in re incorporali. Nam & res ejusmodi in feudum dari poſſunt, ut Jurisdictio, decimæ, ſimiliaq; jura, quæ inter immobilia connumerantur *d. verſ. ſciendum.* 2. *Feud.* 1.

LXXXVI. Sed de his & aliis, quas interpretes confinxerunt, diviſionibus utpote quod aliud feudum ſit ſingulare, aliud univerſale, aliud in quo vivitur Jure Longobardorum, aliud in quo vivitur Jure Francorum &c. nihil attinet plura dicere: ſufficiant nobis inſigniores ſuperius explicatæ. Nec enim omnes Interpretum lacunas exhaurire animus nobis eſt, ſed calamum ſtare jubemus, ut terminalia ponamus.

Colle-

Collegii Feudalis publici Disputatio III.

De
Personis Feuda Dantibus & Accipientibus.

Respondente

Sigismundo Hornn,
Friberg. Misnico.

Thesis I.

Discussis prioribus Disputationibus, quæ super Feudorum jurisque Feudalis Origine, Authoritate, Definitione ac Divisionibus, nonnullisque aliis hisce cognatis dubia ac scrupulosa videbantur, ordinis simul ac naturæ lege ea sequitur Tractatio, quæ est de Feudi Constitutione. Præeuntibus autem nobis tàm Justiniano in *§. fin. J. de J.*

N.G. & C. l 2. ff. de stat. hom. l. 14. ff. de jur. Codicill. quàm F.F. Commentatoribus ad unum ferè omnibus, primò de iis agendum, quæ principem locum in constituendo Feudo obtinent, scil. PERSONIS FEVDVM CONSTITVENTIBVS. Personæ namque nisi essent, nunquam feudum constitui posset. Obrecht. *Tract. feud. lib. 2. cap. 1. n. 6.*

II.

Personæ feudum constituentes, sunt duplices.

Ad omnis autem feudi constitutionem Personæ requirũtur duplices, Concedens nimirum & Accipiens. *cap. 1. in pr. & §. fin. de his qui feud dar. poss.* 1. F. 1. *c.* 1. *de feud March.* 1 *Feud.* 14 *c.* 1 §. *fin in quib. caus. feud. amit.* 2. F. 23. *& passim.* Schoner. D. F. 2 *th.* 4. *&* 5. *lib* 1.

III.

Personæ dantes cõsiderantur dupliciter.

Personæ dantes considerantur vel prout erant olim, vel prout nunc sunt. Olim nemini feuda dare licitum erat, quibus non dignitas nobilitas, nec antiqua consuetudo id tribuebat. *c un. pr. de his qui feud. dar. poss.* 1 *Feud* 1. Obrecht. *tr. feud. lib* 2 *c.* 1. *n.* 7. Matth. Steph. *in Oecon. jur. feud. lib* 2 *c.* 1. *n.* 4 Schneidw. *Ep. feud. part.* 4 *n.* 1. Gothof, Anton. D. 3. *th.* 2. *lit. A.* Vult. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 8. *&* 13. Rosenth. *tr. feud. c.* 3. *concl.* 2. Sic jure veteri Saxonico: Alle die

die nicht von Rittersart vom Vater vnd vom Eltervater geboren sind/ die sollen Lehenrechts darben. *Lehenr. cap. 2. in pr.* quod verbum **darben** generale est, & tàm dantes, quàm accipientes complectitur.

IV.

Posteà verò cùm paulatim Valvasores majores suis Clientibus partem concederent. *c. 1. quu dic. Dux. March. 2. F. 10.* Moribus factum ut à primo suo usu in tantum feuda degenerarent, ut hodiè in genere omnes, cujuscunq; Ordinis, Gradus, Sexus, Ætatis, Conditionisque sint, Feuda aliis concedere possint, modò liberam habeant administrationem, nec speciatim reperiantur, prohibiti. *pr. per quos fiat invest. 2. F. 3.* Rosenth. *c. 3. concl. 2. n. 1.* Schneidvv. *Ep. feud. p. 3. n. 3.* Rittersh. *part. feud c. 5. q. 2.* Obrecht. *lib. 2. c. 1. n. 8.* Hunn. *tr. feud. c. 7. in pr.* Unde & Dispositio illa Juris Saxon. consuetudine, quæ jus cõmune reassumsit, antiquata est. *Hart. Harim. lib. 2. pract. obs. tit. 34. obs. 1.* Ratio est, quod quilibet rerum suarũ moderator debeat esse atq; arbiter. Cum nihil tàm secundũ naturam sit, quàm voluntatem domini rem suã transferre volentis, ratã habere,

l.21.C.mand.l.2.ff. si à parent. quis manumiss. l.9.C.de Judæis. l.14.C.de contrah.empt.l.25. §. 11. ff. de hered. pet. arg. l. 13. §. 7. ff. de injur. Steph. *d.l.n.5.* Intrig. *de F.qu.53. num.1.* Schrad. *de F.p.4.c.1.n.57.*

V.

Vocatur autem is qui feudum concessit aliquando Dominus, *c. un. & fin. de his qui feud.dar.poss.1.F.1. c.un. quid præced.deb. 2.F.4.* & passim. Eò quod dominium & proprietatem in feudo retineat, quamvis dissentiat Vult. *lib.1. cap.3. n. ult.* Nam à Longobardis hausérunt, ipsorum Successores in Italiâ hoc nomen, cum constet ex jure Saxonico, ubiquè concedentem vocari **Herrn / Lehensherrn.** Itaque prima feudorum origo satis monstrat, quando concedens non proprietatem saltem retinebat, sed & jus habebat, quandocunque vellet rem in feudum datam auferendi: §. *& quia. 1. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1.* tanquam nudum precarium *l.1. ff. de precar.* Hoc verbum Latini per Dominum, Longobardi-Itali autem per Signor vel Segnor eodem sensu reddidere: Undè sub sequentibus temporibus SENIORIS vocabulum à Compilatoribus FF. substitutum est. Longius itaque

que ab hac origine illorum recedunt conjecturæ, qui autumant dictos esse Dominos vel ad Exemplum veterum, qui Domini nomine solebant aliquem honoris causâ salutare. *l. 26. ff. de const. pec. l. 57. ff. de donat. int. vir & ux.* quod vocabulum antiquitùs tanquam nota demissionis clientibus imperabatur. Henric. Salmuth. *in not. ad Pancirol.* Vel quod Feudistæ vernaculo illi Signore latinum hoc substituere voluerunt Gothof. Anton. *d. F. 2. th. 1. lit. B.* Ut & vocabulum Senioris in *c. un. quib. mod. feud. amit. 1. F. 17. c. un. ap. quem vel quos controv. feud. defin. 1. Feud. 18. c. 5. de cap. qui cur. vend. 2. F. 51.* & passim: saltem honoris causâ. Eâdem formâ, quâ Senatores, Presbyteros & Facultatum Seniores dicimus, scil. dignitatis potius & morum, quàm ætatis habitâ ratione; quo casu, vocabulo Senioris non persona, sed jus demonstratur, non secus ac in illo, qui in *l. 195. §. familiæ. ff. de V. S.* dicitur paterfamilias, etiamsi filium non habeat. Vultej. *d. n. ult.* Vocantur etiam hi aliquando Patroni, aliquando quoque Præpositi, & licet quidam Patroni vocabulum ad illustres, Præpositi verò ad privatos applicare velint, ta-

men an ſemper & ubiq; ſeſe ità habeat, non immeritò dubitatur.

VI.

Quinam feuda dare poſſunt.

Jam ad ſpeciem deveniendo, dividimus eos, qui feuda dare poſſunt. 1. Ratione Ordinis juxtà antiquiſſimam ac notiſſimam perſonarum diſtinctionem in Perſonas Eccleſiaſticas & Seculares. *c. duo ſunt 12. qu. 1.* & quin Eccleſiaſtici poteſtatem hanc habeant de jure feudali videtur controverſiâ carere. per *text. de hiis qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. 1. Feud. 3. quib. mod. feud. conſtit. pot. 1. Feud. 25. de cler. qui inveſt. fuc. 2. F. 35. &c.* Idque utilitate ac neceſſitate quodammodo conſtitutum. Cùm enim clerici imprimis religioſorum Principum liberalitate atque aliis Titulis, modis & artibus fuerint donati, quemadmodum etiam adhuc facultatibus ac divitiis omnes fermè vincunt ſtatus à nullo vincuntur, utile videbatur, ſi fortè Eccleſia bellis offendatur, Eccleſia verò non poſſit arma gerere, ſed precibus & lacrymis ſtudere. *c. non pila 23. quæſt. 8.* ut præſidio Vaſallorum bellicoſorum muniatur. Dn. Sigismund. Finckelthauß. *D. Feud. 5. th. 4. lit. B.* Etiam ſi de receptiſſimâ conſuetu-

suetudine quæratur, nullum est dubium, quin Clerici hanc potestatem habeant. Verum si non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat inspiciatur, magis est ut dicamus cum Ulp. *in l.* 13. §. *ult. ff. de injur.* Usurpatum hoc esse: idque *argum. l.* 30. 12. *qu.* 2. Hunnius *cap.* 7. *tract. feud. Q. an Ecclesiast. person. &c.* Rittersh. *lib.* 1. *cap.* 5. *qu.* 6. Niell. D. *Feud.* 2. *thes.* 2. *lit.* D. Anton. D. 2. *th.* 2. *lit.* D.

VII.

Personæ Ecclesiasticæ quæ Feudum concedunt, sunt vel Pontifex, vel Inferiores Pontifice. Pontifex unde dictus, mirè variant Authores; Quidam vocabulum Pontificis à potentiâ derivant; Quidam à posse & facere. Borcholt. *cap.* 5. *num.* 4. *de feud.* Alii à Pontium farciendorum curâ. Polydor. Vergil. *lib.* 4. *cap.* 6. *in f.* cum ab ipso sublicius sit primum factus. Beeman. *de Orig. latin. ling. verb.* Pontifex. Quò Alciat. *in L. Tabernæ de V. S.* allusit, illum ita appellatum, quod pontem faciat in vitam æternam. Sed si rem penitius adspiciamus; derivatio hæc omnium est vitiosissima. Cùm enim non pons sed semita angustissima ad vitam æternam de-

Personæ Ecclesiasticæ feuda concedentes sunt vel Pontifex vel Pontifice inferiores.

ducat. *Matth. 7. v. 13. & 14. Luc. 13. v. 24.* magis dicendum, quod pontem illum latissimum, tanquam Dux infernalis Exercitus *can. si Papa. dist. 40.* ad Gehennam fabrificiat. Alii aliunde derivant. Vid. *d.* Becman. Zabel. *d. F. 3. thes. 5 lit. B.* Schoner. *D. 2. th. 22.*

VIII.

De potestate hujus celebratissima est controversia, ac inter omnes omnium Facultatum *Dd.* jam ventilatur. Pontificiæ Authoritatis Assertores tanquam summo Ecclesiarum Monarchæ plenariam in omnibus dispositionem attribuunt. *c. cuncta per mundum 9. qu. 3. cap. 2. de præbend. in 6. Clem. 1. in fin. ut lit. pend.* Vid. latè Zabel. *D. 3. th. 5. lit. B.* Paul. Berens. *d. F. 2. th. 3.* (de quo tamen quilibet conscientiosus ac cordatus non immeritò dubitare debet) Et ideò per consequens plenariam quoque circâ in feudandum potestatem ipsi adscribunt, ob concursum scil. cum omni præiatura in potestate ac jurisdictione, uti notant. Schrad. *par. 4. cap. 2. num. 4.* Rosenth. *tract. f. cap. 4. concl. 17. num. 1.* Rittersh. *lib. 1. cap. 5. qu. 6.* Anton. *d. F. 2. th. 3. lit. A.* Steph. *lib. 2 cap. 5. num. 4.* Tamen & de hâc potestate non

imme-

immeritò alii dubitant. Dn. Lindeman. *d. F. 1. thes.* 55. authoritatem omnium Seniorum Theologorum ac Politicorum allegando statuit, hanc potestatem Pontifices de facto magis sibi arrogâsse, quàm jure ullo probari posset. Illud certum est, Pontifices olim non potuisse feuda concedere, Imperator enim non solum Archiepiscopatus, Episcopatus & Abbatias, sed etiam Pontificatum cōtulit. *c. Hadrianus* 22. *& c. sequens. c. cum longe.* 25. *dist.* 63. *c. hinc.* 16. *qu.* 1. Lindeman. *th.* 58. Facit Auth. *Presbyterum in f. 1. 3. cum seqq. C. de Ep. & Cler. Nov.* 6. 57. 123. 131. *c.* 2. 137. *c. Agatho* 21. *dist.* 63. Vid. Laur. Ohm. *Tract. de jur. Episc. th.* 14. *lit. B.* Arnold. Engelbrecht. *de jurisdict. imp. concl.* 84. Imò *lib.* 2. *F.* 40. expressè dicitur Episcopos & Abbates à Rege beneficia habere. Unde hæc Feuda vocantur Regalia, quia à Rege vel Imperatore conferuntur. *princ. de feud. March.* 1. *Feud.* 14. *pr. de lege Conrad.* 2. *Feud.* 34. Postquam vero cum opibus ambitioPontificum indies crevit, omnia Ecclesiastica prædia sua esse feuda, & tenentes suos esse Vasallos acriter defendere cœperunt. *c. ad Apostolicæ de sent. & re jud. c. solita de major. & obed.* Steph. *lib.* 2. *c.* 3.

num. 3. In tantum ut non solum Gregorius VII. à Laicis feuda accipere Clericis severissimè interdiceret. *c. si quis deinceps* 16. *q.* 7. Verùm etiam ejus successores Banni fulmine subinde Impp. percuterent. Dn. Lindem. *d. D.* 1. *thes.* 56. Imò Feudorum Ecclesiasticorum Candidatis juramentum à Pontif. præscribebatur, cujus tenorem habemus in *c. Ego N. ext. de jurejurand.* Nos quo jure, quivè injuriâ potestatem hanc sibi adscribant & an Impp. perpetua manuum injectio, non secus ac in servum Barbarium Philippum *l.* 3. *ff. de off. prat.* concessa sit, hic non disputamus saltem hoc addimus, quod Pontif. versentur in usurpando. *l.* 13. *in f. de injur.*

IX.

Sed præsuppositio, quod Papæ potestas circà infeudandum competat: Considerandus tamen venit, vel quatenus 1. Ecclesiasticas præfecturas & dignitates, vel quatenus 2. Res Ecclesiarum non infeudari solitas, vel quatenus 3. sua bona alteri in feudum concedit.

X. Cir-

X.

Circâ primum caſum movetur Quæſtio: Si Epiſcopus quidam inferior rem ſuæ Diœceſeos cuidam in feudum conceſſiſſet & poſtmodum Pontifex eandem jure feudi poſſidendam alii aſſignaſſet, Utra jam conceſſio eſſet prævalitura? Ubi nos priorem valere firmiter ſtatuimus, cum prior Vaſallus in feudo jus ſibi quæſitum jam habeat, quod ſine causâ, uti à nemine ita nec à Papa auferendum. *L id quod noſtrum* 11. *de R. J. L. quoties* 15. *C. de R. V.* Facit quod per primam conceſſionem factam per Epiſcopum, ſimul quaſi tranſierit dominium in eum, cui primò facta eſt conceſſio. *verſ. rei. de inveſt. de re alien. fact.* 2. *F.* 8. Nec inſuper duo in ſolidum poſſunt eſſe domini. *L* 5. §. 15. *ff. commod.* Vid. Schneidevv. *Ep. feud. p.* 3. *num.* 15. Roſenth. *cap.* 4. *concl* 17. *n.* 3. Steph. *lib.* 2. *cap.* 3. *num* 5. Anton. *D.* 2. *th.* 3. *lit. D.* Obrecht. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. Curt. *jun. part* 2. *membr.* 2. *q.* 12.

XI.

Quatenus vero Pontifex circâ res Eccleſiarum non infeudari ſolitas conſideratur, tunc videtur diſtinguendum. Quod aut res pretioſas & magni

magni momenti in feudum concedat,& hoc aliter Pontificem haud facere posse, quàm adhibitis prius in consensum Cardinalibus; hoc enim quasi vinculo quodam Pontificis potestatem ne planè esset infinita, juris feudalis Interpp. consrictam voluere. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Rosenth. *tr. feud. c. 4. concl. 7. num. 2.* Schneidew. *part. 3. num. 12.* Mozz. *tit. de his qui feud. dar. poss. num. 12.* Steph. *lib. 2. cap. 3. num. 6.* Anton. *d. 2. th. 4. lit. A.* Ratio, quia datio ejusmodi in magnum Ecclesiæ præjudicium verti posset, si Papa pro lubitu amplam civitatem vel florentem provinciam in feudum conferre vellet. Res vero minus pretiosas infeudandi potestas ipsi deneganda non est. Obrecht. *d. tract. lib. 2. cap. 1. n. 15.*

XII.

Tertio casu, cum quivis Clericus, qui propria bona habet, regulariter in feudare possit, *c. un. de cler. qui invest. fac. 2. F. 25.* Pontifici quoque id erit concedendum. Obrecht. *d. tract. n. 16.* Steph. *d. l. n. 7.* Et circà hæc bona quatenus jure possidet, ipsius potestas tolerari posset, ni extrà hosce limites ad majora manus suas exereret.

reret. Anton. D. 2. *th.* 2. *lit. A.* Hæc de Pontifice.

XIII.

Inferiores Pontifice sunt ordinis vel Superioris vel Inferioris, *c. si quæ causæ* 11. *qu.* 1. Hic Q. moveri potest; An Legatus de latere qui proximus solet esse Pontifici, cùm in Provinciâ sibi decretâ eandem potestatem cum Pontif. habere existimetur. *cap.* 1. *& ult. ext. de off. legat.* res Ecclesiarum tempore suæ legationis alteri in feudum cõcedere possit? Quod nos negamus, nisi ad hoc speciale mandatum à Pontif. acceperit, *arg. c. de Ecclesiasticis* 25. *q.* 2. *Anth. perpetua,* ibi: quibus hoc assignatur lege. *C. de SS. Eccles.* cùm aliis per se non possit tollere jura subjectarum Ecclesiarum. Steph. *d. cap.* 3. *n.* 7. Anton. D. 2. *th* 2 *lit. A.* Schoner. D. 2. *thes.* 47. Vultej. *lib.* 1. *Feud cap.* 3. *n* 10.

Inferiores Pontifice sunt Ordinis vel Superioris, vel Inferioris.

XIV.

Superioris sunt, qui Provinciis vel Civitatibus præsunt: Provinciis vel pluribus vel uni *cap.* 1. *&* 2. *dist.* 99. Schoner. D. F. 2. *th.* 23. *& seqq.*

Superioris ordinis quinam?

XV.

Pluribus provinciis qui præsunt vocantur Patriarchæ *d. c.* 1. *&* 2 *dist.* 99. Iis dicti,

quarum mentio fit. 1. *Feud* 1. Præpositus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acoluti, Exorcistæ, Lectores, Psalmistæ, Ostiarii, Canonici, Decani. De quâ Hierarchiâ Ecclesiasticâ, vid. *c. cleros dist.* 21. *c. Presbyteri* 34. 11. *q.* 3. *c.* 6. 11. *dist* 93. *& passim. tot. tit. C. de Episc & Cler* Quibus omnibus infeudatio est permissa. *arg c. un. de cler. qui invest. fac.* 2 F. 35 Schoner. D F. 2. *th.* 26. Anton. D. 2. *th.* 3. *lit. A* Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap.* 5. *q* 6. Notandum tamen, quod ordo & distinctio hæc inter personas Ecclesiasticas ex instituto humano magis profecta sit, quàm quod jure divino probari possit. *argum.* 1. *Petr.* 5. Joach. Steph. *lib.* 4. *cap* 2. *de jurisd.* Idque imitatione quadam Judaismi. Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap.* 5. *q.* 6.

XX.

Sic præsuppositâ Clericorum circà constitutionem feudi potestate probè considerandum venit, an antiquum, an novum feudum conferre velint. Obrecht. *d. l. num.* 25.

XXI.

Clericis antiquum feudum

Antiquum feudum conferunt aut de bonis propriis, aut de bonis Ecclesiæ. Schoner. *d. l. th* 28. De rebus propriis est

Text.

Text. *c. un. in pr. fin. de cler. qui invest. fac.* 2. F. 35. Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap* 5. *q.* 14. Ruding. *lib.* 1. *cap.* 7. *n* 1. Et est ratio, quia in iis pro Laicis habentur *L.* 3 C *de Episc. & Cler.* quorum quilibet rerum suarum moderator est atque arbiter. *L. in re mandata* 21. C. *mand. L.* 2. *ff. si à parent. quæ manumiss. L.* 14. C. *de contrab empt. L.* 25. §. 11. *ff. de hered. pet.* In dubio tamen præsumitur datum de bonis Ecclesiæ. Schneidevv. *n.* 24. Ruding. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1.

conferunt vel de bonis propriis, vel de bonis Ecclesiæ.

XXII.

De rebus verò seu bonis Ecclesiæ etiam possunt feuda dare, si antiquitus, h. e. ante Urbani II. Pontif. (qui Pontificatum iniit Anno à nato Christo 1110.) prohibitoriæ constitutionis promulgationem hoc jus ac potestatem habuerint. Quamvis enim Baldus, Alvarott. Raven. & Dd. *in pr. de his qui feud dar. poss.* 2. F. 1. ut & Duar. *cap.* 5. *de feud. num.* 4. Sonsbec. *p.* 8. *num.* 4. Schneidw. *part.* 3. *num.* 20 *& seqq.* textum illum saltem ad res referant: Si tamen textus juris feudalis penitius introspeximus, apparebit, restrictionem hanc principaliter ad personas dantes referri. De illis enim

men an semper & ubiq; sese ità habeat, non immeritò dubitatur.

VI.

Quinam feuda dare possunt.

Jàm ad speciem deveniendo, dividimus eos, qui feuda dare possunt. 1. Ratione Ordinis juxtà antiquissimam ac notissimam personarum distinctionem in Personas Ecclesiasticas & Seculares. *c. duo sunt 12. qu. 1.* & quin Ecclesiastici potestatem hanc habeant de jure feudali videtur controversiâ carere. per *text. de hù qui feud. dar. poss. 1. F. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. Feud. 3. quib. mod. feud. constit. pot. 1. Feud. 25. de cler. qui invest. fac. 2. F. 35. &c.* Idque utilitate ac necessitate quodammodo constitutum. Cùm enim clerici imprimis religiosorum Principum liberalitate atque aliis Titulis, modis & artibus fuerint donati, quemadmodum etiam adhuc facultatibus ac divitiis omnes fermè vincunt status à nullo vincuntur, utile videbatur, si fortè Ecclesia bellis offendatur, Ecclesia verò non possit arma gerere, sed precibus & lacrymis studere. *c. non pila 23. quæst. 8.* ut præsidio Vasallorum bellicosorum muniatur. Dn. Sigismund. Finckelthauß. *D. Feud. 5. th. 4. lit. B.* Etiam si de receptissimâ consuetu-

suetudine quæratur, nullum est dubium, quin Clerici hanc potestatem habeant. Verum si non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat inspiciatur, magis est ut dicamus cum Ulp. *in l.* 13. §. *ult. ff. de injur.* Usurpatum hoc esse: idque *argum. t.* 30. 12. *qu.* 2. Hunnius *cap.* 7. *tract. feud. Q. an Ecclesiast. person. &c.* Rittersh. *lib.* 1. *cap.* 5. *qu.* 6. Niell. D. *Feud.* 2. *thes.* 2. *lit.* D. Anton. D. 2. *th.* 2. *lit.* D.

VII.

Personæ Ecclesiasticæ quæ Feudum concedunt, sunt vel Pontifex, vel Inferiores Pontifice. Pontifex unde dictus, mirè variant Authores; Quidam vocabulum Pontificis à potentiâ derivant; Quidam à posse & facere. Borcholt. *cap.* 5. *num.* 4. *de feud.* Alii à Pontium farciendorum curâ. Polydor. Vergil. *lib.* 4. *cap.* 6. *in f.* cum ab ipso sublicius sit primum factus. Becman. *de Orig. latin. ling. verb.* Pontifex. Quô Alciat. *in L. Tabernæ de V. S.* allusit, illum ita appellatum, quod pontem faciat in vitam æternam. Sed si rem penitius adspiciamus, derivatio hæc omnium est vitiosissima. Cùm enim non pons sed semita angustissima ad vitam æternam de-

Personæ Ecclesiasticæ feuda concedentes sunt vel Pontifex vel Pontifice inferiores.

ducat. *Matth. 7. v. 13. & 14. Luc. 13. v. 24.* magis dicendum, quod pontem illum latißimum, tanquam Dux infernalis Exercitus *can. ſi Papa. diſt. 40.* ad Gehennam fabrifaciat. Alii aliunde derivant. Vid. *d.* Beeman. Zabel. *d. F. 3. theſ. 5 lit. B.* Schoner. *D. 2. th. 22.*

VIII.

De poteſtate hujus celebratißima eſt controverſia, ac inter omnes omnium Facultatum *Dd.* jam ventilatur. Pontificiæ Authoritatis Aſſertores tanquam ſummo Eccleſiarum Monarchæ plenariam in omnibus diſpoſitionem attribuunt. *c. cuncta per mundum 9. qu. 3. cap. 2. de præbend. in 6. Clem. 1. in fin. ut lit. pend.* Vid. latè Zabel. *D. 3. th. 5. lit. B.* Paul. Berens. *d. F. 2. th. 3.* (de quo tamen quilibet conſcientioſus ac cordatus non immeritò dubitare debet) Et ideò per conſequens plenariam quoque circà in feudandum poteſtatem ipſi adſcribunt, ob concurſum ſcil. cum omni præiatura in poteſtate ac jurisdictione, uti notant. Schrad. *par. 4. cap. 2. num. 4.* Roſenth. *tract. f. cap. 4. concl. 17. num. 1.* Rittersh. *lib. 1. cap. 5. qu. 6.* Anton. *d. F. 2. th. 3. lit. a.* Steph. *lib. 2. cap. 1. num. 4.* Tamen & de hâc poteſtate non imme-

immeritò alii dubitant. Dn. Lindeman. *d. F. 1. thes. 55.* authoritatem omnium Seniorum Theologorum ac Politicorum allegando statuit, hanc potestatem Pontifices de facto magis sibi arrogâsse, quàm jure ullo probari posset. Illud certum est, Pontifices olim non potuisse feuda concedere, Imperator enim non solum Archiepiscopatus, Episcopatus & Abbatias, sed etiam Pontificatum cõtulit. *c. Hadrianus 22. & c. sequens. c. cum longe. 25. dist. 63. c. hinc. 16. qu. 1.* Lindeman. *th. 58.* Facit Auth. *Presbyterum in fi. 31. cum seqq. C. de Ep. & Cler. Nov. 6. 57. 123. 131. c. 2. 137. c. Agatho 21. dist. 63.* Vid. Laur. Ohm. *Tract. de jur. Episc. th. 14. lit. B.* Arnold. Engelbrecht. *de jurisdict. imp. concl. 84.* Imò *lib. 2. F. 40.* expressè dicitur Episcopos & Abbates à Rege beneficia habere. Unde hæc Feuda vocantur Regalia, quia à Rege vel Imperatore conferuntur. *princ. de feud. March. 1. Feud. 14. pr. de lege Conrad. 2. Feud. 34.* Postquam vero cum opibus ambitio Pontificum indies crevit, omnia Ecclesiastica prædia sua esse feuda, & tenentes suos esse Vasallos acriter defendere cœperunt. *c. ad Apostolicæ de sent. & re jud. c. solita de major. & obed.* Steph. *lib. 2. c. 3.*

num. 3. In tantum ut non solum Gregorius VII. à Laicis feuda accipere Clericis severissimè interdiceret. *c. si quis deinceps.* 16. *q.* 7. Verùm etiam ejus successores Banni fulmine subinde Impp. percuterent. Dn. Lindem. *d. D. 1. thes.* 56. Imò Feudorum Ecclesiasticorum Candidatis juramentum à Pontif. præscribebatur, cujus tenorem habemus in *c. Ego N. ext. de jurejurand.* Nos quo jure, quîve injuriâ potestatem hanc sibi adscribant & an Impp. perpetua manuum injectio, non secus ac in servum Barbarum Philippum *l. 3. ff. de off. præt.* concessa sit, hic non disputamus saltem hoc addimus, quod Pontif. versentur in usurpando. *l. 13. in f. de injur.*

IX.

Sed præsuppositò, quod Papæ potestas circâ infeudandum competat: Considerandus tamen venit, vel quatenus 1. Ecclesiasticas præfecturas & dignitates, vel quatenus 2. Res Ecclesiarum non infeudari solitas, vel quatenus 3. sua bona alteri in feudum concedit.

X. Cir-

X.

Circâ primum casum movetur Quæstio: Si Episcopus quidam inferior rem suæ Diœceseos cuidam in feudum concessisset & postmodum Pontifex eandem jure feudi possidendam alii assignasset, Utra jam concessio esset prævalitura? Ubi nos priorem valere firmiter statuimus, cum prior Vasallus in feudo jus sibi quæsitum jam habeat, quod sine causâ, uti à nemine ita nec à Papa auferendum. *L id quod nostrum* 11. *de R. J. L. quoties* 15. *C. de R. V.* Facit quod per primam concessionem factam per Episcopum, simul quâsi transierit dominium in eum, cui primò facta est concessio. *vers. rei. de invest. de re alien. fact.* 2. *F.* 8. Nec insuper duo in solidum possunt esse domini. *L* 5. §. 15. *ff. commod.* Vid. Schneidevv. *Ep. feud. p.* 3. *num.* 15. Rosenth. *cap.* 4. *concl* 17. *n.* 3. Steph. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. Anton. *D.* 2. *th.* 3. *lit. D.* Obrecht. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. Curt. *jun. part* 2. *membr.* 2. *q.* 12.

XI.

Quatenus vero Pontifex circâ res Ecclesiarum non infeudari solitas consideratur, tunc videtur distinguendum? Quod aut res pretiosas & magni

magni momenti in feudum concedat, & hoc aliter Pontificem haud facere posse, quàm adhibitis prius in consensum Cardinalibus; hoc enim quasi vinculo quodam Pontificis potestatem ne planè esset infinita, juris feudalis Interpp. constrictam voluere. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Rosenth. *tr. feud. c. 4. concl. 7. num. 2.* Schneidew. *part. 3. num. 12.* Mozz. *tit. de his qui feud. dar. poss. num. 12.* Steph. *lib. 2. cap. 3. num. 6.* Anton. *d. 2. th. 3. lit. A.* Ratio, quia datio ejusmodi in magnum Ecclesiæ præjudicium verti posset, si Papa pro lubitu amplam civitatem vel florentem provinciam in feudum conferre vellet. Res vero minus pretiosas infeudandi potestas ipsi deneganda non est. Obrecht. *d. tract. lib. 2. cap. 1. n. 15.*

XII.

Tertio casu, cum quivis Clericus, qui propria bona habet, regulariter in feudare possit, *c. un. de cler. qui invest. fac. 2. F. 35.* Pontifici quoque id erit concedendum. Obrecht. *d. tract. n. 16.* Steph. *d. l. n. 7.* Et circà hæc bona quatenus jure possidet, ipsius potestas tolerari posset, ni extrà hosce limites ad majora manus suas exereret.

reret. Anton. *D. 2. th. 2. lit. A.* Hæc de Pontifice.

XIII.

Inferiores Pontifice sunt ordinis vel Superioris vel Inferioris, *c. si quæ causæ 11. qu. 1.* Hic Q. moveri potest; An Legatus de latere qui proximus solet esse Pontifici, cùm in Provinciâ sibi decretâ eandem potestatem cum Pontif. habere existimetur. *cap. 1. & ult. ext. de off. legat.* res Ecclesiarum tempore suæ legationis alteri in feudum cõcedere possit? Quod nos negamus, nisi ad hoc speciale mandatum à Pontif. acceperit, *arg. c. de Ecclesiasticis 25. q. 2. Anth. perpetua,* ibi; quibus hoc assignatur lege. *C. de SS. Eccles.* cùm aliàs per se non possit tollere jura subjectarum Ecclesiarum. Steph. *d. cap. 3. n. 7.* Anton. *D. 2. th 2. lit. A.* Schoner. *D. 2. thes. 47.* Vultej. *lib. 1. Feud cap. 3. n 10.*

Inferiores Pontifice sunt Ordinis vel Superioris, vel Inferioris.

XIV.

Superioris sunt, qui Provinciis vel Civitatibus præsunt: Provinciis vel pluribus vel uni *cap. 1. & 2. dist 99.* Schoner. *D. F. 2. th. 23. & seqq.*

Superioris ordinis quinam?

XV.

Pluribus provinciis qui præsunt vocantur Patriarchæ *d. c. 1. & 2 dist 99.* Iràdicti,

dicti, quasi Principes Patrum & Archi-Episcoporum. Obrecht. *d. l. num* 20. Reink. *de reg. sec. & Eccles. lib. 3. cl. 2. cap. 3. num.* 12. Ἀρχὴ enim Græcè Principatus est, & ἀρχὸς principem secund. *Isidor. lib. 7. Etymolog.* significat. Sunt autem tantum quatuor: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. *c. penult. & ult. dist.* 22. Vid. Laur. Ohm. *Tract. de jur. episc. th.* 13. *lit. E.* ac de eorum institutione consule Dn. Arum. *D. F. 3. th.* 4. Et hos feudare posse nulla dubitatio est, tum quia & hoc minores possunt. Steph. *d. l. num.* 9. tùm quia sub generali vocabulo, Archiepiscopi etiam veniat Patriarcha. Obrecht. *d. l. num.* 21. Anton. *D. 2. th. 3. lit. B.*

XVI.

Uni provinciæ qui præsunt vocantur Archiepiscopi, ità dicti, quod Episcopi majores & superiores existant. *c. cleros, dist.* 21. *Nov.* 123. *cap.* 10. *c. inter corporalia 2. vers.* & quavis iidem Archiepiscopi tanquam majores. *ext. de translat. episc. c. non liceat* 48. *in pr. 12. quæst.* 2. Ruding. *in Lex. jur. feud. in verb.* Archiepiscopus. Et hos feuda dare posse Textus

sunt

sunt expressi. 1.F.1. 1.F.3. 2.F.52. Obrecht. *d.l. n.* 22. Borch. *cap.* 5. *n.* 6. & 8. Schoner D.2. *thes.* 24. Dicuntur etiam aliquando Metropolitani. *caus.* 9. *quæst.* 3. *fer. per tot.* Schoner. *d.l.* Anton. D.2. *th.* 3. *lit.* C.

XVII.

Qui Civitatibus præsunt vocantur Episcopi *d.c. cleros. d.* 21. Ità dicti vel allusione quâdam ad *L.* 18. §. 7. *ff. de mun. & hon.* Anton. D.2. *th.* 3. *lit.* D. vel ab ὀπὶ & σκοπὸς, ut habetur in *c. qui Episcopatum* 8. *q.* 1. Latinis inspectores & speculatores dicti. Schoner. *d.l. thes.* 25. Reink. *d.l. n.* 7. Itidem Superintendentes. *d. c. qui Episcopatum.* Et hos feuda concedere posse habemus Text. 1.F.1. 1.*Feud.* 3. 2.F.20. Hodiè verò non uni civitati sed integris provinciis præsunt, de quo & aliis consule, *d.* Laur. Ohm. *d. tract. de jur. Episcop. num.* 13. *& per tot.*

XVIII.

Hoc tamen quod dictum de Episcopis, etiam habet locum de Commendatoribus Ecclesiarum vulgo Combters. Steph. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. Itemque in Regularibus.

XIX.

Inferioris gradus sunt reliquæ personæ Ecclesiasticæ, ut Abbas Abbatissa, qua- *Inferioris ordinis.*

quarum mentio fit. l. *Feud* 1. Præpositus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acoluti, Exorcistæ, Lectores, Psalmistæ, Ostiarii, Canonici, Decani. De quâ Hierarchiâ Ecclesiasticâ, vid. *c. cleros dist.* 21. *c. Presbyteri* 34. 11. *q.* 3. *c.* 6. 11. *dist* 93. *& passim. tot. tit. C. de Episc & Cler* Quibus omnibus infeudatio est permissa. *arg c. un. de cler. qui invest. fac* 2 F. 35 Schoner. D F. 2. *th.* 26. Anton. D. 2. *th.* 3. *lit. A* Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap.* 5. *q* 6. Notandum tamen, quod ordo & distinctio hæc inter personas Ecclesiasticas ex instituto humano magis profecta sit, quàm quod jure divino probari possit. *argum.* 1. *Petr.* 5. Joach. Steph. *lib.* 4. *cap* 2. *de jurisd.* Idque imitatione quadam Judaismi. Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap.* 5. *q.* 6.

XX.

Sic præsuppositâ Clericorum circâ constitutionem feudi potestate probè considerandum venit, an antiquum, an novum feudum conferre velint. Obrecht. *d. l. num.* 25.

XXI.

Clericis antiquum feudum

Antiquum feudum conferunt aut de bonis propriis, aut de bonis Ecclesiæ. Schoner. *d. l. th* 28. De rebus propriis est

Text.

Text. *c. un. in pr. fin. de cler. qui invest. fac.* 2. F. 35. Rittersh. *p. f. lib.* 1. *cap* 5. *q.* 14. Ruding. *lib.* 1. *cap.* 7. *n* 1. Et est ratio, quia in iis pro Laicis habentur *L.* 3 C *de Episc. & Cler.* quorum quilibet rerum suarum moderator est atque arbiter. *L. in re mandata* 21. C. *mand. L.* 2. *ff. si à parent. quæ manumiss. L.* 14. C. *de contrah empt. L.* 25. §. 11. *ff. de hered. pet.* In dubio tamen præsumitur datum de bonis Ecclesiæ. Schneidew. *n.* 24. Ruding. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1.

conferunt vel de bonis propriis, vel de bonis Ecclesiæ.

XXII.

De rebus verò seu bonis Ecclesiæ etiam possunt feuda dare, si antiquitus, h. e. ante Urbani II. Pontif. (qui Pontificatum iniit Anno à nato Christo 1110.) prohibitoriæ constitutionis promulgationem hoc jus ac potestatem habuerint. Quamvis enim Baldus, Alvarott. Raven. & Dd. *in pr. de his qui feud dar. poss.* 2. F. 1. ut & Duar. *cap.* 5. *de feud. num.* 4. Sonsbec. *p.* 8. *num.* 4. Schneidw. *part.* 3. *num.* 20 *& seqq.* textum illum saltem ad res referant: Si tamen textus juris feudalis penitius introspeximus, apparebit, restrictionem hanc principaliter ad personas dantes referri. De illis enim tan-

tanquam ſubjectâ materiâ agitur principaliter in *d. pr. ib.* Eorum & in *princ. t. Epiſcop. vel Abbat.* 1. *Feud.* 6. & in *princ. t. de inveſtit. vet. & nov. benef.* 2. *Feud.* 91. verba monſtrant & conſentiunt. Andr. de Iſer. *d. pr.* 1. *Feud.* 1. & Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 5. *num.* 14.

XXIII.

Multo magis verò id procedit, ſi res infeudari ſolitæ fuerint. *c. un. Ep. vet. Abbat.* 1. *Feud.* 6. *c.* 1. *de cler. qui inveſt. fac.* 2. *F.* 35. *cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ.* 1. *Feud.* 1. *c. un. de inveſt. vet. & nov. ben.* 2. *Feud.* 91. *c.* 2. *ext. de feud.* Anton. D. 2. *theſ.* 3. *lit.* G. Vultej. *d. cap.* 3. *num.* 10 *cap.* 5. *num.* 14. Schenck Baro *de his qui feud. dar. poſſ. num.* 1. Jul. Clarus §. *Feudum. quæſt.* 15. Mozz. *tit. de his qui feud. dar. poſſ. num.* 4. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 161. *n.* 4. Dn. Arum. *D. F.* 3. *theſ.* 6. Quò caſu Clericus reverſum ad ſe alteri tribuit. *c. un. de cler. qui inveſtit. fac.* 2. *Feud.* 35. & id facit quod ante ſe alii laudabiliter fecêre. Dn. Finckelthauß *D. F.* 5. *th.* 4. *in f.*

XXIV.

Hiſce conſequens eſt, quod Prælatus hoc jure carens, & infeudandi inſolitam rem non poſſit infeudare. Et ſi hoc fecerit,

cerit, vel per ipsum concedentem, vel alium, cujus interest id retractari queat. *L.* 14. §. 1. *C. de SS. Eccles. Schn. n.* 44. Idem dicendum, si res solita amisit qualitatem infeudandi.

XXV.

Quod autem dictum, Prælatum habere potestatem antiquum feudum renovandi ampliatur, ut. hoc procedat, etiamsi 1. juraverit, se absque Pontificis consensu nolle alteri Feudum dare, quod nihilominus non obstante juramento hoc facere possit. *c. ult. ext. de feud.* Obrecht: *num.* 26. *Sum. Paris. cap.* 9. Stephan. *num.* 15. 2. Quod etiam hoc facere possit non requisito Capituli consensu per *cap. ult. in verb.* liberè *ext. de feud.* Illud enim quod liberè possum, etiam alio invito & insscio expedire possum. *cap.* 2. *de arbitr. in* 6. *c. licet Episcopus de off. ordin. in* 6. Arun. D. 3. *thes.* 7. Rittershus. *cap.* 5. *quæst.* 9. Anton. D. F. 2. *thes.* 3. *lit. G.* Schneidw. *num.* 28. Rittershus. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Fac. *cap.* 1. §. *hæc omnia. si de invest. int. dom. & vasal. liu ornat.* 1. *Feud.* 26.

XXVI.

Duo tamen casus excipiuntur. 1. quando concessio simul ad Prælatum & Capitulum pertinet, tunc utriusq; requiritur consensus. Schrad. *de F.p. 4. c. 2. n. 17. Rosenth. c. 4. concl. 21. num. 2 Fachin. controv. jur 7. cap. 66.* 2. Quando Prælatura vacat, tum enim Capitulum hanc concedendi potestatem habet. *cap. 14. de major. & obed. c. 2. ne sede vacant.* Schneidewin. *part. 3. num. 49.* Anton. *D. 2. th. 3. lit. G.* Rittersh. *lib. 1. cap. 5. qu. 11.* Sunt tamen qui hoc in Ecclesiâ Cathedrali locum habere negent. Rittershus. *d. l. q. 11.* Vultej. *cap. 3. num. 11.* Anton. *d. l.* Steph. *n. 17.* Sonsb. *p. 6. num. 4.*

XXVII.

Hic non incommodè quæri potest, 1. quot actus, 2. quantum temporis spatium ad hoc requiratur, seu quot anni, ut Prælatus consuetudinem infeudandi habuisse, & res infeudari solita dici possit. Plerique requirunt binos actus, 40. annos, & insuper bonam fidem. Rittershus. *p. f. lib. 1. cap. 5. qu. 7.* Schneidvv. *num. 29. 30. & seqq.* Nos cum id jure definitum non reperiamus, utrumque illud judicis arbitrio ac discretioni committendum

tendum cenſemus cum... Fachin. 7. *controv.* 67. & 68. Vultej. *cap.* 5. *n.* 14.

XXVIII.

Prælatus verò antiquum feudum ad ſe reverſum vel retinet, vel aliis rurſus concedere poteſt. Anton. *D.* 2. *th* 3. *lit G.* Retinet dum feudum urgente neceſſitate vel inopiâ Menſæ Eccleſiæ incorporet. Fac. *c.* 2. *ext. de Feud. in verb.* ſi videris expedire; Quia quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. *L.* 11. §. 8. *ff de donat. int. vir. & uxor.* Schneidvv. *num.* 25. Rittersh. *lib* 1. *cap.* 5. *qu.* 12. Niſi autem... urgens adſit neceſſitas, melius fecerit ſi rem Eccleſiæ apertam, rurſus concedat alii. Rittersh. *d. l.*

XXIX.

Aliis quibus concedit, ſunt vel Extranei, vel Conſanguinei. De extraneis videtur res deciſa eſſe... Vultej. *num.* 11. Adeò ut nec in hâc alienatione certæ ſolennitates, de quibus in *Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. & tot. tit. de reb. Eccleſ. non al. & per tot. cauſſ.* 12. *qu.* 2. requirantur. *arg. c.* 2. *in verb.* liberè. *ext. de feud. arg. pr. per quos fiat inveſtit.* 2. *Feud.* 3. Schneidvv. *d. l. num.* 26. De Conſanguineis vero major ſolet oriri ſcrupulus.

Affirmativam tamen & hic amplectimur, moti tùm. *c. un. in f. de investit. vet. & nov. ben.* 2. *Feud.* 91. *c. relatum ext. de testam. c. dilecto* 25, *in pr. de præbend. c. non existimamus* 13. *qu.* 2. *c. non satis est* 11. *distin.* 86. *L.* 30. *inf. C. de fideicom.* tùm quia Christus consanguineos suos ad Apostolatum assumpsit, & Paulus domesticorum curam præ cęteris commendat, Rittershus. *lib.* 1. *cap.* 5. *qu.* 10. Vultej. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. Fachin. 7. *controv.* 31. Requiritur tamen ut consanguinei sint idonei ac honesti. Anton. *D.* 2. *th.* 3. *lit. G.* Forcat. *cap.* 4. *n.* 11. non onerosi Ecclesiæ. Schoner. *D.* 2. *thes.* 27. *Everh. in Top. loc. a feud. ad Emphyt n.* 20. Mynsing. 5. *Obs.* 47. *n.* 7. Schneidw. *n.* 42. ita ut nihil detrimenti ex tali concessione Ecclesia accipiat. *Sum. Paris. c.* 9. Rittershus. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. Curt. *p.* 7. *qu.* 7. Cavendum etiam hic erit diligenter ne incidat in suspicionem Simoniæ. Rittersh. *d. q.* 10.

XXX.

An autem Prælatus in reinfeudatione possit mutare antiquas feudi consuetudines vel novas qualitates adjicere, quæstionis est? Nos secundum meritum recipientis, & aliam justam legitimamque

que cauſam pro parte affirmativa ſtamus moti. *c. un. quemadm. feud. ad fil. pert.* 1. F. 24. *c. relatum* 12. *verſ.* juxtà ſervitii meritum. *ext. de teſtament.* Schoner. *D.* 2. *th.* 19. Schneidvv. *num.* 38. *Curt. jun. p.* 2. *in pr. q.* 6. *num.* 5. Et tantum quo ad antiqui feudi conſtitutionem.

XXXI.

Circa novi feudi conſtitutionem quid conſiderandum.

Circa novi feudi conſtitutionem conſiderandum, an res & poſſeſſiones Eccleſiæ ſint de illis, quæ Tituli vocantur, an aliæ res Eccleſiæ, an denique res propriæ. Steph. *d. l. n.* 18. Primo caſu Eccleſiaſticæ Perſonę hoc jus amplius non habent ex prohibitione Pontif. Urbani. *Lib.* 1. F. *tit.* 6. Hattyſ. *cap.* 5. *lit.* F. Vultej. *cap.* 5. *num.* 14. Roſenth. *cap.* 4. *concl.* 15. *n.* 2. Ratio poteſt deſumi ex *C. Deo ſemel dedicatum de R. J. in* 6. *l.* 6. §. 3. *ff. de* R. D. ita ut iſtiusmodi tituli jam proprio jure ad Eccleſias pertinent. Cujac. *lib.* 1. *Feud.* Altero caſu etiam poteſtas clericis denegatur. *de his qui feud. poſſ.* 1. *Feud. in pr. & Epiſcop. vel Abbat.* 1. *Feud.* 6. *in pr.* Eſt enim talis nova infeudatio nihil aliud quàm alienatio, *in pr. verſ. qui enim quemlibet, per quos fiat inveſt.* 2. *Feud.* 3. *& ibid. Gothof.* quod prohibitum infenioribus;

& in Pontifice singulare est. *L. 15. cum LL. seqq. ff. de LL.* Tertius casus dubitatione caret. *tit. de cler. qui invest. fac. 2. F. 35.* cùm in his jure communi utantur. Obrecht. *d.l. num.* 34. Schrad. *p. 4. cap. 2. num. 1. & 2.*

XXXII.

Hic oritur Q. An consuetudine feudi dandi facultas acquiri possit, ut Clericus, qui ante Urbani constitutionem, potestatem dandi non habuerit, postea dare possit, quod affirm. *arg. c. un: in verb.* dum tamen dissipator videri non possit. *de invest. vet. & nov. ben. 2. F. 91.* Vultej. *lib. 1. cap. 3. num. 11.* Et hæc de personis Ecclesiasticis feudum constituentibus.

XXXIII.

Seculares vel sunt in dignitate constituti, vel sine dignitate.

Sequuntur Seculares, aliis etiam laici dicti Rittersh. *cap 7. n. 1.* Qui vel sunt in dignitate constituti, vel sine dignitate: Vel ut loquitur Dn. Arum. *D. Feud. 3. thes. 9.* qui feuda dant, vel ratione superioritatis; vel nullius. Hi autem sive in dignitate sint, sive sine dignitate, in dandis feudis multo sunt liberiores, quàm Ecclesiastici, quippe quod illi rerum, quas habent, sint Domini revera, hi Admini-

miniſtratores magis rerum, quarum Eccleſia eſt domina. *cap. 2. extr. de donat.* Vultej. *lib. 1. cap. 3. num. 13.* Anton. *D. 2. th. 4. lit. A.*

XXXIV.

In dignitate conſtituti cõſiderantur dupliciter.

In dignitate qui ſunt conſtituti conſiderantur vel ratione dignitatis independentis, vel dependentis. Priori caſu conſiderandus venit Imperator & cæteri Reges ſuperiorem non recognoſcentes. Imperatoris enim dignitas ſumma eſt & à ſuperiore nullo dependet niſi à ſolo Deo. *L. 1. C. de ll. 7. E. in pr. Novell. 28. cap. 4. in f. Nov. 73. in pr. tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. Feud. 52.* R. A. zu Speyer *de Anno 1570. c. ſi Imp. c. ad verum diſt. 96.* Richard. Dieter. *de ſum. imp. pot. concl. 11.* Cluten. *in ſyll. rer. quot. th. 4. lit. E.* Hinc phraſi divinâ favente gratiâ, **Von Gottes Gnaden** Impp. rectè ac propriè utuntur, quâ innuunt, ſuam poteſtatem non niſi à Deo eſſe. Cluten. *d. l.* Dieter. *d. l. concl. 11. & ſeqq.* Dan. Otto *de jur. publ. cap. 5. in pr. & cap. 9. in fin.* Hic primum locum obtinet. *tit. de feud. march. 1. F. 14.* cum omnibus major ſit, dum ſolo Deo minor eſt *Tertull. in lib. ad Scap.* Hic dicitur Dux. Sæpius Cæſar, aliquando Prin-

ceps §. 6. I. *de J. N. G. & C. L. 31. ff. de LL. tit. quis dic. Dux & c.* 10. & passim. Rex. *tit. de leg. corrad.* 2. F. 34. Imperator. §. *servi J. de priv. person l.* 4. *ff. de stat. hom. l.* 239. *de V. S. l.* 16. *de in diem addict.* & passim. Hic est mundi Dominus: *L.* 8. *ff. de L. Rhod. de jact. L.* 3. *C. de quadr. præscript.* Hic est origo omnium dignitatum, à quo & ad quē omnes dignitatum riruli tanquam è mare & in mare fluant ac refluant *Zabel. D.* 3. *th.* 6. *lit. A.* Hic est judex omnium supremus & fons legum. Lehnr. *c.* 7. *vers.* wird ein Vrthel. Hic denique principium & scaturigo omnium feudorum est. *c.* 1. *de nat. feud* 1. F. 70. *in princ. de feud. March.* 1. F 14. *c.* 1. *in pr. quis dic. Dux. March.* 2. F. 10. De cujus dignitate ac potestate cùm integri hinc inde reperiantur tractatus, prolixiores haud esse volumus, saltem addendo, quod de ejus potestate, circa in feudandum dubitare, sit instar sacrilegii. *arg. L.* 3. *C. de crim. sacril. Schneidew. num.* 53. *Hackelm. in not. lit. D. Rittersh. Schneid. q.* 15. *Anton. D.* 2. *th.* 4. *lit. B.*

XXXV.

Imperator feudum

Concedit autem Imperator vel de bonis

bonis patrimonialibus ſeu propriis; vel de bonis fiſcalibus, vel de bonis ſubditorum. De bonis patrimonialibus tantò minus dubium eſt, quanto magis certum eſt id quemlibet poſſe privatum, Et cùm præcedente theſi dictum, quod ſit mundi Dominus, meritò Imp. ut quilibet alius rerum ſuarũ moderator eſſe debet atq; arbiter. *L.* 21. *C. mand.* Præſertim cùm inter homines majoris & minoris dignitatis, præterquam in caſibus jure expreſſis, non ſit inducenda juris diverſitas. *Schrader. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *Ruding. lib* 1. *c.* 7. *num.* 4. Idque *arg. L.* 3. *in f. ff. de off. prat. L.* 5. *C. de diverſ. reſcript. tit. de nat. feud.* 5. F. 7. *tit. de feud. March.* 1. F. 14.

concedit vel de bonis patrimonialibus vel de bonis fiſcalibus, vel de bonis ſubditorum.

XXXVI.

De Imperii bonis, quæ aliquando bona Fiſcalia nominantur majus eſt dubium: nihilominus tamen & hic pro affirmativâ ſtamus, quatenus ſcil: hoc facit pro amplianda Imperii majeſtate; *L.* 8. *ff. ad l. Rhod. de jact. c.* 1. *quis dic. Dux March.* 2. F. 10.

2. F. 10. *cap. 1. in pr. de feud. march.* 1. F. 14. *arg. L.* 3. §. 4. *vers. sed & si. ff. quod vi aut clam.* Schrad. *p.* 4. *cap.* 1. *num.* 7. & 22. Anton. *D.* 2. *th.* 4. *lit. B.* Ruding. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. Et ratio redditur elegans, quiâ melius est imperium hominum adjectione, quam pecuniarum copiâ ampliari. *L* 7. §. 3. *vers. favorabilem ff. de bon. dam. argum. l.* 1. *ff solut. matr.* Quibus è contrario consequens est, quod Imp. res, cujus infeudatio regno magnum afferat præjudicium, nisi urgens necessitas, & maxima imperii utilitas suadeat & exigat, haud infeudare possit. *c. intellecto ext. de jurejurand.* Hottom. *qq illust.* 1. *l.* 7. *per tot.* Schoner. *D.* 2. *thes.* 37. Dn. Arum. *D.* F. 3. *th.* 10.

XXXVII.

Occasione hac commodè quæri potest, quid de donatione Constantini M. de quâ multum gloriantur Pontificii, & ad probationem. *c. Constantinus distin.* 96. adducunt, sit sentiendum? Nos 1. eam fabulosam ac nunquam factam esse asserimus, tùm propter multas absurditates, quæ in *d. c. Constantinus* reperiuntur, tùm quia dictæ donationis vestigium nec in jure, nec apud fide dignos Historicos

ricos reperitur, tùm denique propter Sexcentas aliàs rationes, quæ apud Authores, qui de hâc re ſcripsêre hinc inde extant. Vid. de hâc re. Æn. Sylv. *in Dial. de donat.* Conſt. M. Author. Brut. Fulm. *pag.* 120. *& ſeqq.* Hottom. *D. F. cap.* 8. Bocer. *tract. de inveſt. feud. cap.* 3. *n.* 69. Marq. Freher. *in lib. ſing.* Melanch. *in Chron. in vit.* Conſt. M. Fr. Guicciard. *de bell. Ital. lib.* 4. *ſect.* 12. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *c.* 19. Andr. Alciat. *lib.* 7. *Parerg. cap.* 19. Schneidevv. *ad rubr. Inſt.* Bronch. *cent.* 6. *Aſſ.* 80. Camer. *in hor. ſucciſ. cent.* 1. *cap.* 61. Dn. Ungepaur. *Ex. inſt.* 1. *qu.* 3. Schönborn. 2. *Polit. cap.* 17. Dn. Ludevvel. *Ex. Inſt. D.* 1. *th.* 1. *lit. D.* Anton. Coler. *de jur. Imp. Rom. ſect.* 4. Laur. Ohm. *tract. de jur. Epiſcop. th.* 7. *lit. A.* Cluten. *in ſyll. rer. quot. theſ.* 7. Author. *de jur. princip. concluſ.* 18. Otto *de jur. publ. cap.* 4. Beſold. 1. *Polit. cap.* 2. *num.* 20. Reink. *de regim. ſecul. & Eccleſ. lib.* 1. *& 2. cap.* 7. *n.* 44. *& ſeqq.* Rittersh. *ad Novell. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 112. *part.* 5. *cap.* 11. *num.* 6. Melch. **Goldaſt in Reichshandlungen.**

XXXVIII.

Secundò: Etiamſi facta eſſet talis donatio, eam tamen non valere ſtatuimus, quia perſona dans haud ad dandum, perſona

sona verò accipiens haud ad accipiendum qualificatæ fuêre. *Reink. d l num. 73. & seqq. Hottom. ill. qq. 1. Schönborn. d. l. Dn. Ulungepaur. d. l. Schoner. D. 2. F. th. 38.* Et in summâ tàm ratione donantis, quàm donatarii, quàm etiam rei donatæ invalida fuisset talis donatio. *Dn. Sigism.* Finckelthauß *D. F. 5. th. 3 lit. B.*

XXXIX.

Tertiò: Etiamsi jure fieri potuisset, ob summam tamen Pontiff. ingratitudinem licitè posse revocari dicimus: *arg. L. fin & ibi Dd C. de revocand. donat. Reinking. d. l. num. 111. & seqq. Dan. Otto. d. c. 4.* Quæ ingratitudo non nisi hospiti ac peregrina in historicis ignota esse potest. Sed de hâc fabulosâ donatione nimis miserè sudatum.

XL.

Hinc simpliciter negandum, Imperatorem nostrum Imperium suum tanquam feudum à Papâ recognoscere. Quia I. Imp. consequitur imperium non à Pontifice, sed suffragiis Electorum. *A. B. tit. 7. ibi.* Rechte Wehler des H. Reichs / quod ipsi Pontificii testan-

ſtantur in *c. venerabilem X. de elect. cap.* 2. *in f. X. de ſent. & re jud.* II. Quiâ ſi eſſet feudum Eccleſiaſticum, etiam in rebus Eccleſiaſticis conſtitutum eſſet. Ut enim Eccleſiaſticum feudum dicatur, non perſona ſed res faciunt, *arg.* 1. F. 6. 2 F. 35. 2. F. 40 ſed Imperium noſtrum eſt res ſecularis; *c. 6. verſ.* ſed & Pontif. *diſt.* 96. III. Quiâ de jure feudali Papâ ſubjicitur LL. Imperatoris. 1. F. 19. IV. Quiâ ut ſuprà *th.* 34 dictum hoc Imperium à ſolo Deo eſt. *Nov. Leon.* 109. V. Quiâ hâc ratione Pontif. jus in alium conferret quod tamen ipſe non haberet quod eſſet contrà *c.* 29. *de R. J. in* 6. *Paul. Berens D. P. 2. th.* 1. *Dn.* Finckelthauß *D.* 5. *th.* 2.

XLI.

Imperator verò Electus ſive ante, ſive poſt coronationem infeudet, idem æſtimamus: Unctio enim & Diadema nihil Imperiali poteſtati præſtant, ut contrà Pontif. in *c. venerabilem X. de elect.* rectiſſimè ſentit *Cuſan. Card. de Concord. Cathol. lib.* 3 *n.* 3. referent: *Zabell D.* 3 *th.* 6. *lit. A.* Ex ſolâ namque Septemvirorum Elec-

Electione fit Imperator. Wesembec. *in addit. ad proœm. instit.* Schneidvv. *in verb. Imperator.* Notandum autem, quod olim non à Pontifice, sed urbi Præfecto, Pontifice peragente ceremonias Imperatori Corona fuerit imposita. Br. *in L. 1. in pr. n. 3. si quis testam. lib. es.* quemadmodum cæteraque Sacra. Dn. Ludvvell. *Ex. instit. 4. th. 2. lit. F.* Inde factum ut Consecratio & Unctio electi Imperatoris primario Sacerdoti, & posteà per consequens Pontifici quoque competeret. Inde successores hunc morem religiosè observarunt, (prout erant Religiosi) non quod quidquam jurisdictionis exinde Papæ concedere vellent, sed quod Ecclesiæ precibus & benedictione ea dona sibi interius conferri & augeri cuperent, quæ exterior atque visibilis unctio præfiguraret, ut loquitur Alberic de Rosat. *in L. 3. num. 19. & de quadr. præscript.* Posteà cum hæc religiosa piorum Principum intentio, ambitiosissimorum Pontificum fieri vellet summa jurisdictio Ludovicus Bavarus hâc de re de Anno Ch. 1328. Constitutionem promulgavit, quæ extat apud *Goldast.* Et jam DEI gratiâ seculum præteriit, quo Successores

Carol.

Carol. V. invictissimi Impp. hoc omiserint.

XLII.

In tantum autem Imperatoris potestatem circâ infeudandum extendimus, ut etiam feudum imperio apertum non requisito Electorum consensu reinfeudare possit, per expres. text. in *A. B. Carol. IV. cap. 7. Lindem. D. 1. th. 65. & 66.*

XLIII.

Mortuo verò Imperatore, Notio & arbitrium de rebus & feudis imperii non ad Pontif. devolvitur. (contrà *Can. & com. Dd.*) Expressè enim in A. B. cautum, quod Electores Palatinus & Saxo vacante imperio omnes Imperatoris vices sustineant, exceptis negotiis feuda regalia concernentibus, quæ futuro Imperatori reservanda. *Rubr.* Von Rechten des Pfaltzgraffen vnd Hertzogen zu Sachsen / *Richard. Dieter. concl. 21. Zabel. D. F. 3. th. 6. lit. A.*

XLIV.

An vero Imperatori subsit Rex Galliæ, Hispaniæ, cùm res sit altioris indaginis, litem non facimus nostram. Vid. qui de hâc re pro affirm. & negativ. scripsêre,

psêre, imprimis *c. volumus. 11. q. 1. Forcat. de Feud. Rittersh. lib. 1. cap. 5. Anton. Cont. Tract. Joan. Ignei sub Titulo*: An Rex Franciæ recognoscat superiorem. *Fr. Zoannetum. Tract. de Imp. Rom. Zabel. D. F. 3. th. 6. lit. A.*

XLV.

Jàm de bonis subditorum agendum, ubi nobilis illa Quæstio suboritur: An Imperator ex plenitudine potestatis alicui invito sine culpâ bona sua possit auferre, & alteri in feudum dare? Rixantur hic mirè Dd. *Angelus in L. 15. ff. de R. V.* Eum qui Imperatorem ex plenitudine potestatis id posse negaverit, per gulam mentiri affirmat: Angelum verò ibidem non ut angelum, sed ut hominem mendacem loqui respondit *Cravet. Consil. 241.* referent. Joan. Zabel. *d. D. F. thes. 6. lit. A.* Nos potestatem in tantum restringimus, ut ne publicæ quidem necessitatis casu, nisi refuso pretio, hoc eum posse credamus. per Text. *1. Reg. 21. 2. Reg. 9. Ezech. 46. vers. 18. L. 11. ff. de R. J. L. 7. C. de prec. imp. offer. L. 3. C. de rescind. vendit. L. 13. §. 1. ff. comm. præd. L. 15. §. 2. ff. de R. V. L. 3. C. de emant. lib. L. 2. inf.*

&

& L. 5. ff. de nat. restit. L. 5. ff. de decret. ab ordin. fac. c. non est putanda. 1. quæst. 1. c. un. in pr. de nat. feud. 1. Feud. 7. Bodin. lib. 1. de republ. cap. 8. Niell. D. Feud. 2. thes. 3. lit. D. Gail. lib. 2. Observ. 56. num. 8. Mynsing. cent. 5. Observ. 97. Borcholt. cap. 7. num. 54. Anton. D. 2. thes. 5. lit. A. Schoner. D. 2. thes. 35. Dn. Arum. D. 3. th. 11. Non enim debet absoluta principis potestas ad jura privatorum violanda extendi. *Zas. lib. 2. Consil. 10. num 10. Ruding. lib. 1. cap. 7. n. 6.*

XLVI.

Sequuntur Reges à regendo dicti. *c. cleros, dist. 21. Rittershus. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Ubi considerandus venit ille, qui dicitur Rex Rom. & passim à juris feudalis scriptoribus Cæsar appellatur qui Imperatorem sequitur *Rittershus. lib. 1. cap. 5. quæst. 15.* & omnia illa potest quæ Imperator, *Rittershus. qu. 16.* quia jam est designatus Imperator & imperium ad nutum Imperatoris administrat. Hatty. *cap. 5. lit. G. Rittershus. cap. 7. num. 1.* Sic Ferdinandus vivente Carol. V. Sic Maximilianus vivente Ferdinando erat Cæsar. Deinde reliqui Reges superiorem non recognoscentes, quo omnia

illa possunt in suis regnis, quæ Imperator in imperio. *Sum. Paris. cap. 7.* Schneidvvin. *num. 65.* Schoner. *D. 2. th. 36.* Idque *arg. L. 4. ff. de recept. arbitr.* Et hos plus juris in suis regnis habere, quàm Imp. in imperio, quidam volunt, cum illi succedant, hic verò eligatur. per *cap. venerabilem ext. de elect. Schoner. d. l. Obrecht. lib. 2. cap. 1. num. 41. Hattyf. cap. 5. lit. H. Schn. num 66. Ruding. cap. 7. num. 5. Dn. Arum. D. F. 3. th. 14.*

XLVII.

Ratione dignitatis dependentis qui considerantur, diversis quoque ordinibus continentur, præsertim si jus feudale commune intuemur: Vocantur enim quidam Duces Marchiones, Comites, Regis vel regni valvasores, Capitanei Valvasores majores, minores & minimi, item valvasini, ac deniq; plebeji &c. Quorum nomina & officia neque ex jure Romano, nec alio, nisi illius gentis, quæ feuda introduxit, Longobardorum videlicet, & antiquorum Saxonum intelligere licet.

XLVIII.

Sciendum itaque est, in Regno Longobardico Statuum tres potissimum

fuisse

fuisse ordines: Primus Capitaneorum, Secundus Valvasorum, Tertius Plebis. *Otto Frisingens. Lib. 2. de reb. gest. Frider. II. cap. 12. Radevicus lib. 1. cap. 41. in pr. de his qui feud. dar. poss. 1. Feud. 1. Carol. Sigon. lib. 7. de regn. Ital. p. 175.*

XLIX.

Capitaneorum, qui propriè & Regis vel Regni Capitanei vocantur *in pr. de his qui feud. dar. poss. 1 F. 1* Sumina post Regem erat dignitas, quibus mandabantur Regii Exercitus & Legiones, quoties bellum gerendum esset, unde à capite dictos autumat *Sthenck Baro ad cap. 1. quis dic. dux March. 2. Feud. 10.* Hi feuda sua immediatè ab ipso rege obtinebant, unde & feuda regalia ac dignitatis dicuntur. *in pr. de feud. March. 1. F. 14. in pr. de L. Conrad. 2 Feud. 34. ibi:* à Rege se ducit investitum. Inter hos Capitaneos tres iterum erant gradus: 1. Ducum, 2. Marchionum, 3. Comitum; De quorum denominatione & differentiis pluribus agitur ad *d. cap. un. 2 F. 10.*

L.

Valvasores in triplici olim erant differentia.

Valvasores iterum in triplici erant differentiâ: Nam quidam dicuntur Majores

jores Valvasores, quidam Minores, & Valvasores absolutè, quidam Valvassini.

LI.

Majores. Majores dicuntur qui neque Duces, neque Marchiones, neque Comites, sed summi ex nobilitate viri erant, ab illis de amplis dominiis, oppidis, castris, arcibus cum jurisdictione & imperio investiti, & populo cuidam regendo præpositi, unde & Capitanei, quamvis respectu superiorum impropriè. Et si à Rege ipso, Regis vel Regni valvasores & Vassi dominici dicebantur. §. *notandum* 5. *de his qui feud. dar. poss.* 1. F. 1. *c.* 1. v. qui verò à principe *tit. quis dic. Dux March.* 2. *Feud.* 10. *cap.* 1. *vers.* hoc dicimus *tit. an maritus succed. uxor.* 1. *Feud.* 15. *cap.* 1. *de nat. feud.* 1. *Feud.* 7. *cap.* 1. *quib. mod. feud. amit.* 1. *Feud.* 17. *Hottom. in Lex. feud. verb.* Valvasores. Tales tunc temporis Baronnes erant. *Bald. ad d. c.* 1. *de his qui feud. dar. poss.* Quamvis hodiè Comitibus æquiparentur; ita tamen ut ordinis ratione illis non præcedant, sed inferiores sint. *Zas. p.* 5. *de feud. num.* 29. *Schrad. p.* 10. *de feud. sect.* 1. *n.* 23. & 28. *Tob. Paurmeist. lib.* 2. *de jurisdict. cap.* 2. *n.* 25.

LII

LII.

Minores, seu absolutè sic dicti Valvasores erant qui feuda à majoribus Valvasoribus, vel Ducibus, Marchionibus & Comitibus, vel etiam ab ipso Principe recognoscebant; sine tamen annexo imperio & dignitate eminentiori: Veluti si quis de prædio uno vel altero investiatur. *d.* §. *notandum* 5. *de his qui feud. dar. poss. d. cap.* 1. *vers.* hoc dicimus. 1. F. 15. *cap.* 1. *vers.* qui verò à Capitaneis, *tit. quæ dic. Dux March.* 2. F. 10. *cap.* 1. *de feud. dat. minim. valvasor.* 1. *Feud.* 16. *Minores.*

LIII.

Valvasini denique tertium & infimum Nobilium gradum constituebant, qui propriè valvasores minimi *cap.* 1. *vers.* si verò facta fuerit. *de nat. feud.* 1. *Feud.* 7. *d. cap.* 1. *in f.* 1. *Feud.* 15. *& seq.* Interdum & Minores ad proximè scil. superiores relati, dicuntur, ut in *d. cap.* 1. *vers.* qui autem à valvasoribus. 2. *Feud.* 10. *d.* §. *ult.* 1. *Feud.* 1. *in princ. tit. de feud. March.* 1. F. 14. *cum seqq.* Hi feuda tenebant à Valvasoribus absolutè & in specie sic dictis, & militum quidem seu Nobilium jure gaudebant, feudi tamen rectum usum moribus Longobardorum non habebant, *Valvasini.*

bebant, *d. verſ.* qui autem à Valvaſoribus. 2. *Feud.* 10. quod poſteà primum Mediolani, deindè generali conſuetudine immutatum eſt, *d. verſ.* 2. *Feud.* 10. ubi *Alvarott. & Dd. §. ult. de his qui feud. dar. poſſ.* 1. *Feud.* 1. *Vultej* 1. *Feud. c.* 4. *num.* 14. §. *minores valvaſores. in fin.*

LIV.

Tertius ordo perſonarum Plebejos continebat, qui à Valvaſoribus majoribus vel minoribus interdum feuda tenebant, adeoquè vaſalli quidem, juſti tamen Milites & Nobiles ut præcedentes omnes non erant, cum longam annorum ſeriem numerare non poſſent, nec feuda à majoribus obtinuiſſent, *verſ.* cæteri verò 2. *Feud.* 10. *Otto Friſing. lib.* 2. *de reb. geſt. Frid. II. cap.* 18.

LV.

Eandem quoque Statuum diſtinctionem antiquorum Saxonum fuiſſe, monſtrant jura olim apud ipſos uſitata, quorum Rapſodiæ adhuc in Speculo Saxonico, Jure feudali & ſtatutario Magdeburgenſi extant. Nam & dignitatum nomina, Ducum videlicet, Marchionum & Comitum reliqua ſunt,

ſunt, & gradus Nobilitatis ac dignitatum quos militari vocabulo Heerſchildt appellant, eandem planè diſtinctionē referunt. Quemadmodum enim ex ſupradictis ſex gradus dignitatis ſeu ſtatus emergunt, quorum primum tenet Rex, ſecundum Regis vel Regni, Capitanei, tertium Valvaſores majores, quartum Valvaſores minores, quintum Valvaſini, & ſextum Plebeij: Ita totidem jure Saxonico reperiuntur ordines, niſi quod Eccleſiaſtici unum addidêre, & de ultimo adhuc dubitetur. Lehenr. *cap.* 2. *ibi.* Daß der Heerſchildt des Adels an dem Könige anhebet/ vnd ſich an dem ſiebenden Schildt wider endet: Et additur in *ſpeculo Saxonico lib.* 1. *art.* 3. Clypeus ſeu cingulus militaris in ſeptimo terminatur. Et primum habebit Rex Romanorum: Secundum Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ, qui & Superillustres dicuntur (die Gefürſtet ſind) Tertium Laici Principes, ex quo facti ſunt Epiſcoporum, ſubditi & Vaſalli, qui illuſtres nuncupantur. Quartum Nobiles & liberi Domini. Quintum prædictorum Nobilium Vaſalli & etiã banniti. Ipſorumque ulterius Vaſalli

tenent sextum. Sicut autem in septimâ seculi ætate quod ad finem, est Ecclesia incerta, sic nec scitur, an cingulus militaris in septimo existat.

LVI.

Obscuriora hæc quodammodo sunt, quæ ex *Glossâ* lucem capiunt. Ita autem subjicit Glossator *ibid. num. 6. in med.* von der gebornen Ritterlichen Erbarkeit ist der öberst vnd höhest der König zu Rom. Die andern sind die Bischöffe / geistliche Fürsten vnd Churfürsten / vnd der von Braunschweig darumb / daß er keines Bischoffs Mann ist / diese heissen in Legibus Superillustres, Ober Fürsten; Die dritten heissen Fürsten / die dieser vorgenanten Fürsten Mann sind / diese heissen Illustres, vnd sind schlechte Fürsten / den vierdten Standt haben die Freyherrn / Die heissen Edele / (sed *Gloss. Lehenr. cap. 1. n. 3.* Comites hoc quarto, & sequente ordine Barones ponit) Den Fünfften haben die so der Freyherrn Manne seyn / die heissen Achtbare oder Erbare Leute (hinc procul dubio Nobiles in Saxoniâ inferiori ut & Anhaldinatu à Principibus & Dominis suis vocantur Erbare)

re.) Den Sechſten haben dee Freyherrn Manne / die heiſſen Einſchildige Leute / dorumb daß ſie Einſchildig ſind an dem Heerſchilde / das iſt an dem Ritterlichen Adel / daß aber der Text ſaget / daß an dem Siebenden zweiffel ſey / dabey merckt doch daß da kein ſonderlicher zweiffel an ſey / dieweil die Leienen Fürſten den einen haben abgelegt / als ſie der Biſchoffe Mañ worden ſind.

LVII.

Clypeus autem iſte militaris der Herrſchildt nihil aliud denotat, quàm ordinem militiæ, ſeu feudorum gradus, *Gloſſ. d. art.* 3 *lib.* 1. Landtr. *num.* 5. *ad verſ.* Vnd als die Chriſtenheit. *Zabell. in addit. ad d. gloſſ. num* 6. *circ. fin. Reinhard. part.* 6. *differ* 5. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 96. per metonymiam ſigni pro ſignato. Nam præcipuum armorum Equeſtris præſertim militiæ Germanis clypeus erat, quo cujusque inſignia, forti manu quæſita inſculpta ſtatum & dignitatem gerentis demonſtrabant. Unde ſcutum

scutum in prælio reliquisse, Tacito teste, insigne flagitium habebant, ità ut multi ex bello superstites infamiam laqueo finierint. Hinc fortè est, quod Eusebius & D. Clemens tradùt, plurimos Germanorum laqueo gulam frangere. *Abrah. Ortel. in Aurei seculi imagin.* Et quiâ Principes Imperatorem Romam euntem convocare vasallos suos, eumque his comitari ipsum, & apud Roncalias castris positis, comparere, ac primam nocte excubias agere tenebantur, & quivis Dominus Vasallos suos, ad erectum stipite prælto, clypeum voce præconis convocare solebat, uti constat ex *Carol. Sigonio lib. 7. de Regno Italiæ pag. m. 177. & Guntheri Ligurino lib. 2. vers. 36. & seqq.* facile hinc quo quisque eminentior erat, & alterum dignitate superabat, colligi poterat. Unde proculdubio natæ sunt istæ antiquis Saxonibus usitatæ formulæ: Es wird der Herrschildt erhöhet / Item Ein Mann niedriget seinen Heerschildt. Item: Am Heerschildt einander gleich seyn. Et similes.

LIX.

Hodiernis autem moribus, etsi non pauca-

pauca ex his in Imperio noſtro ſint reliqua: Alius tamen planè modus & ordo uſurpari ſolet. Nam ſtatus omnes Imperio vel immediatè, vel mediatè ſubjecti ſunt. Quæ diſtinctio expreſsè probatur per text. *Receſſ. deput. de Anno* 1564. §. Vnd wollen wir. *Reinkinck. lib.* 1. *cl.* 4 *c.* 2. *n.* 18. Nec diſſentit Jus Saxonicum, quod illum dicit Principem Imperii, qui feudum regale immediatè tenet ab Imperio: alium autem, qui mediatè habet talem non agnoſcit. Lehenr. *cap.* 72. *verſ.* Ein Fürſt heiſſet. In tantum autem invaluit hæc diſtinctio, ut qui immediati ſunt, plerumque ſtatus abſolutè & κατ' ἐξοχὴν dicantur.

LIX.

Status hi quinam ſint, itemque ſubjecti tàm mediatè, quàm immediatè, videri poſſunt juris publici Scriptores, itemque Matricula Imperii ſeu Catalogus ſtatuum, quem habet *Paurmeiſt. lib* 2 *de jurisdict. c.* 1. *n.* 17. *Matth. Wehner. pract. obſ. verb.* Ständt/*Reinkinck. Goldaſt. Schönborn. Beſold.* Et hos omnes ſive ſint Electores, Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgraffii, Burggraffii, Comites, Barones, Civitates Impe-

Imperiales, liberi Nobiles, vel denique alii in dignitate constituti licet sint mediatè subjecti, feuda posse dare statuimus uti apparet ex præcedentibus & textibus suprà adductis.

LX.

Non in dignitate constituti, sive Plebei etiam feuda concedere possunt.

Restat alterum, quod in secularibus personis suprà positum erat distinctionis membrum, nempe illi, qui sine dignitate sunt constituti, Plebeii nimirum. Ubi dicimus, Plebeios, dummodò tamen liberam suorum bonorum habeant administrationem, non tantùm subinfeudare, sed etiam feuda de novo concedere posse, *c. 1. ad fin. de nat. feud. 1. F. 7. c. un per quos fiat, invest. 2. F. 3. c. un. quid. dic. Dux March. 2. F. 10. Wesemb. de F. cap. 4. num. 4. Schrad. p. 4. cap 1. num. 57. Schneid. p. 3. num. 69. Vultej. lib. 1. cap. 3. num. 14. Rittersh. p. f. lib. 1. cap. 5. quæst 21. Dn. Arum. D. 3. th. 16. Gail. 2 observ. 158. num. 1.* Idque *arg. l. 7. C. de jud. & l. 21. C. mandati.*

LXI.

Adeò ut ab hâc infeudandi potestate, ne Rusticum quidem excludamus, per generalitatem text. *per quos fiat invest. 2. F. 3. Ruding. lib 1. cap. 7 num. 7. Ritterh. lib. 1. cap. 7. num. 2 Dn.* Finckelthauß. *D. 5. th. 13.* Ubi tamen cujusque loci con-

conſuetudo inſpicienda eſt, quia tolerabilia ſunt, quæ vetus conſuetudo approbat. *l.13.ff.de pollicit. Steph.lib.2. cap.1. n.6. Hatty ſ.c.5.lit C. Anton D.2.th.2. lit.C. Dn.Arum.D.F.3.th.17.*

LXII.

Fœminæ ſunt vel Eccleſiaſticæ, vel ſeculares.

Hactenus de Maſculis ſequuntur jam ratione ſexus Fœminæ, quæ vel Eccleſiaſticæ ſunt vel ſeculares. Quid juris ſit in Eccleſiaſticis conſtat ex iis, quæ ſuprà de Abbatiſſis dicta ſunt. Jam de ſecularibus, quarum aliæ in dignitate conſtitutæ, cujus magnum fuit exemplum Eliſabetha Regina Anglia quæ multos habuit vaſallos. *Obr.lib. 2. cap.1. num. 91.* & aliæ fœminæ nobiles; Aliæ verò ſine, dignitate, pro conditione, nempè maritorum aut parentum, cujus ſorum ac ſtatum ſequuntur.

LXIII.

Licet autem non ignoremus, quod olim ſemper fuerint in Mundilibrio. *Rittersh.lib.1.c.7. n.3.* Et perpetuâ tutelâ. *Anton.D.2.th.2.lit.B.* quod idem de jure vetuſtiſſimo Rom. M. Port. Cato ap. *Liv. lib. 4.* teſtatur, adeoque nihil etiam in privatis ſine parentum vel virorum autoritate tractare potuerint. *Alex. ab Alexand.lib.4.gen.dier. cap.8.* Poſteà tamen

à ſtri-

à stricto jure Longobardorum recessum, & consvetudine feudali mitiorem sententia recepta filio *tit. de invest. vet. & nov. benef.* 2. F. 91. *Dn.* Finckelthauß. D 5. *th.* 14. *in f.* ut hodiè de jure feudali communi fœminæ amplius à datione feudorum non excludantur. *tit. de his qui feud. dar. poss.* 1. F. 1. *tit. per quos fiat invest.* 2. F. 3. *Schrad. p* 4 *c.* 1. *num.* 58. *Anton.* D. 2. *th.* 2. *lit. B. Dn. Arum.* D. 3. *th.* 18. Ratio assignatur, quiâ res proprias habere & liberè administrare possunt; sic etiam de jure civili fœmina donare potest. *l.* 31. §. 1. *ff. de donat.* nec ei postmodum succurritur ex SCto Vellej. *l.* 4. § 1. *ad SCtum Vellej.* Imò Fœmina hodiè non tantum veteres investituras renovare *arg. Auth.* multo magis. *c. de SS. Eccles. Schn. n.* 72. verùm & novas concessiones feudales de bonis allodialibus & propriis facere potest. *vers. fœminam tit. per quos fiat invest.* 2. F. 3. *Ruding lib.* 1. *c.* 7 *num.* 8. *Obr. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 76. *Rittersh. p. f. lib.* 1. *c.* 5. *q.* 22. Rarò tamen hoc fit, quiâ est genus avarissimum, ut est *Gl. in L. si à sponso* §. *quod sponsæ C. de donat. Schn. n.* 74.

LXIV.

Limitatur hoc l. in fœminâ luxoriosè viven-

vivente, ſuaque bona inconſulto largiendo diſſipante, *arg. l. 15. ff. de cur ſuo dand. Vultej. lib. 1. c. 3. num. 9. Schneid. num. 74. Rittersh. lib. 1. cap. 7. num. 3. Anton. D. 2. th. 2. lit. B.* Quod idem in illâ obſervatur, quæ in Amatorem omnia ſua bona prætextu feudi transferre cupit, *Obr. lib. 2. cap. 1. num. 79.* Quiâ talis deſipere & furere intelligitur. Amore enim capta furioſa dicitur. *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 328. n. 5. & 6.* 11. Limitatur etiam in fœmina, quæ ex forma ſtatuti prohibetur alienare. *Schneid. d. n. 54.* Ergò etiam infeudare. *verſ. ſed & res, per quos fiat inveſt. 2. F. 3.*

LXV.

Hic notandum, quod fœminæ nuptæ in Galliâ & Saxoniâ indiſtinctè ſine maritis nihil donare poſſint, quiâ ſunt in tutelâ & poteſtate maritorum. *Weſemb. in π. de donat. num. 4.* Ergò nec ſine maritorum conſenſu aliquid in feudum concedere poſſunt. *Obr. lib. 1 c. 2. n. 82.* Virgines tamen & viduæ J. S. ſine curatorum conſenſu res mobiles donare quidem poſſunt, quiâ non ſunt in eorum poteſtate. *Schneid. ad §. alia J. de donat. num. 53.* Immobiles tamen ſine interventu curatoris nequaquam. *Conſtit.*

Elect. 15. *part.* 2. *in fin.* Ut hinc plebeiis & superiori quadam dignitate carentibus infeudandi sine curatore potestas in his terris non concedatur.

LXVI.

De Harmophrodito, quos Romani tanquam portenta & monstra in mare projiciebant, *Gell.* 9. *Noct.* 4. *Livius lib.* 9. *dec.* 4. non opus est inquirere quinam sexus prævaleat, cùm in datione feudorum, utriusque sexus par ratio sit. Nos illam distinctionem ad successionem remittimus.

LXVII.

Omnes vel per se, vel per alios feuda constituunt.

Hi autem omnes, quos suprà posuimus, vel per se, vel per alios, puta servos, Procuratores, Syndicos & similes speciale mandatum habentes feudum constituunt. *c.* 1. *vers. sed utrum. per quos fiat invest.* 2. F. 3. *Schoner. D.* 2. *th.* 17. ceu internuncios. *c.* 2. *vers. item investituram. de not. feud.* 2. F. 58. Sicut hodiè Principes per Pares Curiæ, aut Cancellarias investiunt. *Wesemb. de feud. cap.* 4. *in fin.* Per alios enim qui dat, ipse dare videtur. *arg L.* 9. §. 2. *de donat. arg L.* 5. §. 3. *ff. de adm. tut.* Et tantum de his qui feuda dare possunt.

68. His

LXVIII.

His enumeratis è diverſo facilè videre eſt, qui feuda dare prohibeantur. *arg. pr. J. de his qui ſunt ſui vel al. jur. L. 43. §. 1. ff. de Procurat. L. 12. pr. ff. de judic. L. 20. §. ſi convenerit ff. de pact. dot al.*

LXIX.

Prohibentur autem feuda dare quidam Naturâ, quidam jure. *Obr. d. l. n. 89. Lindem. th. 71.* Naturâ, qui judicio carent, idque, vel propter debilem ætatem, & ſic per ſe, vel propter ſuperveniens aliquod malum, & ita per accidens. Per ſe caret judicio infans, i. e. quaſi fandi impos, qui ſeptem nō complevit annos. *L. 18. pr. C. de jur. delib. L. 1. §. 2. ff. de adm. tut.* Et cùm hujus conſenſus nullus ſit, *Vultej. cap. 3. num. 4.* ac alia quoque, quæ perfectum requirunt, judiciū huic adimantur, meritò & feudi datio.

Quidam feuda dare prohibeantur dupliciter naturâ, vel jure. Naturâ, vel Per ſe,

LXX.

Oritur hîc Quæſtio: Cùm in Senibus conſtitutis in decrepitâ ætate, h. e. 80. annorum, ſenſus puerilis redire præſumatur, an & hi feuda dare prohibeantur? Quod nos negamus tamdiu, quādiu ſint ſanæ mentis, nec delirare incipiant, *arg. L. 3. C. qui teſt. fac. poſſ. L. 16. C. de donat. Schn. n. 74. & 75.*

LXXI.

vel Per accidens.

Per accidens judicio caret I. Furiosus. §. 9. J. *de inutil. stip. l. 5. de R. J.* cujus nulla est voluntas *l. 40. de R. J.* nullum contractum celebrare potest. *d. l 5. de R. J. l. 1. §. 10. de A. P.* Absentis loco habetur per omnia & in omnibus *l. 2. §. 3. de jur. codicill. l. 124. & l. de R. J.* Quapropter etiam nec dare nec renovare feudum potest. *Anton. D. 2. th. 5. lit. B. Rittersh. cap. 5. qu. 5. Ruding. cap. 7. n. 12.* Quod tamen intelligendum quatenus talis, nam si inducias habeat secus. *L. 6. C. de curat. fur. L. 9. qui test. fac. poss. L. 2. C. de contrab. empt. Anton. Ruding dd. ll.*

LXXII.

Quod si non constet, utrum sopito an stimulante furore actus celebratus sit, qualitatem illius observandam esse existimamus: *arg. L. 27. in pr. vers.* sed hoc prius, *de condit. inst. L. 12. §. fin. de tut. vel cur. dat. Anton. D. 2. th. 5. lit. B Mynsing. cent. 2. obs. 51.*

LXXIII.

Sic II. judicio quoque caret mente captus & propterea à datione feudi excluditur: *arg. §. 4 J. de curat. §. 1. J. de pupil. subst.* Et cum *μεγαληγόρος* non minus

ac

ac furioſus deſtituatur. *Obr. d.l.n* 88. *Anton.d.D.2.th.5. lit. B.* Quomodo ſcire poteſt, an accipiens dignus vel indignus ſit cenſendus?

LXXIV.

Idem quoque ſtatuimus de illo, qui naturâ eſt mutus & ſurdus ſimul, licet enim talis intellectu quidem non careat, tamen organo repræſentante objectum intellectus deſtituitur. Aliter dicendum de illo, qui naturâ vel caſu eſt mutus, vel qui naturâ vel caſu eſt ſurdus, vel qui caſu ſimul & mutus & ſurdus eſt, & ſic negotiũ quod expediendum eſt, non ignoret. *arg.L.33.§.2.ff. de donat. L.43.pr ff de procurat. Schn.n.78. Sonsbec. p.6.n.25. Roſenth c.3. concl.7.n.1. Vultej c.3.n.8 Steph.lib.2.c.2.n.18. Ruding. lib.1.c.7.n.13.*

Qui jure feuda dare prohibentur dividi poſſũt in tres Claſſes.

LXXV.

Jure qui prohibentur in tres Claſſes commodè poſſunt dividi. I. Eſt eorum qui non ſunt rerum, quas in feudũ dare volunt, Domini; Et hi viciſſim vel ſunt alienæ poteſtati ſubjecti, nec ſunt ſui juris. 1. *Claſſis.*

LXXVI.

Alienæ poteſtati qui ſunt ſubjecti, ſunt vel in poteſtate parentum, ut filiifam. vel Dominorum ut ſervi, *pr. Inſt. de*

bi qui sunt vel al. jur. His, scil. servis simpliciter datio feudi interdicitur, illis, scil. filiisfam. non item. *Lindem. d. D. 1. th. 72.* De filiofam. cum quadruplicia quodammodo habeat bona, videndum circa quæ ipsi feudi datio interdicatur. Primò habet peculium profectitium, quod tàm quoad proprietatem, quam usumfructum ad patrem pertinet, in tantum, ut ne quidem possessionem filiusfam. habere possit. §. 1. *Inst per quas pers. cuiq. acq. L 93. de R. J.* Secundò habet adventitium, in quo pater usumfructum, filius verò proprietatem habet, *d. §. 1. L ult. §. 5. C. de bon. quæ lib.* Et tàm de hoc quàm de illo Filiofam. constitutio feudi totaliter adimitur, in hoc, quia feudum est ususfructus, duo vero non possint circa unam eandemq; rem esse Domini in solidum; in illo, quia prorsus nihil circà illud possidet. III. Dicitur Castrense, IV. Quasi Castrense, in quibus, cum pro patrefam. habeatur, plenâ dationis libertate in his duobus posterioribus gaudet. *L. 3. C. de Castrens. pec. l. pen. & ult. C. de bon. quæ lib. l. 7. § ult. ff. de donat. L. 2. ad SCtum. Macel. Steph. lib. 2. c. 2 n. 19. Vult c. 3. n. 5. Anton. D. 1. th. 5. lit. B.*

77. In

LXXVII.

In Dominorum potestate sunt servi, utsuprà dictum. Servi autem sunt vel veri vel ficti. Servi veri sunt vel in potestate hostium, vel civium Rom. Hi cum nihil proprii habeant, nec rerum quas detinent, sint Domini. *L. 15. ff. quib. ex caus. maj. in integr. rest.* Sed omnia Domino acquirant. §. 1. *de his qui sunt sui vel al. jur. L* 1. §. 1. *ff. eod.* §. 3. *J. per quas pers.* Imò per mortuis habeantur, *L.* 32. *L.* 209. *de R. J. L.* 3. *de cap. min.* feudum quoque dare non possunt. *Steph. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 22. *Niell. D* 2. *th.* 2. *Vultej. cap.* 3. *num.* 1. Nec quicquam referre existimamus, sive sint statuliberi. *L.* 9. *L.* 16. *L.* 29. *ff. de statulib. L.* 81. §. 9. *ff. de legat.* 1. *Anton. D.* 2. *th.* 5. *lit. A.* sive etiam Adscriptitii. *Rosenth. cap.* 3. *concluf.* 8.

Servi sunt duplices; vel veri.

LXXVIII.

Ficti servi iterum possunt dividi in Ecclesiasticos & seculares. Ecclesiastici hisce temporibus censentur Monachi, propterea quod ingressu in monasterium nihil proprii retineant. Unde nec de propriis liberalitatem exercere poterunt; Qui enim

vel Ficti, qui etiam dividuntur, & sunt vel Ecclesiastici.

enim dabunt quod ipsi non habent. *l. L.24. C. de donat. L. 15. C. de legat. Vultej. lib. 1. c. 3. n. 12. Ruding. lib. 1. c. 7. n. 3 Rosenth. c. 3. concl. 4. n. 3. Anton. D. 2. th. 3 lit. H, in fn. arg. pr. per quos fiat invest 2. F. 3.*

LXXIX.

vel Seculares

Fictos servos seculares nuncupamus illos, qui nostris temporibus servorum nomine appellantur; si tamen cum sint ingenui & liberi, ratio prohibitionis cessat. *Steph. lib. 2. c. 2 num. 22.* Quemadmodum etiam in servis propriis, vulgò Leibeigenen/quorum alia jam est conditio, quàm servorum, qui erant olim. *Steck. Syst. jurispr. feud. c. 3. lib. 1.*

LXXX.

Supra *th. 75.* dictum, quod etiam quidam qui quamvis rerum, quas in feudum concedere volunt, Domini non sint, sui tamen juris existunt. Horum è numero primo est Syndicus, qui quamvis loco Domini ratione administrationis suæ vulgariter habeatur, Dominq tamen revera non est, sed dicitur, salte m vice Dominus. *Vultej. c. 3. n. 2.* Et cum in alienando & obligando. Universitatis speciale mandatum requiritur, *Dd. ad L. civitas 27. de reb. cred.* meritò & Syndicus hùc erit collocandus. 81. Se-

LXXXI.

Secundus eſt Procurator, qui ſive ſit generalis, ſive etiam cum libera conſtitutus (uti *Dd.* loquuntur) feudi tamen novi dationem ſine ſpeciali mandato exercere non poteſt. *argum. l.* 60. *ff. de procurat. L.* 63. *cod. L.* 11. *§. fin. de pign. act.* Schoner. *D.* 2. *th.* 18. *Anton. D.* 2. *theſ.* 5. *lit. A. Hattyſ. cap.* 5. *lit. R. Schneidvv. num.* 87. *&* 88. *Ruding. cap.* 7. *num.* 15. Ratio quia infeudare de novo eſt donare. *Schneidvv. n.* 88. Inveſtituram tamen & facere ſeu renovare talis Procurator benè poteſt, cum inveſtitura per interpoſitam perſonam & dari & accipi poſſit, *c. un. per quos fiat inveſt.* 2. F. 5. *Ruding. d. n.* 15. *Schneid. n.* 87. *Vultej. n.* 2.

LXXXII.

Si vero talis Procurator feudum novum conceſſiſſet, Quæritur, an Ratishabitione domini convaleſcat conceſſio? Et R. quod ſic. per *L. ult. C. ad SCtum Maced. arg. L.* 26. *ff. de min. Schoner. D.* 2. *th.* 18. *Dn. Arum. D.* 3. *th.* 29. Quâ communis eſt *Dd.* traditio quod in quibuslibet negotiis etiam mandatum ſpeciale requirentibus, ratihabitio retrahatur & mandato æquipolleat. *c. ratihabitio & ibid.*

Dd. comm. de R. J. in 6. c. fin. de jurejurand. in 6.

LXXXIII.

Ducatum tamen vel Principatum non Procurator, sed solus Imperator, Comitatum verò Consiliarii Imperii, Reichs HoffRähte conferunt. War. ab Erenberg: 2. *de Fœdd.* 1. *num.* 64. *Zabel. D. F.* 3. *th.* 7.

LXXXIV.

Tertiò sunt Tutores & Curatores, qui etiam feudum novum concedere nequeunt, licet sui juris sint, cùm tantum loco dominorum habeantur. *l.* 27. *ff. de adminiſt. tut. l.* 7. §. 7. *pro empt.* nec alienare, sed administrare debeant. *l.* 5. *& tot. tit. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. & tot. tit. de præd. & al. reb. minor.* Rittersh: *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. Hunnius *tract. at. feud. cap.* 7. *Q. an tut. &c.* Dn. Arum: D. 3. *th.* 30. Et cum feudum in rebus immobilibus consistat, sine Magistratus decreto, alii in feudum dare non possunt, *argum. d. l.* 5. *& tot. tit. de reb. eor.* Imò cum talis concessio similis sit donationi, ne quidem cum decreto Magistratus id fieri posse, verisimilius est, *argum. l. ult. C. si min. maj. fact. alien.* Stephan: *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23.

Hun-

Hunnius *Q. an accedente &c. c. 7.* Quamvis & hi renovare antiquum feudum non prohibeantur, cùm non ſit tàm alienatio, quàm prioris feudi renovatio. Steph: *lib. 2. cap. 2. num. 24.* Hattyſt *cap. 5. lit. H.* Obrecht: *n. 105.* Ruding: *lib. 1. cap. 7. num. 16.* Etiam ſine pupillorum & minorum præſentia. Schneidw: *n. 86.*

LXXXV.

Limitatur tamen quod dictum de novo feudo, ſi adſit cauſa probabilis, quia ex cauſa probabili tutores ac curatores poſſunt cum decreto alienare. *L. 5. §. 2. & 9. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* Schn: *num. 86. 2.* In Curatoribus illuſtrium perſonarum, per *l. 12. §. fin. de admin. tut. l. 7. §. 3. ff. de donat.* Roſenth: *cap. 3. concl. 16.* Anton: *D. 2. th. 5. lit. A.* Schneidw. *n. 84.* Præſertim ſi conferat eo caſu, quo olim Principis pater conferre conſuevit, tùm enim revera principem repræſentare videtur. Steph: *lib. 2. cap. 2. num. 25.* Neceſſe tamen & hîc eſt, ut ordinarii Magiſtratus decretum interveniat. Lindem. *D. 1. th. 73.* Quod tamen de facto non ita ſtrictè obſervatur. Anton. *d. lit. A.*

LXXXVI.

II. Classis est eorum, qui domini quidem sunt, at alieno arbitrio reguntur, quorum in numero sunt minores 25. annis, hi sive sint Pupilli, sive minores in specie ita dicti, cum non habeant liberam bonorum administrationem. *l. fin. de manum. l.* 189. *de R. J. l.* 17. §. 1. *ff. de jurejurand. l.* 11. *de A. R. D. t. t. de adm. tut. l.* 5. & *t. t. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur.* meritò & hic sub numerum prohibitorum jure erunt censendi. *Steph. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 26. Quod tamen de constitutione novi feudi dictum volumus, adeo ut ne hoc quidem consentientibus tutoribus vel curatoribus constituere possint. *arg. l.* 22. *C. de pact.* Obrecht. *lib.* 2. *v.* 1. *num.* 109. Wesenb. *cap.* 4. *n.* 6. *Schneidw. num.* 83. *Vultej. cap.* 3. *num* 6. *Hunnius cap.* 7. *sub q. pen. Dn. Arum. D. F.* 3. *th.* 22. Imò, etiamsi judicis decretum adhibuerint, perinde est. per *l. f. C. si min. maj. fact. Vultej. cap.* 3. *num.* 6. *Anton. D.* 2. *th.* 5. *lit. B.* Antiquum tamen feudum & hi renovare possunt, tum per *Text.* 2. *Feud.* 3. tùm quia hoc casu nihil alienant, sed quod inveniunt, conservant, *arguin. l.* 7. *de pecul. Steph lib* 2. *cap.* 2. *n. ult. Vultej. d. n.* 6. Schoner. *D.* 2. *thes.* 50.

II. Classis.

Dummodò ejus quod agitur intellectum habeant, *d.text.2.F.3. in pr. Rittersh. cap.5. q.2. Schneidvv.n.79. Anton. D.2. th.5. lit.B.* Et hanc renovationem facere poſſunt ſine tutorum conſenſu, ſi quos habent, *Ruding. lib.1. cap.7. n.11. Rittershuſ. lib.1. cap.7.num.6. Obrecht.lib.2 cap.1. num.115.* Quando vero nullos habent, tunc etiam rectè renovant ſine decreto, *arg. l.1.C.de fidejuſ. min. arg. l. 1. C. quand. decret. opus Dn. Finckelthauß. D.5. th.7. lit.C.* Imò inveſtituræ etiam ſi vellent, contravenire poſſunt. *Rittershuſ. cap.5. qu.4.* Si tamen habeant tutores aut curatores, tutius & rectius fecerint, ſi eos adhibeant, *Dn. Arum. D.3.th.24.* Deceptis inſuper in renovatione, ſuccurritur per integrum reſtitutionem. *l.7. ff de minor. tot. tit. C. de in integr. reſtit. Ruding. lib.1 cap.7. n.11.*

LXXXVII.

Limitatur tamen hoc quod de conſtitutione novi feudi dictum, 1. in Principe minore. 2. In eo, cui Princeps ſpeciali privilegio conceſſit, quiâ illic perſonæ dignitas, at hic privilegium limitationem hanc amplecti ſuadent. *argum. §.6. J. de J. N. G. & O. Steph. lib.2. cap.2. num.27. Obrecht.num.110. Schneidvv.n.84.*

Vultej.

Vultej. num. 6. Gail. 2. Observ. 72. num. 8. & 9. 3. Jure Saxonico in impubere alii impuberi feudum concedente, **Lehenr.** *cap.* 58. *in princ.* nisi textum illum de veteris feudi investiturâ exaudire velit, id quod & juris ratio, & *D d. à Zobelio ib. lit. A.* citati & praxis quotidiana edocent.

LXXXVIII.

Ex quibus omnibus satis superque apparet, quàm probè sit observanda in hâc materiâ distinctio inter novi feudi dationem, & antiqui renovationem, hâc enim nisi attentâ, in profundum maximorum errorum labyrinthum necesse est ut incidamus.

LXXXIX.

III. Classis. III. Classis est eorum, qui de aliquâ aliâ juris causâ aliis feuda dare prohibentur. Hûc collocamus 1. Ebrium, qui nescit quid loquatur. *c. sanè cum seqq.* 15. *q.* 1. cùm ebrietas mentis inducat exilium. *c. à crapulâ* 14. *ext. de vit. & honest. cler.* & voluntaria sit insania, unde sinè furore esse non potest. *c. venter. distin.* 35. *Anton. D. 2. th.* 5. *lit. B.* 2. Prodigum, per

per *l.* 1. C. *de cur. fur. l.* 12. §. *ult. de tut. vel cur. l.* 6. *de V. O. l.* 40. *de R. J. Ruding. n.* 14. *Hattys. cap.* 5. *lit. V.* cum talis furioso quoad obligationem comparetur. *Vultej. cap.* 3. *num.* 4. Imò nec antiquum renovare potest. *Dn. Arum. D. F.* 3. *thes.* 25. Quæ tamen omnia procedunt, quatenus est prodigus, nam saniores mores resumens, interdictionem reddit evanidam. Anton: D. 2. *thes.* 5. *lit. B.* Walther. 1. *Miscell.* 28. idque *argum. l.* 1. *in fin. princ. de cur. fur.* 3. Morbo sontico laborantem, qualis morbus describitur in *L.* 60. *ff. de re judic.* imprimis si ægrotans non intelligat, quid agat, *Steckius, System. jurisprud. feud. lib.* 1. *cap.* 2. Aliàs morbus non impedit. *Steck. d. l.* Et tantum de primo Disputationis membro, Personis nempe feudum dantibus.

XC.

Sequuntur jam Accipientes: dari siquidem feudum non posset, nisi essent qui acciperent. Steph: *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Ut ita dantium & accipientium sit mutua relatio. Obrecht: *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.

XCI.

Vocantur autem hi variis nominibus: In jure quidem feudali Vaſalli. *tit. de vaſal. decrep æt.* 2. *Feud.* 14. & paſſim. Clientuli. *tit. de content. int. dom. & fidel.* 1. F. 10. Milites. *tit. conſtitutiones feud. &c.* 1 *Feud.* 19. *tit. quæ temp. mil. inveſt. pet. deb.* 1 *Feud.* 22. Fideles. *tit. de his qui feud. dar. poſſ.* 1. *Feud.* 1. Milites Vaſalli *tit. de mel. vaſall qui cont. eſt. v. Feud* 22. A juris verò feudalis commentatoribus Homologi, Exercitati, Leudec. *Zabel. D.* 3. *th* 2 *lit.* C. Comites, *Rittershuſ cap.* 7. *num.* 1. Sic *Tac. lib. de morib. germ.* Germanis multi erant Comites, h. e. Vaſalli. Sic etiam Beneficiatus, Infeudatus, Feudatarius ad latinam conſuetudinem inflecti cœperunt. *Anton. D.* 2 *th.* 1. *tit.* C. Quamvis non negemus etiam inter has appellationes quandoq; differentiam eſſe. *Vultej lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. Germanici **Ein Lehenman/** vel ſimpliciter **Ein Mann** / qui etiam titulo **Liebe Getrewen** propriè nuncupantur. *Schon. lib.* 1. *D.* 2 *th.* 7. *lit. B.* Genuinæ tamen horum derivationes ut plurimum ſunt incertæ. *Zabel. D.* 3. *th* 2. *lit.* C. Plura vid. *ap. Vultej. cap.* 4 *n.* 14. *Obrecht. lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 75. *& 76.*

XCII.

XCII.

Consideramus verò accipientes, uti supra dantes duplici modo: Uno juxtâ antiquam, altero juxtâ hodiernam consuetudinem. Antiquâ consuetudine, & & primâ maximè origine, feudum nemo acquirere poterat, nisi esset militi capax. *tit. quib. mod. feud. amit.* 1. *Feud.* 17. Steph. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Anton. D. 2. *th.* 6. *lit. A.* Idquè maximè jure Saxonico obtinebat, quo nemo admittebatur, nisi nobilibus ortus esset parentibus. **Lehenr.** *cap.* 2. *in pr. & cap.* 23. *in pr.*

Qui feuda accipiunt duplicitèr considerari possunt, vel secundum antiquam,

XCIII.

Aliud secundum tempora posteriora & hodiernam consuetudinem dicendum; Ubi primò in genere omnes non obstante ullâ Ordinis, Gradus, Sexus, Ætatis, Status, Qualitatis, aut Numeri ratione, nisi nominatim reperiantur prohibiti, ad feudi acquisitionem admittuntur. *tit. per quos fiat invest.* 2. *Feud.* 3. *tit. si de feud. defunct. content. sit.* 2. *Feud.* 26. Wesenb: *de f. cap.* 5. *num.* 1. Rosenth: *c.* 3. *concl.* 2. *num.* 2. Anton: D. 2. *th.* 5. Rittershus: *p. f. lib.* 1. *cap.* 6. *qu.* 1. Dn. Arum: D. 3. *th.* 31.

vel hodiernam consuetudinem.

XCIV.

Ratione Ordinis, feuda accipere possunt tàm Ecclesiastici, quàm Seculares.

In specie verò ratione Ordinis Feuda accipere possunt tàm Ecclesiastici, quàm Seculares. Obrecht: *lib. 2. cap. 2. n. 1. & seqq.* De personis Ecclesiasticis sunt *Text. tit. de capit. Corrad. 2. Feud. 40. c. ex transmissa. ext. de for. comp. fac. c. Romana vers. debet autem, de appellat. in 6. c. ult. ne Cler. vel Monach. in 6.* Præsertim cum veteri Testamento constet, quod 48. Civitates Levitis & Sacerdotibus in terrâ promissionis, alioque non latè patente fuerint concessæ; Insuper in populo Judaico 8000. Levitarum præter Pontifices & Sacerdotes quotidiè alendi fuerint, referente Dn. Arum: *D. F. 3. thes. 42.* Facit *L. falsæ 33. §. 2. de condit. & demonst.* Hattyf: *cap. 6. lit. C.* Imò non tantum à sui Ordinis addictis, h. e. Ecclesiasticis, verùm etiam à Laicis Feuda accipere possunt. *c. fin. de L. Corrad. 2. F. 40.* Schn: *num. 105.* Steph: *lib. 2. t. 4. num. 12.* Vultej: *lib. 1. cap. 4. num. 9.*

XCV.

Etsi verò Clerici jure antiquo Saxonico à feudis regulariter excludebantur. **Lehenr.** *cap. 2. in pr. ibid.* **Pfaffen sollen**

len

len Lehenrechts darben/ & imprimis jurisdictio ipsis denegabatur. **Lehenr.** *cap.* 61. *in pr. ibid.* **Es mag kein Pfaff Gerichte zu Lehen haben**/non tamen universaliter & strictè id jus usurpabatur. Nam qui superiore erant ordine, ut Episcopi, Abbates, Canonicè electi, unà cum istâ electione feuda quoque Ecclesiæ concessa acquirebant, ut constat ex *d. cap.* 2. *vers.* **Ob ein Mann**/ *ibid.* **Ist es aber das Pfaffen oder Weiber des Reichs Lehen von der Chur entpfangen**/ *&c.* Deinde sciens quis poterat quidem ipsos infeudare, sed hanc tamen feudi naturam non habebat, ut ad heredes transmitteretur. *d. cap.* 2. *vers.* **Welcher Herr aber.** Denique ab istâ regulâ successu temporis in novis quidem feudis planè recessum est, favore quidem Religionis, seu nimiâ potius superstitione, & Pontificum eorundemq; assectarum & satellitum mediante astutiâ & tyrannide.

XCVI.

Sic Seculares quoque Feuda accipere possunt, non tantùm à secularibus, sed quoque ab Ecclesiasticis. *cap.* 1. *de his qui*

feud. dar. poss. 1. *Feud.* 1. *c.* 1. *de cler. qui invest. fac.* 2. *F.* 35. *c.* . §. *fin. de L. Corrad.* 2. *Feud.* 40. *c.* 1. §. *verbum quand. de stat. regul. in* 6. Ruding: *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 13.

XCVII.

In feudo verò accipiendo, sive de secularibus, sive de Ecclesiasticis sermo sit, parum refert, an accipiens dante sit inferior, an verò superior. *argum. l.* 13. *ad SCtum Trebell. cap.* 1. *vers. fin. de L. Corrad.* 2. *Feud.* 40. *c. ex transmissa ext. de for. comp.* Schrad: *p.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. Vultej: *cap.* 4. *num.* 9. Anton: D. 2. *th.* 6. *lit.* D. Gail: *lib.* 1. *de arrest. Imp. cap.* 6. *num.* 10. *&* 17. In tantum, ut nec Pontificem (de cujus potestate suprâ) nec Imperatorem excludamus. Exempla qui desiderat, potest videre Vultej: *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 9. *&* 10. Obrecht: *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 12. Berens D. 2. *th.* 5.

XCVIII.

Hic tamen mente tenendum, istiusmodi personas omnes, etiamsi aliâs in supremo dignitatis gradu sint constitutæ, semper tamen respectu feudorum, quæ tenent, esse inferiores. Ruding: *lib.* 1. *cap.* 8. *&* 9. Quo casu ipsis liberum relictum est, ut per Substitutum tùm fidelitatem

litatem jurent, tùm ſervitia exhiberi curent.

XCIX.

Quod autem ſuprà dictum, Clericos Feudorum capaces eſſe refert, an novum, an verò antiquum feudum accipiant. Novum enim feudum à Domino dante, qui Conditionem éjus, cui dat, non ignorat, Clericus rectè accipit atque retinet, *tit. de L. Conrad.* 2. *Feud.* 40. *c. cæterum. ext. de re jud. c. ex transmiſſâ. ext. de for. comp.* Feudum verò antiquum Clericus factus retinere non poteſt. *tit. de vaſal. mil. qui arm. bell. depoſ.* 2. *Feud.* 21. Ratio differentiæ eſt, quia Dominus in primo caſu ſibi debet imputare, qui ſciens tali conceſſit, qui per ſe ſervitium præſtare non poteſt. Et tùm Dominus vel planè renunciâſſe cenſetur ſervitiis, vel tacitè vult, ut Clericus ea ſervitia præſtet, quæ perſonæ ipſius ſunt convenientia, vel intelligitur, gratiam feciſſe clerico, ut ſerviat per ſubſtitutum. *argum. verſ.* ſi quis deceſſerit. *ſi de feud. defunct. content.* 2. *Feud.* 26. Dn. **Finckelthauß** D. 5. *theſ.* 15. Poſteriori caſu, quando Dominus neſcit, nihil ipſi imputari poteſt, quod poſtmodum Cleri-

cus factus; Et tunc locum habet Regula 2. *Feud.* 21. quod desinat esse Miles seculi, qui factus sit miles Christi.

C.

Ratione gradus, omnes sive sint Superiores sive Inferiores, ad acquisitionem feudi admittuntur.

Ratione gradus, cum quidam sint superiores, quidam inferiores, nullum etiam discrimen inducimus, Adeò ut ne plebejos ac Rusticos quidem ab accipientium numero excludamus, propterea, quod nullibi reperiantur à Regulâ excepti. Schneidw: *part.* 3. *num.* 98. Vult: *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. Imò rusticis feuda militiæ addicta bellissimè convenire, sentit Forcat: *de feud. cap.* 4. *num. ult.* Fallit autem hoc si id vetet consuetudo, quæ in feudis dominatur maximè. Forcat: *d.l.* Hinc antiquo Saxonum jure Rustici non admittebantur. Lehenrecht *c.* 2. *in princ.* Quod consuetudine immutatum est. Zobel: *part.* 2. *differ.* 46. *in fin.* Matth. Coler: *part.* 1. *decis.* 77.

CI.

Illud quæritur, an de feudo Rusticus investitus, nobilitatem simul consequutus esse intelligatur? Nos illud à con-

concedentis perſonâ & voluntate dependere putamus, ità ut ſi concedens & potuerit & voluerit eos nobilitare, eamque voluntatem in inveſtiturâ declaraverit, dubium de eo ſit nullum. Sin minus, feudum potius nobile datum præſumitur, ſi datum ſit à tali, qui nobilitandi habuerit poteſtatem. Præſumptio autem hæc tantò erit fortior, ſi Vaſallus longam annorum ſeriem numerare poſſit, quâ feudum, onusque militia eidem annexum in familiâ ſuâ reſederit. Niell: *D. Feud. 1. th. 7. lit. C.* Vultej: *lib. 1. cap. 4. num. 10.*

CII.

Hoc non prætermittendum eſt, quod etiam Civitates, Collegia, Eccleſiæ, Univerſitates feudorum ſint capaces. *argum. l. 7. §. 3. ff. ad exhib. l. 2. ff. de acquir. poſſ.* Schoner: D. 2. *theſ.* 59. Ruding: *lib. 1. cap. 8. num. 10.* Verùm cùm hæ nunquam emoriantur. *l. 76. ff. de re judic. l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cujuſque univerſ. nom. c. quoniam Abbas. de off. deleg.* non facilè hujusmodi inveſtituræ conceduntur. Lindem: *theſ.* 85. Quicquid enim Eccleſia, Collegium, vel ſimile

corpus ſemel acquirit & in manum poteſtatemve ſuam accipit, non niſi cum magnâ difficultate & ſolennitate in commune hominum commercium poſt deinde remittit, ſed accumulando conſervat ut eleganter ſcribit Lindeman. *d. theſ.* 85. Idque per *c. ſine exceptione 2. qu. 2. t. t. de reb. Eccleſ. non alien.* Proinde in his terris conſuetudine receptum eſt, ut ſi feuda Univerſitati vel Civitati conceduntur, certa perſona ex illis inveſtiatur, cujus morte inveſtituræ renovatio petenda, & in omnibus ferè Vaſalli perſonam & conditionem repræſentat, vulgò **Ein Lehenträger** vocatur.

CIII.

Ratione Sexus admittuntur vel maſculi, vel fœminæ.

Ratione Sexus ſunt vel Maſculi, vel Fœminæ; De maſculis, qui rerum ſuarum ſunt domini, & legitimam earum habent adminiſtrationem, neè ſpeciatim reperiuntur prohibiti, nullum eſt dubium, ac ubivis eorum poteſtas in *LL. F. F.* nobis ante oculos verſatur. De Fœminis verò magis intricatum. Cùm enim initio Feuda ſuperiora nihil fuerint aliud, quàm

quàm officia Magistratuum; inferiora verò jura belli atq; militiæ intuitu constituta; Fœminæ verò per naturam & sexus fragilitatem ac imbecillitatem ad hæc omnia admodum sint ineptæ, à feudorum quoque acquisitione videbātur esse arcendæ *c. 1. de hù qui feud. dar. poss* 1. F. *l. c. 1. vers. filia. de succes. fratr.* 2. F. 11. *Vultej. cap. 4. num.* 2. Eâdem ratione antiquo Saxonum jure feudorum acquisitio ipsis denegabatur. Lehenr. *cap.* 2 *in pr. ib.* Pfaffen vnd Frawen sollen Lehenrechts darben / nec de jurisdictione investiri poterant. Lehenr. *cap.* 61. *in pr.* Quod tamen easdem recipit limitationes, quas suprà de Clericis dedimus.

CIV.

Sed an idem pronunciandum de bellicosis illis mulieribus, quales olim fuisse perhibentur Amazones, Camilla Virgiliana, Penthesilea &c. dubium alicui videri posset ex eo, quod ratio potentior, ob quam feuda capere prohibentur, in ilsdem cessare videatur? Et quamvis non dubitemus, quin hodieq; sint ac reperiantur fœminæ quæ animi fortitudine, consiliorum calliditate, tantum abest viris ut cedant, ut eos-

dem sæpè vincant, atque adeò animo viri, corpore tantùm sint mulieres; Eas tamen feudorum incapaces arguimus, cùm aliæ quoque prohibitionis causæ de quibus suprà D. 2. quæ locum non minus in bellicosis obtinent, quas tamen à talium feudorum acquisitione jure feudali regulariter exclusas & prohibitas esse, certum est. Vid. *Vultej. d. t. 4. num. 3. Sonsbec. p. 9. num. 20. Hart. Pistor. 2. quæst. 34 num. 3.*

C V.

Sed nostro tempore, ubi non solum ob servitia militaria, verùm alias quoq; honestas functiones pacis tempore obeundas feuda dari cæperunt, cessante prohibitionis causâ, ipsa quoque juris feudalis prohibitoria cessat dispositio, nec minus fœminæ quam mares ad feudi novi acquisitionem admittuntur. *c. un. quemadm. feud. ad filiam pert. 1. F. 24. c. un. de feud. fam. 2. F. 30. c. un. vers. filia 1. F. 8. Schoner. D. 2. th. 20. Rittersh. lib. 1. cap. 6. qu. 9. Schneid. n. 98. & 89. Ruding. lib. 1. cap. 8. num. 2. Sum. Paris. c. 7. Steph. lib. 2. cap. 4. num. 3. Rittersh. lib. 1. cap. 8. n 2. Dn. Arum. D. 3. th. 33.* Hinc & jure Saxonico, si Dominus sciens mulieri feudum con-

cesse-

ceſſerit, procedit inveſtitura & maritus id feudum adminiſtrat, poſt mortem verò illius tranſit ad heredes. *Lehenr. c. 31. verſ.* leihet ein Herr.

CVI.

Ab antiqui autem ſive paterni feudi ſucceſſione regulariter excluduntur. *d. verſ. filia de ſucceſſ. feud.* 1. F. 8. *Weſemb. d. f. cap. 6. num. 2. Roſenth. cap. 3. concluſ 3. Schraderus p. 4. cap. 3. num. 7.* Qui ibidem perſonas quoquo modo inhabiles feudi non capaces eſſe aſſerit, modo Dominus ſit conditionis ejusmodi perſonarum non ignarus, nec immeritò *arg. l. in re mand. 21. C. Mand. Steph. lib. 2. cap. 4. num. 3.* Quod ſecus erit, ſi Dominus ejusmodi perſonam ignorans inveſtiviſſet: tunc enim in præjudicium ipſius non valeret. *Schrader. d. num. 7.*

CVII.

Obſervandum tamen, quod fœminæ non ſuccedant in feudum, niſi nominatim expreſſum ſit in inveſtiturâ. *c. 1. de ſucceſſ. feud. 5. F. 8. c. 1. de eo quæ ſibi &c. 2. F. 17. c. un. de feud. fœm. 2. F. 30. Ruding. lib. 1. cap. 8. num 2.* Et tunc ſi fuerit comprehenſa, non tantum minoris ſed etiam majoris feudi capax eſſe poterit. *Steph. lib. 2. c. 4. n. 3.* 108. Ve-

CIIX.

Verùm cum fœminæ etiam quædam dentur Ecclesiasticæ; utpote Moniales. Quæritur an illæ quoque sint capaces? Aff. Si Dominus conditionis earum nō sit ignarus. *arg. d.l.*21. C. *mand.* Quo casu per substitutum juramentum fidelitatis præstare possunt. *Steph. lib.*2. *c.*4. *n.*3.

CIX.

De Hermophrodito indifferenter dicimus, illum novi feudi capacem esse: cum Dominus personas etiam aliàs inhabiles habiles facere possit. *Berens D.* 2. *th.* 31. *lit. B.*

Ratione ætatis qui nam feuda accipere possint?

CX.

Ratione Ætatis, qui feuda accipere possunt, nunc videndum est. Etsi vero plures dentur ætates, quæ singularem requirunt tractatum. Vid. *Schneidevv. ad § minorem 7. de adopt. Calv. in Lex.* & alios: Nos tamen hic breviter minorem saltem ætatem perlustrabimus, cùm circà illam majores scrupuli soleant moveri. In his occurrit primò infans. Hic quidem nec per se, nec Tutore authore, sed Tutor nomine infantis, & ita infans per tutorem feudum rectè acquirit. *arg. l.*5. *& l.*18. *C. de jur. delib. Vulr. lib.* 1.

c 4

§. 4. n. 6. *Schoner.* D. 2. *th.* 58. *Schn. num.* 100. *Dn. Arum.* D. 3. *th.* 36. Si verò patris adhuc ſubjectus ſit poteſtati, feudum per patrem acquirere poteſt. *arg. d. l.* 17. quâvis pubertati proximus non ſit. *arg.* §. 9. *J. de inutil. ſtip. l.* 9. *ff. de acquir. hæred.*

CXI.

De pubertati verò proximo, qui ſive pubes ſit, ſive minor in ſpecie dictus, nullum eſt dubium, quin adhibitis in conſilium tutoribus & curatoribus feuda acquirere poſſit. Sed an etiam ſine illorum authoritate, controvertitur? Et poſſe id eos, communior eſt opinio, nobisque probabilior: Cùm enim feuda ſint beneficia. *tit. in quib. cauſ. feud. amitt.* 2. F. 23. quorum acceptione conditionē ſuam nemo facit deteriorem. Et in obligatione & alienatione non verò in acquiſitione tutorum authoritate opus ſit. *l.* 9. *de auth. tut. l.* 11. *de A. R. D.* adeoque hoc caſu ceſſet periculum, cujus metus minorum temeritati atque imbecillitati per tutores & curatores providit meritò & proviſio juris prohibitoria ceſſare debet. *Roſenth. cap.* 3. *concl* 8. *Weſenb. c* 5. *n* 5. *Schneid. p.* 3. *n.* 102. *Niell. D* 2. *th.* 5. *lit. B. Steph. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *Dn. Arum.*

Arum. D.2.th.35. Vultej. lib.1.c.4.n.6. Schoner. D.2.th.58.

CXII.

Observandum tamen, quod istius modi personæ fidelitatis juramentum prius præstare non cogantur, quàm cùm ad majorem ætatem pervenerint, in quâ sint dati capaces. §. *si minori. si de feud. defunct. 2. F. 26. Anton. D.2. th.6. lit.B. Rittersh. lib.1. c.6. q.8.* Quod si tamen jurare vellet minor, circumstantiis consideratis non prohibetur in *d. §. si minori, ib.* non cogitur. *2. F. 26.l.26. ff. de jurejurand. Schneid. num.101.* Sicut pupilli tutor pro pupillo si voluerit. *Schneid. d.l.*

CXIII.

Illud quoque jure Saxonum antiquo singulare fuit, quod in causis & bonis feudalibus Dominus vasalli sui impuberis tutor erat legitimus præ omnibus ipsius agnatis: qui & toto illo tempore omnes ex feudis fructus lucrabatur. Lehent. *cap. 26. vers.* Der Herr sol auch. *Schn. ad tit. Inst. de legit. patron. tut. n. 3.* sup tamen sumptū colere agrum tenebatur. Landtr. *lib.2. art.58. vers.* Diß rede ich. Sed hodiè Vasalli minores suos habent tutores

tores legitimos, proximiores agnatos, ità ut proximior remotiorem, & inter æquales ſenior minorem excludat. Landtr. *lib.* 1. *art.* 23. *in pr.* Weichb. *art.* 49. (id quod juri communi, quod æquales omnes admittit adverſatur. *Auth. ſicut C. de legit. tut.*) qui pupillorum nomine fructus percipiunt inque illorum uſus convertunt. *Zobell. in addit. ad d. art.* 58. *lit. D.* Et ſi Dominus feudi tutor ſit, non minus quàm alius tutor de fructibus perceptis actione tutelæ rationem reddere tenetur. *Zobell. part.* 2. *differ.* 12. *num.* 3. & 8. *Matth. Cöler. part.* 3. *de proceſſ. execut. cap.* 3. *num.* 306. ubi ita de jure in causâ cujusdam nobilis G. A. à W. contrà ejus tutorem & Dominum C. à G. Comitem Anno 1561. reſponſum teſtatur.

CXIV.

Reliquas ætates, ſi non perſonæ expreſsè ſint exceptæ, omnes ad acquiſitionem feudi admittimus, ita ut nec ſenectutem, nec ſenium, ſeu decrepitam ætatem excludamus, ſi ſaltem perſonæ tales ſint ſanæ mentis, nec delirio aliquo, quod plerumque aliàs fieri ſolet, laborent.

CXV.

Ratione ſtatꝰ, tàm liberi quã ſervi ad feudi acquiſitionẽ admittũtur.

Status conditione quoque neminem excludimus, *Arum. D. 3. th. 37.* Qui ſi ſint ſui juris, putâ patresfam. quod admittantur, manifeſti eſt juris. De his verò, qui alterius poteſtati ſunt ſubjecti, res aliquantò intricatior Illi qui ſunt in poteſtate Dominicâ, h.e. ſervi, feuda rectè accipiunt, *tit. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.* Servus autem alius eſt proprius, alius alienus. Proprius, quando à Domino ſuo (quod ſemper hîc requiritur) feudum accipit, tunc accipit, aut libertatis factâ mentione, & res expedita, aut nullâ libertatis factâ mentione, & ex præſumptâ Domini concedentis mente unâ libertatem quoque accepiſſe videtur. *arg. pr. & §. 1. Inſt. de hered. inſt. l. 6. C. qui mil. poſſ. Roſenth. cap 3. concl. 6. Vultej. cap. 4. num. 7.*

Servus alius proprius, aliꝰ alienus.

CXVI.

In ſervo alieno iterum diſtinguendũ: Aut infeudatur à conditionis ejus ignaro & invalida eſt infeudatio, aut à ſciente, & ſubſiſtit. *verſ.* perſonam. *tit. per quos fiat inveſt. 2. F. 3. l. 9. C. de jur. & fact. ignor. Roſenth. Vultej. dd. ll. Schneid. n. 98.*

117. Utri

CXVII.

Utri verò hoc casu feudum acquiratur, an ejus Domino, disceptatur. Distinctione sequente rem expediri posse credimus. Aut enim *I.* non Domini, sed sui ipsius contemplatione de feudo aliquo investitur, idque sciente & connivente Domino, & hoc casu feudum, simulque etiam libertatem consequitur, *arg. l.* 5. *vers.* Sin verò cum *l. seq. C. qui mil. poss.* Vel *II.* Domino inscio. Vel *III.* Domino sciente, sed contradicente. Vel *IV.* Domini contemplatione. Et tribus hisce posterioribus casibus servo in statu suo permanente Domino per eundem acquiritur. *Vid. Ruding. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. *Anton. D.* 2. *th.* 2. *lit. C. Rittersh. p. f. lib.* 1. *cap.* 6. *qu.* 5. *Schn. num.* 98. In dubio tamen Domini potius, quàm servi intuitu feudum datum censetur & eidem acquiritur. *Rosenth. cap.* 3. *concluf.* 6.

CXVIII.

Assimilantur veteribus servis, uti etiam suprà dictum, nostris temporibus *I.* illi qui vocantur homines pro-

prii Leibeigene hi cùm bona propria habere possint & alia sibiipsis acquirere, meritò & feuda. *Steph. lib. 2. cap. 4. num. 9. Schoner. D. 2. th. 55.* ita ut acquisita indistinctè retineant, *Vultej. lib. 1. cap. 4. n. 7.* 11. Monachi, sæpius servi religiosi dicti, qui etiam feuda accipere possunt, attenta tamen distinctione, an feudum dignitatem annexam habeat, vel non, quam habet *Obr. num. 61. Steph. cap. 4. n. 13. & 14. Dn. Arum. D. F. 3. th. 41. fac. l. 56. C. de Ep. & Cler. c. illud quoque Nov. de Monach.* Illud non reticendum, quod ex suâ personâ non magis, quàm servus feudi capax sit. *Rosenth. c. 3. conclus. 4. num. 12. Rittersh. p. f. lib. 1. c. 6. q. 6.*

CXIX.

In potestate parentum qui sunt, vocantur filiifam. Et cùm hi in multis juris nostri articulis potiori jure quàm servi utantur adeoque rationes, quæ servos ex suâ personâ à feudi acquisitione excludunt, in his deficiant; siquidem juris civilis sunt participes, obeundisque muneribus civilibus apti, itemque bona sibi propria habere ac possidere possunt. *t. t. J. per quas pers. cuiq.*

euiq. acq. quin feuda similiter ipsis constitui possint, nulla est dubitatio. *Vultej. cap. 4. num. 8. Borcholt. cap. 5. num. 46. Schneid. p. 3. num. 98. VVesenb. cap 5. n. 4. Rittersh. p. f. lib. 1. c. 6. q. 1.*

CXX.

Plurimum tamen refert, an feudum filiofam. constituatur à patre, an verò ab extraneo: De patre negamus, cum hoc incideret in donationem, donatio autem inter patrem & filium jure sit prohibita. *l. 15. 1. pro don.* adprimè quoad res immobiles, quarum donatione ne quidem filio in castra eunte convalescit. *l. 4. C. fam. herc. sc. Anton. D. 2. lit. C.* De extraneo verò affirmamus, etiamsi in conditione erraverit, putans eum sui juris esse, non filiumfam. *Vultej. lib. 1. cap. 4. num. 8. Schneid. num. 98. Schoner. D. 2. th. 56. Obr. lib. 2. cap. 2. num. 37.*

CXXI.

Oritur hìc controversia illa nobilissima, & à plurimis, pluribus rationibus hinc inde agitata Quæstio. Utrum filio de feudo aliquo investitito, usufructu ejusdem patri acquiratur? *Niell.* quidem

D. F. 2. *th.* 5. *lit.* D. in affirmativam videtur inclinare. Nobis hoc loco probabilior jurique feudali convenientior negantium videtur opinio. I. Quia feuda non censentur jure reliquorum bonorum, sed ejus naturæ sunt, ut ad ascendentes non transeant. *c. un. tit. de nat. suc. feud.* 2. F. 50. II. Quia jure castrensis peculii censentur, dantur enim ob militaria servitia; At castrensis peculii usumfructum pater non habet. *lib.* 6. C. *de bon. quælib.* E. nec feudi. III. Quia hoc inter Dominum & vasallum convenisse videtur, ut ususfructus apud filium, non etiam patrem esset quia ideò filio datus fuit, ut apud eum, & ejus heredes in perpetuum maneret, & ut filius, non pater servitia præstaret. *cap.* 1. *in fin. in quib. caus. feud. amitt.* 2. F. 23. Et propterea hæc conventio meritò servanda. *l.* 5. *de pact.* alias pater acciperet commoda, filius vero incommoda, nempe servitia. Vid. *Auth. excipitur C. de bon. quæ lib. Schrad. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 6. *& seqq. Schneid. l.* 3. *num.* 89. *Anton.* D. 2. *th.* 6. *lit.* C. *Steph. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *Ruding. lib.* 1. *cap* 8. *n.* 8. *Hattyf. c.* 6. *lit.* C. *Schoner.* D. 2. *th.* 58. *Vult. lib.*

lib. 1. *cap* 4. *num.* 8. *Rittersh. p. f. lib.* 1. *cap.* 6. *q.* 7. *Dn. Arum. D.* 3. *th.* 39.

CXXII.

Qualitatis ratione omnes perſonæ, tàm ſani, quàm imbecilles, vel quolibet modo imperfecti, feuda ſibi acquirere poſſunt; Quorum in numero ſunt mutus, ſurdus, cæcus, furioſus, mente captus, prodigus, & ſimiles. *Weſ. c.* 5. *n.* 6. *Roſenth. c.* 3. *concl.* 8. *Schrad. p.* 4. *c.* 3. *n* 7. *Anton. D.* 2. *th* 6. *lit. E. Vult. lib.* 3 *c.* 4. *n.* 11. *Ritter. lib. c.* 8 *n.* 5. *Ruding. lib.* 1, *c.* 8. *n.* 3. *Anton. Borrin. tract. feud. p.* 5. *c.* 3. §. 1. *Dn. Arum. D. F.* 3. *th* 43. 44. & 45. Et Dominus imputare ſibi poteſt, quod in ejusmodi vitio laborantem ſponte feudum contulerit. *Steph. lib.* 2. *c.* 4 *n.* 7. Imò Dominus tacitè videtur permittere, ut, vel nulla ſervitia præſtent, vel per ſubſtitutum id expediãt. *Sum. Pariſ. c.* 10. *Berens D. F.* 2. *th.* 33. Hoc tamen procedit in feudo noviter per inveſtituram acquirendo: aliud in ſucceſſione ut & amiſſione juris eſt, quo de infrà ſuo loco.

Ratione qualitatis omnes tàm ſani, quàm imbecilles feuda acquirere poſſunt.

CXXIII.

In furioſo tamen & mente capto idem quod in infante obſervandum videtur, ſcil. cùm æque omni judicii rectę-

què rationis usu destituatur, eorum nomine curatores feuda accipiant, *arg. l. 5. de R. J.*

CXXIV.

Tandem Numerus quoque in Accipientium personâ nihil impedit. Pluribus enim conjunctim feudum tribui potest: sive omnes æqualiter successerint, sive communi pecunia feudum emerint. *arg. c. 1. si plures sint dom. vel vasal. 2. F. 77. §. firmiter 1. de prohib feud. alien. per Frider. 2. F. 55. §. si duo fratres 2. de feud. March. 1. F. 14.* Idque feudum dividere ipsis permissum quandoque voluerint etiam sine præscitu vel consensu Domini. *Lehenr. cap. 32. in pr.* Cùm nemo invitus in communione manere cogatur.

CXXV.

Accipiunt autem omnes feuda vel per se, vel per alios. Et hoc qnandoque voluntariè, quandoque coactè: puta Procuratores, Syndicos, Servos, & alios. *Rittersh. lib. 1. cap. 8. num. 6. Dn* Finckelthauß. *D. F. 5. th. 16.* Et tantum de his, qui feudum accipere possunt.

Prohibentur à feudorũ acquisitione.

CXXVI.

Prohibentur autem similiter quæ dam

dam perſonæ à Feudorum acquiſitione, quemadmodum etiam ſuprà à datione. Et in genere omnes quibus hoc nominatim interdictum eſt. *tit. per quos fiat inveſt.* 2. F. 3. In ſpecie verò I. Hæretici. *arg. l.* 4. 10. 12. *&* 18. *C. de hæret. Nov.* 131. *c.* 14. *c. fin. X. de hæret. Anton. D.* 2. *th.* 6. *lit.* F. *Ruding. lib.* 1. *cap.* 8. *n. ult.* II. Apoſtat. *arg. l.* 3. *&* 4. *C. de Apoſt. Schoner. D.* 2. *th.* 67. *lit. G.* III. Excommunicati excommunicatione majori. *Schoner. D.* 2. *th.* 68. *lit. B. Vultej. c.* 4. *n.* 12. *Anton. D.* 2. *th. ult. lit.* F. IV. Læſæ Majeſtatis rei. *arg. l. fin. C. ad L. jul. maj. l.* 15. *ff. de dunat. l.* 9. *C. de bon. proſcript.* V. Banniti. *arg. l.* 2. *C. de bon. proſcript. Obr. lib.* 2. *cap.* 2. *n* 18. VI. Deportati. *arg. l.* 17. §. *item* 1. *ff. de pœn. l.* 15. *ff. de interd. & rel.* VII. Uſurarii per *L.* 2. *C. de dign. arg. l.* 29. *C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* VIII. Judæi. *Steph. lib.* 2. *c.* 4. *n* 19. IX. Infames. *arg. l.* 27. *C. de inoff. teſtam. c.* 87. *de R. J. in* 6. *Ruding. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 14. X. Quocunque crimine publico damnati. *Vult. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. Vid. *Schoner. D.* 2. *th.* 67. *& ſeqq.* Hi omnes Saxonibus dicuntur Rechtloſen / die des Rechten darben / vnd vor Gericht rechtloß gemacht ſind / quod multis modis fieri poteſt, uti pleniùs

explicat *Gloss.* **Lehenrecht** *cap. 2. num. 22. per tot.* qui omnes, jure etiam Saxonico, uti feudorum in genere, ità in ſpecie jurisdictionis incapaces pronunciantur. **Lehenrecht** *d. cap. 2. in princ. ibid.* **Vnd alle Rechtloſe &c. ſollen Lehenrechts darben/** & **Lehenrecht** *cap. 61. in princ. ibid.* **Es mag kein Rechtloß Mann** *& cæt.* **Gerichte zu Lehen haben.**

CXXVII.

Præterea Jure Saxonico, non tantum banno Imperiali perculſi, & ab Imperio proſcripti, ſed etiam qui inferiori judicio, Domini videlicet banniti ſunt, vel adverſus quos ad bannum proceditur, aut qui publici alicujus criminis rei ſunt, incapaces feudorum efficiuntur, adeò ut ne inveſtituræ renovationem de feudo antiquo ad ipſos devolutæ Dominus interim facere teneatur. **Lehenr.** *cap.* 13.

CXXVIII.

De Spuriis quoque idem traditur in *cap. 2.* **Lehenrecht** *in princ. ibid.* **Die vnehlich geboren ſind/ ſollen Lehenrechts darben.** Conſentire videtur jus feuda-

feudale commune. §. *Naturales tit. ſi de feud. defunct. content.* 2. *Feud.* 26. quod omnes quidem in acquiſitione per ſucceſſionem libenter admittunt, in eâ verò quæ de novo per inveſtituram fit, non æquè. Tunc enim in arbitrio Domini ſcienter concedentis eſſe exiſtimant. *Schneidvv. p.* 3. *in f. Niell. D. Feud.* 2. *theſ.* 6. *lit. D.* qui tamen ad feuda dignitatem annexam non habentia etiam infames de jure Spurios autem indiſtinctè admittit. Alii in perſonâ Domini diſtinctionem quærunt. Aut enim is pater Spurii eſt aut extraneus. Pater filio neque gratis neque precio feudum concedere poſſe dicitur, cum neque vendere, neque donare ipſi aliquid poſſit. *l. ſi quis* 6. *verſ. nihil perſonas C. de inceſtit. & inutil. nupt. l.* 1. *verſ. ſed & ſi uxori ib.* vel emptioni collatum. *& verſ. ſive itaque. ibid.* ſive ab eo emptum. *C. de nat. lib. Br. in l.* 1. *ſi quis ex bonis num.* 4. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Extraneo verò feudum novum Spurio dare conceſſum autumant. *argum.* §. *Sed etiam rès.* 1. *verſ. perſonam vero. tit. per quos fiat inveſtit.* 2. *Feud.* 3. *Laurent. Sylvan. de feud. cognit. quæſt.* 103. *Schrader. part.* 4. *de*

feud. cap. 3. num. 7. Alii magis in personâ Accipientis differentiam locant ut si talis sit Spurius, qui re & vitâ honestus sit, admitti possit, sin secus, minimè, *argum. l. generaliter 3. §. Spurios 2. l. Spurij 6. in princ. ff. de decur. l. Imperialis 23. in princ. C. de nupt. c. nunquam 4. c. Apostolica 12. & seq. Dist. 56.* quæ distinctio à nemine, quod sciamus hactenus rejecta est, ideoque illam in dubio retinendam putavimus.

CXXIX.

Quod si tamen penitius rem introspexerimus, & præcipuè ad praxin & usum hodiernum oculorum aciem converterimus, apparebit utiquè, Spurios non tantum, sed & Naturales in specie sic dictos facti quâdam laborare turpitudine. Ipsâ enim experientia, ad quam in dijudicanda infamiâ facti, potissimum respiciendum est, id evincit, cùm nemo inficias ire possit, famam illegitimè natorum apud honestos & graves viros non esse integram. Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 30. num. 8.* Adeò ut nemo sit, qui illegitimum se esse optet,

optet, vel non indignetur si verè vel falsò ejusmodi macula ipsi objiciatur.

CXXX.

Hinc est, quod à sacris ordinibus repelluntur, *c. accedens.* 14. *ext. de purgat. emor.* Quod in Camerâ Imperiali ad Assessoris dignitatem non admittuntur, uti gravissimo præjudicio confirmavit Mynsing: *Cent.* 4. *Observ.* 31. Quod extantibus aliis Decuriones non fiunt, *d. l.* 6. §. 2. *ff. de Decur.* Quod Doctoratus dignitas ipsis denegatur. Mynsing: *d. Observ,* 31. uti non in aliis saltem, sed & in hâc nostrâ Academiâ usu servatur, ut ignoti natalibus sine documento ad examina non admittantur: Quod denique in literis investiturarum expressè illegitimi excluduntur, adjectâ istâ clausulâ: **Leihen jhme / vnd seinen Ehelichgebornen Leibes Lehenserben.**

CXXXI.

Et quia jure feudali in tantum comparata est, illorum existimatio ut succedere in feudis nequeant, *d.* §. *Naturales.* 2. F. 26.

2.F.26. Jure autem Saxonico indistinctè macula patris noceat filio uti ex textu **Landrecht** *lib.* 1. *art.* 51. *& Gl. ibid.* probat Reinhard: *part.*6. *differ.*26. patet ex *d. c.*2. **Lehenrecht** *in princ.* Aliud autem jure feudorum communi in novâ acquisitione statutum non reperiatur, ut sic diversitas sine Textu evidenti in hâc materiâ constituenda non sit: Quin potius communis *DD.* opinio infinitis Interpretum auctoritatibus, & insuper ipsius sacræ scripturæ testimonio subnixa, à quâ nec Hartman Pistor. discedit, *d. quæst.*30. *num.* 8. *& ult.* quæque publicæ honestatis custos est, à nostris stet partibus, non immeritò dicimus, non debere dominum illegitimè nato feudum de novo concedere, cum persona ejusmodi tot præjudiciis gravata non possit honestè stare in Curiâ Domini, quod ipsum tamen & jus feudale commune in accipientis personâ requirit. *in pr. an ille qui interfec. frat. dom.* 1. *Feud.* 37. *Matth. de Afflict. in d. §. Naturales. num.* 14. *& ibid.* Schenck Baro, Vultej: *lib.*1. *de feud. c.*9. *num.*91. *vers. cujus rei ratio.*

132. Nisi

CXXXII.

Niſi fortè in ſummo Principe, qui jus legitimandi habet, id limitare velimus, cum is reſtituere natalibus poſſit, & ſciens conditionem accipientis feudum concedendo jus legitimorum natalium quoque concedere videatur: Quod multò magis aſſerendum erit, ubi de expreſsâ ipſius conſtiterit voluntate, per ea, quæ diſputant *Gl. Afflict. num.* 9. *& ſeq. in d. §. Naturales.* Weſenb: *cap.* 6. *de feud. num.* 11. *&* 12. Borcholt: *cap.* 7. *part.* 2. *num.* 54. Forſter: *lib.* 7. *de ſucceſs. c.* 12. *in fin.*

FINIS.

Digitized by Google

Collegii Feudalis publici
Disputatio IV.

De

Feudi Materia seu Rebus, quæ in Feudum dentur.

Respondente
GOTHOFREDO LINDEMUTH.
Isleb.-Mansfeld.

Thesis I.

I. HActenus in præcedenti disputatione de causa efficiente, seu personis Feuda constituentibus, actum est; sequitur nunc objectum sive causa materialis, quæ continet res, in quibus feuda erigi ac constitui possunt. *Objectū, seu causa materialis*

II. Primò igitur generaliter sciendum:

quod omnes res, quæ in commercio hominum esse possunt *c. un.* §. 1. 2. *F.* 3. §. *nullius. & seq. Inst. de* R. D. *l. inter stipulantem* 38. §. 5. *D. de V. O. l. sancimus* 22. *C. de S. S. Eccles.* nec aliâ ratione vetantur, rectè in feudum dentur *d. c.* 1. *in fin. pr.*

III.

Res autem illæ in feudum dandæ, sunt vel Ecclesiasticæ, vel seculares.

IV.

Res Ecclesiasticæ.

Et quamvis Leo & Anthemius Impp. Rom. Ecclesiæ Constantinopolitanæ res quascunque alienare, consentientibus etiam in id omnibus Clericis, vetuerunt, *l. jubemus nulli* 14. *C. d. tit.* Cui deinde quoque legi Imp. Justinianus non tantum subscripsit, sed illam præterea ubique in monasteriis ac Xenodochiis observare & custodire jussit, uti videre est ex Auth. hoc jus correctum C. eod. tit. attamen, illis non obstantibus, rerum Ecclesiasticarum alienationem, atque illarum in feudum concessionem, tam jure Canonico, quam Consvetudinario licitam esse, testantur *c. ad nostram X. de reb. Eccles. non alienand. c. un.* 1. *feud.* 1. *& c.* 1. 1. *feud.* 6. *Borch. de feud. c.* 6. *n.* 18. *Vult. de feud.*

c. 5.

c. 5. num. 13. verſ. res autem Eccleſiaſticas &c.

V.

Quam tamen tum demum legitimam eſſe putamus, ſi nimirum conferenti antiquitus, res Eccleſiaſticas alienare & in feudum dare, jus ac conſvetudo fuerit, etiamſi ipſæ alias infeudari non ſint ſolitæ *per text. manifeſt. in c. un. d. t. F. 6. & c. un. d. t. F. 1.* modò id Eccleſiæ expediat, vel neceſſitas quædam urgeat *c. 1. verſ. à Prælatis de Inveſtiſtur. vet. & nov. benef. &c. 4. F. 91. c. 2. X. de feud. Schneid. Epitom. feudal. part. 3. n. 48. Vult. d. c. 5. n. 14. verſ. verumenimver. quem ſequitur Arum diſp. feudal. 4. theſ. ult.*

VI.

Ab iis autem rebus in feudum dandis Eccleſiaſticis haſce tres ſpecies, titulos ſc., decimas, ac primitias, exceptas haberi volumus *d. c. un. 2. F. 6. c. ad hæc. c. qvamvis. c. prohibemus. X. de decim. c. ſtatuto. §. ſanè eod. tit. in 6. & Dd. in c. un. §. ſed & res. d. 2. F. 3. Vult. d. loc. in verb. qvare ita ſtatuo. Schneid. de Epitom. Feudal. part. 2. num. 8.* Ratio deſumi poteſt *ex c. ſemel*

Deo dicatum d. R. J. in 6. l. 6. §. 3. ff. de R. D.

VII.

Sed utrum Prælatus vel alius Ecclesiæ superior possit Laicis decimas ad Ecclesiam reversas, & ante concilium Lateranense concedi solitas, de novo in feudum dare, quæstionis est?. Negativæ meritò nos cum Fachin. 7. *controvers.* 72. adstipulamur sententiæ. Ratio datur illa qvadruplex. (1.) Quod prohibitio Cōncilii Lateranensis, ne videlicet Laicis decimæ concedantur, est generalis *in allegatis in thes. præced. c. c.* (2.) Quia decimæ ad Ecclesiam reversæ nihil ab aliis differre dicuntur, dum pristinam reassumunt naturam *arg. l. si unus* 27. §. 2. *vers. quod & in specie ff. de Pact.* Et ita (3.) decimæ Ecclesiis iterum appropriatæ pro merè spiritualibus secundum Ludov. IV. constitutionem cum habeantur, in feudum concedi non poterunt *VVesemb de feud. c. 5. n. 8.* Denique; (4.) accedit, quod decimæ sint cibus servientium in domo domini, & iis solis dari debent, à quibus spiritualia recipiuntur *c. Ecclesias* §. *his itaq;* 13. *q.* 1. Ergo nemini, illas infeudare, erit concessum *Schneid. d. part. 2. n. 8.* Ex

IIX.

Ex cauſa tamen decimarum fructus Laicis concedi poſſe ad certum tempus vitæ gl. *in d.c. quamvis X. de decim. quam ſequitur Schneid. jam d. loc. n. ſeq.* teſtatur. *Alvar. in c. un. d. 1. F. 1.*

IX.

Papæ vero non tantum decimas ad Eccleſiam reverſas, ſed etiam res nunquam infeudari ſolitas Laicis in feudū concedere licitum eſſe, indubitanter verum, & cui nemo contradicere audeat, tradit *Roſenth. de Feud c. 4. concl. 27. n. 3.* Rationem inter alias aſſignat hanc Panormit. *in allegat. c. ad hæc X. d. tit.* quod nimirum nemo Laicum, citra Papam, juris ſpiritualis capacem reddere valeat; ſed tantum in rebus maximi momenti Cardinalium conſenſu opus eſſe, ſupra diximus.

X.

Res porrò ſeculares quod attinet, illæ unius generis non ſunt, ea propter diſtinctiùs in harum pertractatione procedimus, easque in Corporales ac in Incorporales diſpeſcimus: Corporales iterum in immobiles, mobiles aut ſe moventes ſubdiſtinguimus. Immo- *Seculares.* *Corporales.* *Immobiles.*

biles rursum sunt vel soli, vel solo cohærentes.

XI.

Res soli. Per res soli (quod proprium JCtorum verbum vocat Seneca *lib. 2. quæstion. natural. c. 1.*) principalitêr solum ipsum cuiuscunque generis intelligitur, veluti fundus ein Orth/ein Dorff/ ager, pratum, portus, area, putei, vinea *l. domo. 21. D. de pignorat. action. l. si inferiorem 2. C. de R. V. §. cum in suo 29. cum 3. seqq. Inst. de R. D. l. ii qui in puteum 11. in pr. ff. quod vi aut clam* Sebrader. *tract. feudal. part. 3. c. 2. n. 1 Zas. part. 4. de feud. n. 2. Vult. d. c. 5. n. 4. in pr.* Hæc omnia in feudum dari quod possint, expeditum constat *ex c. un. 2. F. 1. c. un. ex quib. caus. feudum amittit. 2 F. 23.* Concordat Jus Saxon. Lehnr. c. 10. *ib.* hat aber der Herr dem man ein Orth oder Dorff beschieden *& c. 11. ib.* Ob der Herr einem Manne leihet ein gantz Dorff/ einen gantzen Weingarten.

XII.

Res solo cohærentes. Res solo cohærentes dicuntur, quæ non tantum à solo sustinentur, verum etiam juncta infixaque sunt, & terrâ se tenent *l. fundi 17. ff. de action. empt. l. quia acervum 10. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. hoc interdi-*

terdictum ff. de vi & vi armat. ut ædificia, arces, caſtra, molendina, in quibus feudum conſiſtere docet §. *item ſi vaſallus.* 3. *cum ſeqq. ſi de inveſtitur. feud. controv. fuer.* 1. F. 4. *Curt. de fend. part.* 1. *in pr. q.* 6. *n.* 11. *Schrad. d. tract. feud. part.* 3. *c.* 2. *n.* 1. 2. 3. Solo etiam cohærent arbores, ſylvæ, vites & fructus pendentes *l. Julianus* 13. §. 10 *ff. de actionib. empt. & vend. l. fin.* §. *pen. ff. quæ in feud. creditor. l.* 44 *ff. de R. V.* Hujusmodi quoque ſunt granaria ex tabulis confecta & ſtipitibus terræ adfixa, *l. granaria* 18. *ff. de action. empt.* ſicut & alia adfixa, *Montan. de feud. l. b.* 2. *c.* 3. item quæ perpetui uſus causâ ibi ſunt *l. fundi.* 17. §. *Labeo D. de action. empt.* uti ſunt animalia quæ ad laborandum & infimandum fundum ſunt neceſſaria; *Vult. d. c.* 5. *n.* 4. *verſ. de his qui perpet. &c.* ſeu quæ ipſi fundo ſunt pertinentia; hujusmodi duplicia facit Mœnoch. 3. *præſumpt.* 99. *num.* 7. proxima ſc. & remota. Hæc & omnia alia, quæ perpetui uſus causâ cõparata ſunt ut Machinæ bellicæ in Fortaliciis & ſimilia unà cum caſtro in feudũ conceſſa intelliguntur. *Tiraquel. in tr. de utroq; retract.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 96. *& ſeqq. Cæpoll. de ſervitutib. ruſticor. prædior. c.* 31. *Schrad. d. part.* 3. *c.* 4. *n.* 11.

XIII.

Fructus. Utrum autem res ſolo cohærentes, cujusmodi inter alia ſunt fructus fundo adhærentes, per ſe & absque fundo infeudari queant? Sunt nonnulli, hoc qui negant; inter quos reperitur Niell. *diſp. feud. 3. th. 1.* Sed verior hoc in paſſu adfirmantium ſententia, expreſſe quæ *in d. c. un. §. ſciendum 2. F. 1.* fundata eſt. Hanc præterea confirmat illud: quod ea, quæ de toto adfirmantur, etiam de parte ſint accipienda *l. quæ de tota 76. D. d. R. V.* At fructus pendentes fundi partem eſſe conſtat *per l. alleg. 44. in th. 15. ff. de R. V.* Sicuti ergo fundus tanquã totum, ita & fructus tanquã pars ipſius in feudum concedi poterunt; *Arum. de diſp. feudal. th. 7.* dummodo fructꝰ ſint tales, qui ſingulis annis renaſcuntur *Zaſ. d. tract. feud. part. 4. n. 19. Borch. de feud. c. 6. n. 11. Schrad. d. part. 3. c. 2. n. 56. Roſenth. d. c. 4. concluſ. 2. n. 2. qui allegat. gl. in d. §. ſciendum Gœdd. diſp. feudal. 5. th. 7. & Arum. jam allegat. loc.*

XIV.

Molendina. Molendina ulterius licitè per ſe in feudum quoque dantur, eò; quòd ſolo inhærent, & ſic immobilia ſunt arg. *l. 1. §. pla-*

§. plane si quis 3. ff. de vi & vi armat. Arum. d.l.th.8. & Schrad.d.part.3.c.2. n.2. Quod de iis molendinorum generibus accipi vólumus, quæ ſtipitibus in terram defoſſis ita ſubnixa, ut loco moveri non poſſint, *Roſenth. d.c.4.conclus.4.n. 2. Gothofred. Anthon.diſput.at.feudal.3.th.4.Vult. d.c.5.in fine ferè & Arum. d.l.*

XV.

Secùs autem ſe res habet in molendinis, quæ ad inſtar navium aquis innatant, qvæ Germanicè Schiffmühlen/ & quæ â ventis agitantur, hæc Germanicè Windmühlen dicuntur. Hæc enim terræ ita firmitèr infixa ſi non ſint, ut loco moveri poſſint, pro immobilibus haberi non debent *argum. l. Titius horreũ 60.ff.de acquirend.rer.domin.* Ideoque nec feudum in iis conſtitui poterit; *c. un. in quib.cauſ.feud.amitt.2.F.23. Borch. d.c.6.n. 11.verſ. ſic granar. Sixtin. 2. de regalib. 3.n. 71.Vult.d.c.5.n.5: Arum.d.th.8.* Niſi domino in ejusmodi molendinis jus quoddã certum conſtitutum ſit, ut in ea vicini frumentum deferre cogerentur, (quod genus vulgus Zwangmühlen appellat) tunc enim ratione hujus juris acqpiſiti, quod inſtar rei mobilis eſt, ipſi, ejus-

modi molas alicui in feudum concedere licitum esse, non negamus cum *Wesemb. d. c. 7 n. 2. Rosenth. d. loc. & alii.*

XVI.

Res mobiles aut se moventes.

Res mobiles aut se moventes per se ac principalitêr infeudari, repugnante harum naturâ, nequeunt *d. §. sciendum. & ibi Dd. 2. F. 1.* Directum enim (ut vocant) dominium ac proprietas rei feudalis apud dominum dantem semper remanere debet *c. un. §. quamvis 2. F. 8. c. un. in fin. in quib. caus. feud. amittit 2. F. 23.* At rerum mobilium ususfructus constitui non potest, qui non simulac proprietatem in usufructuarium transferat *§. instituitur Inst. de usufr. l. si vini 7. D. de usufr. earum rer. quæ us. &c.* Neque hic refugium ad cautionem fumi poterit, sub quâ aliàs quasi ususfructus constitui solet: *d. §. constituitur vers. sed utilitatis causa*, siquidem illa hoc operari non poterit, quo minus proprietas verè danti intervertatur, neque ad hunc interponitur finem, sed saltem propter rei, casu existente, restitutionem *d. §. constituitur Borch. d. c. 6. n. 33. & 34. Zas. d. part. 4. n. 21. Sonsbec. part. 8. n. 27. de feud. Wesemb. d. tract. feudal. c. 7. Valt. d. c. 5. n. 10. Arum. d.*

disput.

disputat. th. 3. Schrader. d. part. 3. c. 1 n 16. In consequentiam autem ejusmodi rectè infeudandæ veniunt *arg. l. si quando 9. C. unde v l. si qvando 2. de bon. vacant. lib. 10. l. 1. §. plane D. de vi & vi armat. Borch. Zas. Schrader. Vult. jam locis allegat. Mozz. de reb. quæ in feud. dar. poss. n. 17. vers. primò fallit.*

XVII.

Hinc nec in pecuniâ per se consideratâ subsistere feudum potest, teste Berlich. *part. 3. conclus. 41. n. 5.* Uti nec in pecunia ex feudo vendito redactâ *per text. clar. in § si Vasallus ib. nec quod accepit trãse actionis nomine, si de feud. defunct. content. &c. 2. F. 26 Borch. d. c. 6. n. 14.* propterea q; illa non ad feudi, sed allodii transibit heredes *Arum. d. disp. th. 5. Berlich. jam loc. citat. n. 7. ubi de jure quoq; Saxonico ita servari testatur per Constitut. Electoral. August. part. 3 Constitut. 30.* Consvetudine tamen optimè introduci posse, ut ejusmodi pecunia ex feudo vendito coacta sit loco feudi, tradit post Prückman. *d. conf. 9. n. 1. 2. 20. 21. & 22. Berlich. d. conclus. n. 12.* **Pecunia.**

XIIX.

Solet insuper pecunia quoque aliis duobus modis feudi naturam sapere. (1.) quando certa pecuniæ summa è fun-

fundo vel ærario principis alicui quotannis solvenda constituitur, quemadmodū accidere videmus in feudo Soldatæ, Cameræ, *d § sciendum*, ac similib. (2.) Si à Principe regia quâdam dignitate præfulgente ejusmodi pecuniæ feudi natura sit tributa *Ludovic. Fachs. conf. 10. n. 2. ib.* aus Fürstlicher Macht vnd Obrigkeit &c. *Jacob. Schult. in suis quæst. practicabil. q. 49. n. 6. part. 1. quos refert ac sequitur Berlich. de conclus. num. 17. Daniel. Möller. ad d. constitut. 30. part. 3. n. 6. vers. & meo quidem tempore, qui in specie id in Curia Saxoniæ Electorali styli esse attestantur.* Idem in terris reliquarum Saxoniæ Ducum dicit *Matth. Cöler. part. 1. decis. 94. n. 5.* Et huic consvetudinem in Marchiâ quoque consentire, provitetur *Prückm. conf. 34. n. 36. vol. 1.*

XIX.

Si ergo inter agnatos conventio expressa, seu pactum intervenerit, ut pecunia ex vendito feudo accepta pro feudo habeatur, tunc accedente domini consensu ac confirmatione (quæ duo necessariò hoc in passu requiruntur, testantibus *VVesemb. conf. 79. num. 14. vol. 2. Prück. d. conf. 9. n. 73. & seqq. Johan. Köppen. decis.*

decis. 18. *n.* 12. *& seq.*) nihil subest dubii, quin hujusmodi pecunia feudi loco habenda, & ad successores feudales transferenda sit: siquidem summâ aliàs afficerentur injuriâ dominus & vasalli agnati, qui eo in feudi alienationem consenserunt animo ac intentione, ut pecunia inde percepta peræquê feudalis maneret, atque ita in eâ ipsorum jus salvum conservaretur, quod æquitati naturali, quæ maximè in feudis attendi solet, *t. fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* 2. F. 52. *c.* 1. *vers. si quis eum, in quib. cauf. feud. amittitur.* 2. F. 23. *Zas. d. tract. feudal. c.* 7. *n.* 3. foret contrarium; *l.* 1. *D. de constit. pecun.* uti loquitur *VVesenb. de conf. n.* 13. *Johan. Köppen. d. loc. qui quo hâc sententiâ allegat. l.* 3. §. *quid ergo. ff de contrar. tute action Berlich d. conclus. n.* 13. *& seq.* Quæ assertio ab Electore Saxoniæ Augusto per *d. nov.* 30. *part.* 3. *vers. ib.* vnd wann das Geldt durch den Lehnherrn &c. electa quoque & confirmata est.

XX.

Quando autem inter fatres vel agnatos saltêm absq; consensu domini convenit, ut pecunia pro feudo accepta feudi naturam assumeret, non mutat rei natu-

naturam istiusmodi conventio. Tum: quod ejusmodi pactum contrariatur rei naturæ, super quâ interponitur: cum feudum in pecuniâ, tanquam in re mobili, uti supra dictum, constitui non possit. Pactum vero contra rei naturam adpositum dicitur nullum in *l. Jurigentium* 7. §. 10. *ff. de pact. l. non dubium* 5. *C. de LL.* Tum: quod pacto contrahentium feudum erigi nequeat: ille etenim feudi constituendi modus nullibi reperitur *d. §. sciendum. c. un. §. 4. si de feudo defunct. content. &c.* 2. F. 26. *Borch. d. c. 6. n. 14. Rosenth. d. c. 4. concluſ. 8. n. 6. & seq. Cothm. conſ. 8. n. 1. & seqq. vol. 1. Johan. Köppen. d. deciſ. n. 6. Vult. d. c. 5. n. 10. verſ. atq; hanc ſentent. Berlich. d. concluſ. n. 18.* Nec refert, licet juramento illud sit confirmatum: *Borch. Köppen. alleg. loc. Schrader. conſ. 19. n. 7. 8. & 9. vol. 1.* pactum siquidem contra naturam rei interpositum, ne juramento quidem confirmari potest *d. l. 7. §. 15. verſ. item ſi quis & §. ſeq. ff. d. pact. l. ſi quis* 112. §. *ult. D. d. legat. 1. Matth. Cöler. part. 2. deciſ. 54. n. 7. & ſeqq.* sententiam hanc jure quoque Saxonico attendi *per d. Nov. 30. §. ult. ſub fin. ibi à contrario ſenſu, poſt alios à ſe citatos* testatur ibid.

21. Im

XXI.

In præmiſſo tamen caſu, ſi talis conventio inter vendẽtem & agnatos inita fuerit, ut pecunia pro feudo accepta in alterius feudi emptionem convertatur, quamvis illa pecunia pro re perfecta, i. e. feudo non habeatur: cum deſtinatum ad certam rem regulariter, ubi factum hominis requiritur, pro re, ad quã deſtinatur, nõ habeatur, *ſecund. Jaſon in l. cæteras § paraverit. D. d. legat.* 1. *Prück. d. conſ.* 9 *n.* 55 *Gail.* 1. *obſ.* 11. *n.* 4. *& ſeqq. Roſenth. d.* c. 4. *concluſ.* 8 *n.* 3. hunc tamen obtinet effectum, ut allodialium heredes ad intereſſe ſint adſtricti *Prück. d. conſ.* 9. *n.* 53. *Vult. d. c n.* 10. *in fin. Borch. d. tract. feudal. c.* 7. *n.* 14. *& Weſemb. d. c.* 7 *in fin.* qui aliquoties in Conſiſtoriis ſecundum hanc ſententiã pronunciatũ referunt, & *Roſenth. d n.* 4. Ratio eſt, quod heredes ex defuncti promiſſione obligantur *l. veteris* 13. *C. de contrahend. & committend. ſtipul.* & ita pacta, factaq; ipſius præſtare tenentur *l. cum à matre* 14. *C. de R. V. l. ſi ab eo* 7. *C. de liberal. cauſ.* In obligationibus verò facti ſuccedit obligatio ad intereſſe *l. loci corpus* 4. § 3. *verſ. ſed in æſtimatione ff. ſi ſervit. vindicet. l. ſtipulationi* 73. *verſ. Celſus l. quoties* 81. *l. ſi quis ſtipul.* 112. § 1. *ff. de V. O.*

Atque

Atque huic sententiæ etiam subscribit constitutio Electoralis *d. constit.* 30. *ubi Dan. Moll. n.* 2. *sub fin. & duob. seqq. Berlich. d. l. n.* 35. 36. *&* 37. *Arum. d. disput. th.* 5.

XXII.

In divisione autem aliud planè obtinet, in quâ uni vel pluribus ex fratribus aut agnatis feudum, reliquis verò pro sua rata certa pecuniæ summa attribuitur, hoc adjecto pacto, ut illa feudalis & in bonis permaneat, usuræ autem quotannis præstentur: ejusmodi enim conventio etiam sine domini consensu subsistit, adeò ut si interim is, cui pecunia & usuræ debentur, decesserit, pactio ista pecuniæ non ad heredes ipsius allodiales, sed feudales successores transferatur. *Prückm. d. conf. c.* 9. *n.* 112. *vol.* 2. *Cothm. d. conf.* 8. *n.* 38. *& seq.* Pacta enim ejusmodi de feudo, quæ secundū legum præscriptum & feudi naturam fiunt, omnino valent, divisionesquè inter eos irrequisito etiam domino factæ subsistunt, uti dilucidè patet *ex c. un. §. si fuerint, quib. mod feud. amittitur* 1. F. 5. *c. un. §. satis benè de prohibit. feud. alienation. per Lothar.* 2 F. 52. *Bart. in l. & ideò n.* 4. *ff. de condict. furtiv. Bald. in l. si familiæ n.* 6. C. *famil.*

famil.hersiſ.c.un.§.omnes.n. 1.2.F.26. *& in c.un.§. præterea n.*3.l. 2. F.25. aliique quos citat ac imitatur *Cothm. d.conſ.n.*27.

XXIII.

Imo etiamſi nec hoc actum ſit, ut pecunia illa perpetuò in feudo retineatur, & annuatim ipſius uſuræ exſolvantur, ſed poteſtas illi tertio exigendi illam pecuniam ex feudo conſtitutam libera ſit relicta; attamen hoc pactum additum ſi fuerit, ut ſit feudalis, vel loco feudi habeatur, & tempore mortis ipſius exacta non ſit, ſed adhuc in feudo reperiatur, nihilominus pro feudo reputatur, & ad ſolos feudales, excluſis heredibus allodialibus, ſucceſſores pertinet *Cothm. d. conſ. in fin.*, *ubi* ita à facultate Juridicâ Franckofurtenſi in hoc caſu judicatum eſſe meminit.

XXIV.

Illo denique nec in caſu, quo, feudo mihi dato, & per tertium quendam evicto, dominus pretium ipſius mihi ſolvere tenetur *c.un.ſi de feud.Vaſal. content. &c.* 2. F. 25. pecunia illa Feudi loco habetur, *per ea, quæ in præcedentibus ſunt dicta*; ſed emenda eſt alia res immobilis,

quæ in feudum recognoſcatur *gl. & Dd. in d.c.un. Zaſ.d.part.4.n.22. Schrad. d.part. 3.c.1.n.8. Roſenth. d. concluſ.8. n.1. & ib.gl. ſub lit. A.*

XXV.

Incorporales. Hactenus de Rebus Corporalibus: accedimus jam ad Incorporales, quò & illæ res pertinent, quas Feudiſta inter immobilia connumerari dicit *in d. verſ. ſciendum de feud. cognit.2.F.1.* quæ omnes communi nomine jura vocantur. Hæc

Regalia. vel Regi ſunt propria vel cum aliis cõmunia. Propria Regi ſeu Imperatori, ſunt Regalia ſecundum *Dd. in d. §. ſciendum. Weſemb d.c.7.n.6. Mozz.d.tit. num.5. Vult.d.c.5.n.6.*

XXVII.

Dicuntur autem Regalia ſecundum Feudiſtas à Rege. Nam Longopartorum (quos jura hæc feudorum in Italiam traduxiſſe ſæpè diximus) ſummus magiſtratus erat Rex, quorum regnum ab Alborno cæpit *Anno Chriſti*, 570., & duravit usque *ad annum* 774. quo Carolus Magnus, devicto Deſiderio vigeſimo tertio Longopartorum Rege, creatus eſt Rex Italiæ & Romanorum Modœliæ: qui vivus adhuc filium ſuum

Pipi-

Pipinum *Anno Christi* 801. Regem constituit; huic ante patrem mortuo nepotem Bernhardum *Anno* 814. suffecit, cujus consors à morte Caroli usque *ad Annum* 819. indeque solus Rex fuit Ludovicus Imperator, à quo deinceps tempore regnum Italiæ semper penes Imperatores germanos fuit, ut verè Maximilianus II. dixerit: Italia non habet Regem, nisi Cæsarem *Bodin. lib.* 1 *de Republ c.* 9. Atq; hinc est, quod Interpretes semper intelligunt Imperatorē Romanum *Andr. Isern. in c.* 1 *n.* 1. *& ibid. afflict. n.* 5 *c. un. quæ sunt Regal.* 2. *F.* 56. *Alvarott. in c.* 1 *in pr. de nov. form fidelitat.* 2. *F.* 7. *Sixtin. d. tract. de Regalib. lib.* 1. *c.* 1 *in pr. Vult. d. n.* 6. Et sic Regalia potius, quàm Imperialia ab Imperatore nominantur, retentâ sc. originali derivatione.

XXVII.

Sunt ergo Regalia jura soli Imperatori propriè competentia (hodie enim hæc cuilibet superiorem non recognoscenti secundum communem Dd. adplausum quoque adpropriantur, *testib. Schneid. d. part.* 2. *n.* 94. *Prückm. ad rubr. d. tit. quæ sunt Regal. Boss. de Regalib. num.* 2. *Rosenth. d. tract. feudal. part.* 5.

concluſ. 1. n. 2. Sixtin. d. c. 1. n. 20. & ſeq.) cuive Imperator ea vel tacitè, vel expreſsè habenda concedit, in ſignum præeminentiæ ſibi ad Imperii dignitatem atq; ſalutem reſervata *Vult. d. c. 5. n. 7. Roſenth. d. tract. feud. c. 5. concluſ. 1. n. 2, Sixtin. d. c. 1. n. 14.*

XXIIX.

Hæc à Juris feudalis Interpretibus dividuntur, uti teſtatur *Sixtin. d. 1. c. 2. in pr.* In Majora & Minora: Minora utilitates, Majora imperii dignitates adpellantur. Hæc reſpiciunt Imperatoris perſonam; illa Fiſcum. Hæc demonſtrant Imperatorem, illa ipſius imperium *Vult. d. c. n. 7. verſ. hæc ſunt generis &c.*

XXIX.

Majora. Regalia majora dicuntur, in quibus ſuprema Imperatoris poteſtas ac præeminentia relucet, quæ & jura Majeſtatis à *Bodin. d. lib. 1. de Republ. c. 10.* à nonnullis etiam potentiora *Mozz. tit. de natural. feud. n. 25.* multisque etiam aliis nominibus ſeu epithetis, quæ videantur apud *Sixtin. d. c. 2. n. 2. c. 3.* à germanis verò die Keyſerliche Hoheiten vnd Reſervaten / Reichs Abſchiedt zu Regenßburgk Anno

Anno 1576. §. dadurch dann &c. promulgaret, vocantur. Atque hæc onus ac honorem potius quàm aliquod commodum habent; *Vult. d.n. 7. eod. verſ. & de hiſce in d. c. un. quæ ſunt Regal.* nihil. Minora vero Regalia ſunt, quæ ad rem potiſſimùm Fiſci reſpectum habent. *Sixtin. d. c. n. 9 Bodin. d. c. 10. Roſenth. d. c. 5. concluſ. 2 n. 4. Vult. d. loc.*

XXX.

Ad Regalia majora referuntur ſpecies illæ ſubſequentes. (1.) Leges condere univerſales *l. 1. & l. ult. §. 1. C. de LL. l. 1. C. de conſtitut. Princip. Roſenth. d. loc. Sixtin. d. n. 9. & Vult. loc. etiam allegat.* quas interpretari ſolius quoque eſt Imperatoris *d. l. ult. §. 1. C. eod. tit.* Ubi notandum, quod hodiè Imperator in Comitiis leges generales cum conſilio Procerum Imperii condit, uti conſtat ex imperii Receſſu *Anno* 1512. promulgato *ib. in §.* Vnd wir Churfürſten *&c. Dan. Otr. in tract. de Jur. publ. c. 11. pag. m. 211. (2).* Uti clauſulâ plenitudinis poteſtatis; ac ex eâ aliquid ſtatuere *Zaſ. conſil. 16. n. 12. lib. 2. Sixtin. d. l. n. 8. (3.)* Jus creandi Reges, Electores, Archiduces, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Comi-

tes ac Barones *Rosenth.d. conclus.2.num.3. Dan.Ott.d.c.11.pag.m.232.* illosq; iterum degradare: quia ejusdem est jus deponendi, cujus est jus elegendi *Dan.Ott.p. seq.* (4.) Jus bellum indicendi, vel aliis licentiam belligerandi impertiri *l.3. D. ad l.Jul. Majest. l.un.C.ut arm.sin.juss.pring. &t. lib.11. c. quid culpatur 33. q.1. ordinat. Cam.part.2.tit.15.ib.* Aus der Keyserlichen Majestät oder vnsern zugeben / *& per Recess. Imper. Anno 1555. ib.in* §. Wo sich aber *&c. cum* §. *seq.* divulgatum. Hodiè verò tantam non attribui Imperatori potestatem, elegantèr tradit *Heig.part.1.q.12. n.29.* cum, inquit, per leges Imperii ipse non solus, sed ordines etiam sive status Imperii de bello inferendo statuunt. (5.) Jus nobilitandi seu nobiles creandi *l.sacrilegii 5. C.de divers.Rescript.l.ult.§. viros autē Illustres C.ubi Senat.vel.clariss.l.un. C.de his qui à princip. &c. lib.10. l.pen.in pr. & §.1.ff de curionib.l.3.C.de consulib.& non spargend. &c.* Dan. Ott.d.l.p.234. (6.) Jus creandi Doctores ac Licentiatos in omnibus superioribus facultatibus; item Magistros artium, Comites Palatinos, & Poëtas Laureatos *Pregrin. in tract. suo de jur.Fis.lib.1.tit.1.n.27. Bocer. de Regalib.*

f.2.th.246. Obrecht. disp. feudal. 5. th. 122. Sixtin.d.c.2.n.27. & seqq. Dan. Ott.d.l.p 237. Hîc sciendum, quod ejusmodi Dd., Licentiati &c. sive ab Imperatore ipso, sive per alios, ut Comites Palatinos, creentur, qui vulgo dicuntur Bullati, iisdē gaudent privilegiis, quibus in Academiis promoti: *Arum. in prælud. ad Aur. Bull. ad pr. qu. 3.* cûm notissimi juris sit, quod dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator, nō liceat *l 3. C. de sacrileg.* At verò Doctor, Licentiatus &c. Bullatus eligitur ab Imperatore, etiamsi non per se, per alium tamē officio ipsius fungentem *Dan. Ott. d. pag.* E. dummodò consveta adhibita sint examina & solennia *l. Magistros 5. C. de Professorib. & Medit. Matth. Stephan. lib. 2 de Jurisdict. part. 1. c. 6. Meurer. lib. 1. n. 74. & seqq.* (7.) Jus creandi Tabelliones ac Notarios *Boreh. in explicat. c. unic. quæ sint Regal. Sonsbec. d. tract. feud part. 8. n. 19. Obrech. disp. d. feud. th. 184. Bocer. d. c. th. 161.* At hodierno die ex singulari Imperatoris concessione Principes, Comites, Civitates, & Comites Palatini, Notarios cōstituere possūt *Obr. d. disp. th. 138. & seq. Dan. Ott. d. p. 137, & seq.* (8.) Jus scholas instituēdi seu instruē-

di publicas, quas Academias appellant, illasque privilegiis condonare *Sixtin d. c. 2. n. 26. Zas. d. tract. feud. part. 5. n. 14. Schneid. d. part. feud. 2. n. 28. Vult. citat. loc. Dan. Otto. d. tract. de Jurepubl. pag. 496.* (9.) Jus legitimandi spurios *Nov. 89. c. 9. l. 3. & tot. tit. ff. de natural. restituend. c. per venerabilem X. qui fil. sint. legitim.* Animadvertendum hic venit, quod Imperator liberos naturales alterius Imperii sive regni subjectos non possit legitimare: Siquidem Imperatorum leges ad eos saltem extendendæ sunt, imperio Romano qui subjecti; *l. 1. C. de sum. Trinit. l. 1. in pr. C de veter. jur. enucl. Nov. 8. in pr. aliisq; juris textibus, quos ulterius pro hâc sententiâ allegat Bocer. d. c. th. 102.* Nisi domini alienæ ditionis, ex quâ liberi illi naturales sunt, in eam legitimationem consentirent, quæ tunc valet. *Decian. consil. 90. n. 21. Costald. ad L. 2. C. de offic. proconsul.* & alii, quos referunt *Bocer. ac Dan. Ott. pag. 239. alleg. locc.* (10.) Jus famæ restituendi, *l. cum indulgentiâ 10. ff. & tot. tit. C. de sentent. pass. §. 1. Instit. quib. mod. jus patriæ potest. solv. Borch. in d. c. un. n. 4. Sixtin. d. c. n. 21. Vult. d. n. 7. Rosenth. d. conclus. 2. n. 4. Bocer. allegat. cap. 2. n. 113. Heig. lib. 2. qu. 22. Dan. Ott. d. c. pag. 239.*

(11.)

(11.) Jus veniam ætatis concedendi *l.1. & l.2.C. de his qui ven.ætat. impetrar. Peregrin.d.c.1.n.10. Vult.Sixtin.& Dan Ott.dd. loc. Obrecht. d. c.2. th.* 131. (12.) Jus absolvendi à juramento quoad effectum agendi, *l.ult.in pr.ff.ad Municipal.l.adigere. 6.§.ult.ff.de Jure patronat. Borch.d. num.4. Obrecht. d. loc.th.*142. *Rosenth.d.c.5.concl. 3.Vult.d.n.7.* Quod jus hodierno seculo Cameræ etiam Imperiali competere, testatur *ordinat.Cam. Imper. part.2. tit.24. Dan. Ott. d. c.* 11. *pag. m.* 265. (13.) Jus cognoscendi de crimine læsæ Majestatis *Obrecht.d.disputat. feud. th.*179. *Sixtin d. c. n.* 18. *Dan. Ott.d. pag.* (14.) Jus Repræsalias concedendi *Heig. part.1.qu.*12. *num.*5. *Knich.de Saxon. Jur. non provoc.c.5. n.*448. *& seq. Sixtin.d.c.n.*12. (15.) Jus de non appellando *l.1.* § 1. *ff. à quib. appellar. non lic. Dec. ad Rubr. n.*13. *X. de appellat. Ferrar 2.de appellation.*3. *Donel.*28 *comment.*6. *Dan. Ott.d.l. pag. m.* 250. Quod jus, licet omnibus imperii Electoribus promiscuè concessum sit *in Aureâ Bullâ Car. IV. tit.*11. reliqui tamen, exceptis Ducibus Saxoniæ ac Brandenburgiæ, contrario usu perdiderunt, *test. Schurff. cons.* 29.*cent.*3. *n.*1. quem referendo imitatur

Dan. Ott. d. pag. & seq. Hic quæstio illâ decidenda venit, an à Cæsare malè informato ad eundem melius informandum appellare liceat? In affirmativam propendemus; siquidem ejusmodi provocatio verè ac propriè non est appellatio, sed fit per modum regressus ac supplicationis, dum sc. clementia ipsius Cæsaris imploratur, ut attentius, pleniusque negotium percipere atque cognoscere velit. *Petr. Gregor. 2. de appellat. lib. 3. c. 7. n. 9. & seq.* quem allegat ac sequitur *Dan. Ott. citat. loc. pag. 253. & ib.* pro hac sententia adducit *l. 1. in pr. vers. quid ergo ff. quand. appell. sit. c. biduum. vers. si quē 2. q. 6.* Et hoc provocandi genere Duces Lüneburgenses Henricus & Guilhelmus in causa inter ipsos ab unâ, & civitatē Magdeburgensem & Hamburgensem ab alterâ parte *Anno* 1569. usos esse, *test. est Dauth. de testam. pag. 37. in fin.* Plures ejusmodi casus, quibus talis provocatio est admissa *vid. apud Dan. Ott. d. loc.* Sed hæc pro instituti nostri ratione sufficiant. Nec enim de Regalibus majoribus jus nostrum feudale principaliter tractat; species eorum plures videantur hinc indè apud autores allatos,

tos, *Sixtin. d. c.* 2. *Obrecht. Bocer. & Ott. citat. locc.* præsertim verò *Politicos.*

XXXI.

Quæritur hoc loco, an Imperator hæc Majestatis Regalia, majora cæteris quoque principibus concedere valeat? Plurimi Ddrum, hoc qui in genere affirmant, inveniuntur, inter quos sunt *Didac. Covarruv. ad c. possess.* §. 2. *n.* 8. *vers. tertia species de R. J. in* 6. *Menoch. cons.* 201. *n.* 127. *& seq. aliiq; multi*, quorum assertionem egregiè refutat *Bocer. d. tract. de Regal. c.* 4. *n.* 2. Licet enim, inquit *alleg. loc.*, quoad species quasdam illis consentire non dubitem, puta in jure legitimandi spurios, creandi tabelliones &c. attamen non ausim id similiter affirmare de jure indicendi bellum publicum, condendi leges universales &c.: siquidem non modò hunc jus indicendi bellum populus Romanus soli principi Romano tributum voluit, *l. hostes* 24. *ff. de captiv. & postlim. revers. l. hostes* 28. *ff. de V. S.* uti & jus condendi leges universales *l.* 1. *ff. de Constitution. princip.* Sed & quod præterea hodiè ad indicendum bellum publi-

publicum, principum ac Electorum, uti & reliquorum imperii statuum, authoritatem adhibere necesse est, sicuti docet *Heig. part.* 1. *q.*12. *n.*29. & supra attactum. Simili modò ad leges generales instituendas horum requiritur adsensus, secund. *text. in præced. th. allegat. ex Recess. imperii Colon. Anno* 1512. divulgato *ib. in* §. Wir Churfürsten &c. Huic opinioni quoque subscribit *Dan. Ott. tit.* 6111. *p.*217. *vers. quæritur & seq.*

XXXII.

Occurrit hic ulterius & illa quæstio, an facta Regalium concessione generali, Majora etiam concessa simul intelligantur? De majoribus simpliciter negamus: quod sine speciali concessione translata non intelliguntur, quæ in signum singulari privilegii Cæsariæ Majestati sunt reservata *quod translationem X. de offic. Legat. c. in generali de R. J. in* 6. *l. obligatione generali* 7. *ff. de pignorib. l.* 1. *C. quæ res pignor. oblig. poss. l. filiusfamilias* 7. *ff. de donation. l. si pater* 12. *ff. quæ in fraud. creditor.* De minoribus verò res est expedita: quandoquidem illorum verborum, cum omnibus Regalibus, nulla esset vis. Notissimi autem

tem juris est, quod verba semper sic dedent interpræterari, nè superflua ac otiosa posita videantur, ut illorum sit aliquis effectus *arg. l. 5. §. 2. ff. ne quis eum qui in Jus voc. &c.* Et ita in terminis concludunt *Luc. de Penn. in l. 1. C. de privileg. scholar. & in l. 1. C. de veteran. lib. 12. Bossius de Regalib. n. 29. Molin. in consvetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 56. & seq.* hosce referunt ac imitantur *Rosenth. d. c 5. conclus. 14. n. 4. sub gl. C. Sixtin. d. lib. 1. de Regalib. c. 5. n. 75. Bocer. d. tract. de Regalib. c. 4. n. 3. Dan. Ott. d. loc. p. 218.*

XXXIII.

Transitum nunc faciamus ad Minora Regalia. Horum autem enumerationem habet Imperator Fridericus *in d. c. un. quæ sint Regal. 2. F. 56.* ubi de illis ex professo tractari solet. *Minora.*

XXXIV.

Primo autem ibi loco referuntur Armandiæ, seu ut alii legũt, Armanniæ. Intelligimus per hoc vocabulum, rejectis aliis variis variorum explicationibus, jus arma fabricandi, seu officinas publicas, in quibus arma præparantur ac fabricantur; ejusmodi enim officinas Imperatorem Romanum omni tempore *Armandiæ.*

pore sibi soli vendicâsse, indicat *Nov.* 85. quò etiam collimat *t. t. C. de fabriensib. lib.* 11. Hancq; interpretationem à Neotericis receptam & omnium verissimam esse, *test. sunt locupletes Cujac. lib.* 5. *Feud. in Constitut. Frider sub rubr. de jur. Fis. Gothofred. in not. ad d.c. unicum ad hoc. vocab. lit. D. Borch. in explicat. d. c. un. n.* 41 *Rosenth. d. c.* 5. *concluf.* 19. *Gothofred. Anthon. disput. feud.* 3. *th.* 7. *lit. B. Vult. d. c.* 5. *n.* 7. *in hoc vocabulo Armandiæ Sixtin.* 2. *de Regalib.* 1. *num.* 5. *Gœdd. d. disp. feud.* 5. *th.* 11. *lit. A.*

XXXV.

Viæ publicæ.

11. Viæ publicæ; quæ à Jure civili regiæ, prætoriæ, consulares *l.* 2. §. *viarum* 22. *ff. ne quid in loc. publ.* item militares *l. fin. ff. de loc. & itin. publ.* appellantur; à germanis verò Keyserliche freye Strassen/ Offene Strassen: Item freye Reichsstrassen/auch Heer oder Bahnstrassen dicuntur: quod omnes ditiones imperii Romani ab ipso Imperatore, partim immediatè, partim mediatè dependent, *Gail. lib.* 2. *de pac. public. c.* 1. *n.* 12. *Sixtin. d. lib. num.* 9. Hæ Regalibus adnumerantur non modo ratione protectionis & universæ jurisdictionis, quæ ad Imperato-

rem-

rom, cum mundi dominus ſit, ſpectat, *l. de precario 9 ff. ad l. Rhod. de jactur.* ſed reſpectu quoque diſpoſitionis. Sicuti enim quondam in jure populi Romani, ſic & nunc illæ ſolius ſunt Imperatoris, ut ipſe ſolus circa eas diſponat & agat, hasquê ſartas ac tectas conſervet *arg. l. litora ff. ne quid in loc. publ. l. ſi in publico in fine ff. de aqu. pluv. arcend. l. ad inſtructionem 5. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Vult. d. n. 7. verſ. viæ publicæ Roſenth. de ſ. 5. concluſ. 20. num. 4. & 5. Gœdd. d. diſp. th. 11. lit. B. Arum. allegat. diſp. th. 17. Dan. Ott. d. loc. pag. 289.*

XXXVI.

Incumbit ergo Imperatori & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus, nec non Ducibus, Marchionibus, aliisque Principibus, Comitibus, Civitatibus, & reliquis haſce vias publicas conceſſione, præſcriptione ſeu legitimâ conſvetudine habentibus, ut illas reddant ſecuras ac latronib. purgent, purgatasquê conſervent *l. 1. §. ſumma. ff. de hi qui effuder. vel dejecer. l. 3. in fin. l. congruit ff. d. offic. præſid. l. ne quid 7. D. de incend. ruin. naufrag. &c.* Quandocunque igitur in horum territorio ſeu diſtrictu depræ-

deprædato restituere aut malefactorem exhibere, sunt obnoxii; *Bart. ad d. l. ne quid. Bald. in tit. qui feud. dar. poss. §. Marchio Col. 2. & in d. c. un. ubi Andr. de Isern. idem docet*, maximè si in ejusmodi dominorum ditionibus à transeuntibus deprædatis vectigal seu pedagium pro salvo conductu, uti hâc nostrâ ætate ubique fieri adsolet, sit solutum *Bald. d. loc. n. 5. Mynsing. 5. obs. 70. Gal. 2 obs. 64. n. 5. Schneid. d. part. feud. 2. n. 115. Borch. in d. c. un. n. 29. Zas. cons. 14. n. 8. Sixtin. d. c. n. 32. usq; ad n. 37. Rosenth. d. c. conclus. 22.* Dummodò deroborati à viis solitis, per quas vulgò solet iter fieri, non deflexerint, secundum *allegat. modò Dd.* Et huic adsertioni adstipulantur Reichs-Abschiedt zu Augspurgk *Anno* 1559. *in* §. damit dann die Obrigkeit/ *ibi* setzen / ordnen vnd wollen wir / uti & Jus Saxon. *lib. 2. art. 27. ibi in verbis:* Wann einer einem geleit giebet/der sol jhn vor schaden behüten/ oder sol jhme den schaden gelten. *Dan. Ott. d. loc. pag. 289 & seq.*

XXXVII.

Hîc quærunt interpretes, an homicidio in viâ publicâ commisso, cognitio sive executio ipsius criminis ad Magistra-

giſtratum, merum & mixtum Imperiũ circa illam habentem, pertineat, an verò ad eum qui habet Regalia? Rectiùs poſterius placet: expediti quippe juris eſt, ad eum ſpectare, qui habet Regalia, videre, ut tutæ ſint viæ *per d. l.* 1. §. *ſumma ff. qui effuder. vel dejecer. d.l. congruit ff. de offic. præſid.* Proindè & cognitio ipſius, ſi quid contra ſecuritatem viarũ committatur, erit *arg. l.* 2 *ff. de Jurisdict. Schn. ad* §. *ult. Inſtit. de J.N.G. & C. num.* 8 *& ad* §. *ſumma autem diviſio Inſtit. de interdict. Beiſt. ad l. admonendi* 31. *ff. de Jurejurand. Borch. d. c. un. n.* 25. quos imitantur *Arum. d. diſp. th.* 18. *& Dan. Ott. cit. loc. p.* 291.

XXXIIX.

Si autem homicidium in mediâ viâ, atque ita in confinio quaſi eſſet perpetratum, ſic, ut interempti pars territorium ejus, qui habet merum Imperiũ, & altera pars viam publicam contingat, tunc veritati cõveniẽtiùs eſſe videtur aſſerere, quod cognitio ſit utriusq; quicquid enim in confinio eſt, regulariter ad utrumque confinem pertinet *arg l.* 2. §. *præterea* 2. *ff. de aqu. pluv. arcend. l. pen. ff. pro ſoc. l. arbor.* 19. *ubi Bald. & Zaſ. pro hâc ſententiâ ita concludunt ff. comm.*

divid.l.adeo.7. in fin. & l.seq. D. *de acquirend. rerum.domin.* Sic multa fiunt dubitationis tollendæ causa, quæ aliàs non fierent *l.qui mutuam in pr ff.mandat.l.quæ dubitationis & ibi Dec. ff. de R.J. Arum. d.disp. th.*19. Errare autem adinodum ii videntur, qui secundum inventionem partis corporis,puta capitis,ut membri principalis,cognitionē delicti Magistratui adsignānt;siquidē ejusmodi cędis cōjecturę quæ ex parte corporis inventâ desumūtur,valdè debiles, & non rarò fallibiles sunt: fortè enim lethaliter vulneratus & moriturus se in alium locum provolvit,vel aliquot passus à delicti loco cōmissi fugit,vel à delinquente in foveam vel flumen fuit conjectus &c. uti loquitur *Niell.disp.feud.ult. in corollar lit.C.* quē refert ac sequitur *Arum.d.th.*19. Si autem unius ex his cognitio criminis esse deberet tunc rectiùs ac veritati propiùs esse putaremus, illam huic Magistratui esse committendam, in cujus territorio occisi pars infima corporis , i. e. pedes inveniuntur : nam in dubio lethale vulnus trucidatum eo loco accepisse fortiùs præsumitur *Niell. d coroll. lit. D.* ubi exemplo quodam hanc rem cla-

claram reddit, quem imitatur *Arum. d. loc.*

XXXIX.

Qui verò mortuus in viâ publicâ reperitur, in ipsius Magistratus territorium humari debet, in quo capite incubuit per text. *in l. cum in diversis* 44. *ff. de religios. & sumptib. funer. Boer. d. tract. de Regalib. c. 2 n.* 152. *Dan. Ott. d. loc. pag.* 229. Si autem corpus interempti in confinio jacens utriusque domini territoriũ capite attingat, tunc sepulturam in ejus domini territorio, in quo non modò parte capitis, sed & majori corporis reliqui parte occisus incumbit, fieri debere, rectè putat *Boer. d. c. num.* 153. quia partem minorem pars major, tanquam principalis facit cessare *l. quicquid* 27. §. *cum partes ibid. proportione rei ff. de acquirend. rer. domin. l. in rem* 23. §. *in omnibus ib. in quibus meæ res per prævalentiam ff. de R.V.* Plures text. pro hâc sententiâ ulteriùs confirmandâ adducit *Boer. d. loc.*

XL.

III. Flumina navigabilia publica, & ex quibꝰ fiũt navigabilia. Quemadmodũ a. vię publicæ cũ ratione jurisdictionis, tũ ratione dominii seu proprietatis Impe- *Flumina.*

toris esse *in præcedenti* 35. *thesi* dictum; sic flumina quoque publica tam jurisdictionis quã proprietatis respectu ipsius esse adserimus *per allegatam jam in dicta th. l.* 3. *ff. ne quid in loco publ.* Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 5. *c.* 7. Heig. *in suis qq. lib.* 2. *q.* 40. *n.* 123. *& seq* Wes. *π. ff. de fluminib. n.* 3. *& ad* § *flumina Inst. de* R.D. Schneid. *ad eund* § *n.* 7. *vers. & licet.* Niell. *disp.* 11. *th.* 4 *lit.* C. Rosenth. *d. c.* 5. *conclus.* 23. qui pro hac sentent. *alleg. Isern. Afflict. & Præpos. in d. c. un. & alios* Peregrin *in d. tract. de jur. Fisc. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 19. *Sixtin. d.* 2. *de Regalib.* 3. *n.* 31. Si enim, inquit ib., horum proprietas ad Cæsarem non spectaret, haud rectè Regaliũ nomen haberent à Rege, quasi ejus propria. Nisi istiusmodi flumina publica superiorem recognoscentibus vel concessione, præscriptione seu consvetudine sint acquisita *Sixtin. & Niell. cit. locc.* Usus verò ipsorum interim nihilominus publicus ac communis remanet §. 1. *& seqq. Inst. & l.* 5. *ff. de* R.D. modò in præjudicium ac injuriam aliorum non fiat *l. fluminum* 24. *ff. de damn. infect.* nec usus publicus exindè deterior reddatur, *l.* 1. § 12. *ff. de fluminib. d. l.* 3. §. 1. *ff. ne quid in loc. publ.* quo respectu aquæ ductus ab Impe-

ratore

ratore poteſt prohiberi *l. 2. ff. de fluminib. l. ult. ac tot tit. C. de aquæ duct. lib.* 11. vel 18, qui hoc Regale conceſſione vel præſcriptione acquiſivit, juſtam ac legitimam, ejusmodi fluminum uſum prohibere, habeat cauſam. *Peregrin. d. loc n. 22. Roſenth. d. concluſ. in fin. Sixtin. & Niell. allegat. locc. & alii ab iisdem adducti.*

XLI.

Conſiſtit autem hic fluminum uſus primò in jure ædificandi ac deſtruendi in flumine, uti adſerit Ulpian. *in d. l. fluminum 24. ff. de damn. infect.* Unde rectiſſimè à Dd. ſtatuitur, quod unicuiq; in ejusmodi flumine molendina conſtruere ac ædificare licitum ac conceſſum ſit abſque licentiâ Principis, dummodo id ſine alterius incommodo *d. l. fluminũ* nec uſus inde publicus deterior fiat *arg. d. l. 1. §. 12 ff. de fluminib. Sixtin. d. c. n. 69. & ſeqq. Niell. d. diſp. & Dan. Ott. d. l. p.* 293. idq; ſive navigabile, ſive non navigabile ſit *per text. expreß. in l. 1. §. 2. ff. ne quid in loc. publ. & d. l. 1. §. 12. Roland. à Vall. conſ. 97. n. 7. verſ. imò fortius. Weſemb. conſ. 67 n. 11 Schurff. conſ. 42 cent. 2. & alii, quos refert ac ſequitur Sixtin. d. c. n. 73 Bocer. d. c. 2. n. 166. verſ. & quamvis.*

XLII.

Hinc patet quod quis in superioris fluminis parte molendinum, invito eo, construi possit, qui in inferiori ejusdem fluminis parte molendinum habet, nec per veteris molæ possessorem prohiberi possit, modò aqua sufficiat, & sic molentium commodum non impediatur. *arg. l. libertorum negotiatoris 45. ff de libertatib. oper & d. l. fluminum Wesemb. cons. 34. n. 15. part. 1. Schurff. cons. 45. n. 4. cent. 2. Dan. Ott. d. tract. p. 293. & seq.* Et hoc jure Saxones quoque uti, *testis est* Weichbildt *sub Rubricâ* wie man Teiche vnd Mühlen von newen bawen soll / *in verbis ib.* wo aber die newe Mühle *&c.*

XLIII.

Expeditæ quæstioni proxima est illa, an is, qui habet in superiore fluminis parte molā, possit tempore siccitatis æstivæ, invito illo, qui in infimâ fluminis parte molā tenet, aquā fluminis colligere atq; restagnare, das Wasser schützen/ ut ipsius mala fortiùs molat? Quod affirmamus, si superior molendinū suum prius exstruxerit, idq; principaliter ad commodum ac utilitatem suam faciat *arg. l. Proculus 26. ff. de damn. infect.* Secus verò

verò est, si hoc faciat, ut alteri noceat. *arg. l. 1. § deniq; ff. de aqu. pluv. arcend. Schn. d. part feud. 2. num. 52. Dan. Ott. d. loc. pag. 294.* Nisi hoc in casu inter superiorem & inferiorem pacta essent inita *l. 1. §. si quis hoc cesserit ff. de aqu. quotidian. l. 1. ff. de constit. pecun.* vel consvetudo loci aliud svaderet, quæ tunc observari debet *per d.l. 1. §. fin Schneid. d.l.*

XLIV.

Consistit secundò usus fluminum publicorum in piscatione, uti notatur *in d.l. 4. & seq. D. de R. D. ac §. fluminum §. riparum Inst. eod. tit.* Utrum autem hoc jus subditis à principibus in totum adimi queat, utilitèr hic quæritur? Negandum est de regula: quia talis prohibitio principum juri Gent., legibus & constitutionibus ipsorum Cæsarum & Principum, uti manifestum constat *ex textib. juris jam allegat:* contrariaretur: quocirca istiusmodi prohibitio facto potius & contra jura, quam juris authoritate subnixâ videretur, uti loquitur *Peregrin. d. c. 1. n. 22.* quem referũt ac sequuntur *Vult. d. c. 5 n. 7. vers. flumina publica Sixt. d. 2. de Regalib.*

c.18.n.11.12.13. & 14. Niell.d. disp.11.th.4. lit.C & th.6.lit.D, Rosenth. d. Conclus. n.3. qui hanc ib. sententiam communem dicit post alios ab ipso allegatos. Justâ tamen ex causâ, publicæ utpote utilitatis, supremo principi talis prohibitio quod sit licita, statuunt *Rosenth. Peregrin. Sixt. & multi alii ab hisce dictis locis citati.*

XLV.

Usus denique publicus in jure quoq; navigandi positus est, de quo *vid. Benevent. Stracha in tract. de navigationib. & Cæpoll c.26.de Servitut. prædior.rust.*

XLVI.

Portus. IV. Portus. Intelligitur per hoc vocabulum aliàs locus, quo importantur merces & inde exportantur *l. portus 59. ff.de V.S.* hoc in loco verò pro vectigali, quod pro transitu à navigantibus vel pro tutâ in portu statione solvitur, accipimus *Isern.n 9. Afflict. & plures in d. c.un. Borch. in explication.d.c.num.9.Vult.d.n 7. vers portus Lindem. exercitation. feud.2 c.3. th.53. Gothofred.Anthon.d.disp.feud.3.th.7. lit.C.Sixtin.d.2. de Regalib.4. n.11. Hortom. in d.c.un.Cæpoll.de servit.rust.præd.c.28.n.2. Rosenth.d c.5.conclus.31. & alii.* Atque ita etiam accipitur ab Ulpiano *in l.inter publica*

blica 17. *ff. de V. S.* Quod vectigal portorium quoque dicitur *in l.* 3. *C. de vectigal. & commiſſ. Borch. Roſenth. & Sixtin. dd. loc.*

XLVII.

V. Ripatica; i. e. vectigalia ſeu gabellæ, quæ pro tranſitu riparum præſtandæ veniunt *Vult. d. n.* 7. *verſ. ripatica Lindem. alleg. loc. th.* 54. *Borch. in d. c. un. n.* 42. qui ib. citat *Iſern., Alvarott. Afflict. & Præpoſit. in d. c. un. Arum. d. th.* 20. hæc germanicè dicuntur Fährlichgeldt *Dan. Ott. d. loc. pag.* 296. Quam interpretationem à Dd. communitèr recipi teſtatur *Sixtin. d. 2. de Regalib.* 5. *n.* 9. *Ripatica.*

XLVIII.

Hic notandum, quod quis ad evitandam ripaticorum ſive paſſagii ſolutionem per vadum tranſire, non poſſit prohiberi ſecund. *Bald in l.* 3. *n.* 4. *C. de Privileg. fiſc. Præpoſ. n.* 3. *Alvarott. n.* 2. *in d. c. un. Schneidvv. d. part. feud.* 2. *n.* 114. *Sixtin. d. loc. n.* 16. ita tamen ut hoc in caſu conſvetudo potiſſimùm attendatur *ſecundum jam allegatos Dd. dd. locc.*

XLIX.

VI. Vectigalia, quæ vulgò vocantur Telonia, germanicè Zoll vnd Geleit. Illa alio nomine gabellæ quoque appellan- *Vectigalia.*

pellantur, quæ mercibus invehendis & evehendis, *Gædd. d. disp. 2. th. ult. lit. A.* item ob salvum conductum, securitatem, defensionem ac reparationem viarum & boni publici causa penduntur principi, vel alteri, cui princeps hæc concessit *Rosenth. d. c. conclus. 33.* qui *ibid. sub gl. B. allegat l. ex præstatione 7. l. universi 5. & l. seq. C de vectigal. & commiss. l. si publicanus §. 1 ff. de publican. & vectigal. Alvarot. n. 3. Præpositi. n. 1. Afflict. in verb. vectigalia in d. c. un. Schneid. d. part. 2. n. 115. Borch. ad d. c. un. n. 45. aliosq.* Hæc secundum vocabuli etymon à vecturâ ita sunt dictæ *Rosenth. d. loc. Sixtin. d. lib. 2. c. 6. in pr.* Quorum jus solius Imperatoris esse, & cui Imperator hæc habenda permittit, confirmant *præter textus à Rosenth. d. loc. adductos & l. vectigalia 10. ff. d. tit. l. 3. & tot. tit. C. nov. vectigal. instit. non poss. c. innovamus 10. X. de censib. Recess. Imper. Anno 576. evulgatus ib. in §.* Weiter sind wir &c. §. dardurch dann &c. & §. derhalben darmit &c. *Mynsing. 5. observ. 29. Vult. d. num. 7. vers. vectigalia Cæpoll. d. tract. de servit. præd. rust. c. 26. n. 14. Dan. Ott. d. loc. pag. 296.*

L. Re-

L.

Referuntur autem ad Regalia non modò vectigalia nova, ſed & antea inſtituta ſeu vetera, ita ut nemini præter Imperatorem illa inſtituere, hæc verò augere liceat *d. l. vectigalia* 10. *in pr. & l.* 4. *C. d. tit. Alvarott. Afflict. & alii in d. c. un. Sixtin. d. c.* 6. *num.* 40. *Gœdd. d. diſp. th. ult. lit. B.* niſi Imperator hoc ſpecialitèr alicui conceſſerit *per locc. jam allegat. Borch. d. loc. num.* 46. Illa porro Majoribus ſive principis reſervatis, hæc vero minoribus Regalibus attribuuntur *Sixtin. d.* 1. *de Regalib.* 2. *num.* 40. *& d.* 2. *c.* 6. *num.* 42. *Bocer. d. tract. de Regalib. c.* 2. *num.* 183. Hinc eſt, quod ne quidem Imperatori hodiè abſque conſenſu Electorum nova vectigalia erigere, vel vetera augere liceat *per text. ex Receſſu Imperii ſupr. allegat. Vasqu. de ſucceſſ. progreſſ. in præfat. num.* 115. & alii quos allegat ac imitatur *Daniel. Ott. d. loc. pag.* 297. *Sixtin. d. c.* 6. *num.* 22. *Bocer. d. c.* 2. *num.* 184.

LI.

In pendendis autem de rebus invehendis

hendis & evehendis vectigalibus observari solet consvetudo *l. si. Publicanus 4. §. fin. ff. de publican. & vectigal.* Ubi, an talis introduci queat cõsvetudo, ut is, qui vinũ vel cerevisiã trãsvehit, ipsa dolea aperire & partem vini aut cerevisiæ vectigalis loco ex iis præstare cogi possit, notabiliter quæritur? Negativæ adhæremus, eò: quod solutio vectigalis in pecunia consistere, non verò ex ipsis rebus seu speciebus invehendis & evehendis præstari debeat *Gæden. cons. 7. n. 17. in fin. & cons. 8 n. 4.* qui pro hac sententia allegat *gl. in d. l. si Publicanus Bart. in l. 1. vers. venio ad tertium &c.* quos refert *Sixtin. d. loc. n. 80.* Deindè quia ex tali vasorum aperitione & evacuatione deterioratio vini aut cerevisiæ, dum potus hinc indè ad latera vasis concussionem patitur, sequeretur; propterea ejusmodi consvetudo, ut irrationabilis, & naturali æquitati, publicæque utilitati repugnans, tollerari ac introduci non poterit *Gæden. allegat. loc.* ubi aliis adhuc rationibus talem impugnet consvetudinem, triaque contra hujusmodi publicanũ refert remedia, quem præter *Sixtin. d. loc.* etiam sequuntur

Schneid.

Schneid. ad §. capite tertio, Inſtit. ad L. Aqu. Bocer. d. c. 2, th. 196. Dan. Ott. d. loc. p. 298. & ſeq.

LII.

Pœna autem vectigal fraudantis eſt, quod merces ipſo jure in commiſſum cadunt; hoc eſt, ſtatim dominium ipſarum amittitur, & ejus fiunt, cui vectigal debetur *l. commiſſa* 14. *D. de. publican. & vectigal l. 2. C. de vectigal & commiſſ. Salicet. in l. neq; n. 1. C. d. tit. Ferret. in tract. de gabell n. 143. Roland. à Vall. conſ. 42. n. 1. & n. 5. lib. 3 Bocer. d. c. 2. th. 207. Sixtin. d. c 6. n. 170.* quamvis ad earū poſſeſſionem amittendam ſententiâ judicis declaratoriâ opus ſit, *per. l. defenſionis facultas* 17. *ubi Cujac. C. de Jur. Fiſc. lib.* 10. *Bart. in d. l. commiſſa Bald. in l. ſi quis in tantum n.* 19. *C. unde vi. Gail. 2. obſ.* 51. *n.* 5. *Mynſing.* 5. *obſ.* 29. *n.* 7. *Coler. in proceſſ. executiv. part.* 1. *c.* 3. *n.* 84. *Treitler.* 2. *diſp.* 8. *th.* 9. *lit. D. Roland. à Vall. d. loc.* Generali tamen conſvetudine hodiê contrarium obſervari, quod videlicet fiſcus ſtatim, vectigali non ſoluto, propriâ authoritate illarum poſſeſſionem apprehendere poſsit, teſtes ſunt omni exceptione majores *Hartmann. obſ.* 1. *n.* 13. *tit. de publican. Johan.*

Köp-

Köppen. quæst. 50. n. 11. aliiq; multi, quos secutus Sixtin. d. loc. n. 173.

LIII.

Non verò omnes omninò res in pœnam commissi incidunt, sed illæ tantummodò, quas quis publicano non est professus *arg. l. Paulus* 58. D. *ad SCtum Trebel. & tit.* 58. 2. F. *Rosenth. d. c. 5. concluf.* 41. *Bocer. d. c. th.* 209. Nec tenetur Publicanus transeuntem admonere ac instruere *l. fin. §. Divi. ff. de publican. & vectigal. Peregrin. d. tract. lib. 6 c. 5. num.* 35. *vers. limita* 2. *Rosenth. d. c. concluf.* 37. modò eum non decipiat, *Peregrin. & Rosenth. jam locc. adduct.* In peditem aut equitem pedagium fraudantem pœna dupli aut tripli pro qualitate fraudis constituta est, docentibus *Petr. Frider. lib.* 2. *de mandat. c.* 43. *num.* 11. *in fin. Bocer. d. c. n.* 216. *qui ibid. allegat pro hâc sententiâ l.* 5. §. 1. *l. locatio* 9. §. 5. *ff. d. tit. his accedit Dan. Ott. d. loc. pag.* 299.

LIV.

Sed nunquid culpa socii rem communem portantis & vectigal non solventis alteri socio quoad suam partem præ-

præjudicium faciat, ut ipſius quoque pars commiſſa dicatur? Simpliciter negamus *per text. manifeſtum in l. fraudatit. 8. §. 1. ff. eod. tit. l. item 11. §. 2. & l. ult. §. 11. ff. d. tit. Roſenth. d. concluſ. 41. ſub gl. lit. C. Boer. allegat. th. 218. qui probâc ibid. ſententiâ citat Bartol. in d. l. 8.* Simili modò nec culpâ aurigæ, naucleri aut famuli rem domini habentis, nec illam gabellario profitentis, nocebit domino *per text. modò adductos Boer. jam d. loc. n. 211.*

LV.

VIII. Jus cudendæ monetæ; vulgò dicitur Münz Gerechtigkeit. Quod jus non ſolum ab Imperatore Friderico *in h. c. un.* ſed præterea quoq; in conſtitutionibus Imperii *Anno* 1524. Dergleichen hat &c. & *Anno* 1551. §. So wollen wir auch &c. promulgatis, diſertè inter Regalia connumeratur. Imo hoc jus monetæ de reſervatis Majeſtatis ſeu Regalibus majoribus eſſe à Dd. creditur *arg. l. 2. C. de falſ. monet. Zaſ. d. tract. feud. part. 5. n. 14. Sonsbec. part. feud. 5. n. 19. Mynſ. 4. obſ. 24 in pr. Mozz. tit. de naturalib. feud. n. 25. verſ. ſi &c. Roſ. d. c. concl. 48. in fin. & ib. in gl. ſub lit. A Vult. d. n. 7. verſ. jus monetæ* **Monetæ.**

queunt, illam ab his redimere sit adstrictus *Schneid. d. part: feud. 2. n. 118. & seq. Niel. d. disput. ult. th. 5. lit. A. Sixtin. d. c. n. 70. & alii ab his dictis locis allegati.*

LVII.

Principi sumptus in cudendâ monetâ factos detrahere permissum, ita ut materia cum formâ seu charactere pluris, quam nuda materia, æstimetur, tradit *Johan. Andr. & Anthon. de Butr. in d. c. quanto Gœdd. d. disp. th. ult. lit. E.* quam sententiam consvetudine quoque receptâ dicunt *Imol. Panormit. in d. c. quanto Dec. in tract. criminal. c. 23. n. 31. lib. 7. Covarrov. in c. 7. n. 5. lib. de veter. numismat. collat. & alii quos referendo sequitur Sixtin. alleg. loc. n. 84. 85. & 86.*

LIIX.

Contra eos jus cudendi monetam non habentes, subsequenti proceditur modo; ut ii, probam qui absque licentiâ principis percutiunt monetam, arbitrariâ, veluti constitutum reperitur *in constitut. Carolin. crimin. art. 3.* quò etiâ spectat *l. ult. C. de falsi. monet. Marsil. in l. qui falsam n. 54. D. ad L. Corn. de falsi. Gœdd. th. ult. lit. F. Decian. in d. tract. crim. c. 23. n. 26. lib. 7. Sixtin. d. c. n. 109. & seq.* adulteri-

nam verò qui feriunt ignis pœna afficiantur *l.1.& l. 2.C.d.tit.* Neque hoc in casu, d. flammarum pœna locum ut sibi vendicet, distingui necesse est, an ejusmodi crimen circa Imperatoris, an verò circa alterius cujusdam inferioris seu superiorem recognoscentis monetam sit commissum *per allegat. Constitut. Carolin. criminal tit. 3. Anno 1551. editam ibi in §.* darzu daß sich *&c. & per Constit. Carolin. crim. Anno 1559. publicatam ibi in §.* Wir wollen/ordnen vnd setzen auch ferner *&c. Sixtin. d. c. 7. n. 120. Gœd. d. th. ult. lit. G. Niel. d. th. lit. A.* Uti nec illo modo, utrũ adulteratio monetæ circa aurum vel argentum sit facta: quia Imperator Carolus *in modò citat. Constitut.*, uti & Imperator Constantin. *in d. l. 2.* simplicitèr ac generalitèr monetæ mentionem faciunt, ita ut non sit dubium, eos tàm de argenteâ quàm aureâ loqui; quam ob causam eandem quoque pœnam in utroque corruptæ monetæ genere comprobare videntur *Sixtin. d. c. 7. n. 122. usq; ad n. 126. ubi in fin. istius num.* hanc insuper distinctionem consvetudini repugnare dicit, *Gœdd. & Niell. dd. quoq; locc.*

LIX.

Mulctæ. VIII. Mulctarum pœnarumq; compendia. Quod accipiendum de compendiis

diis ex majoribus delictis quæ fisco sive Principis ærario applicantur *juxt. l. 5 C. de mod. multar. l. quicunq; 8 §. 3. verf. si vero C de hæret. & Dd. in hoc c. un Sixt. d. lib 2. c. 8 n. 46. Arum. d. disp. th. 20.* Illud tamen jus hodiè principes non tantum, sed & civitates imperiales, partim ex concessione, partim ex præscriptione, imò quivis jurisdictionem omnimodam habentes sibi adserunt: siquidem res eò devenit, ut ejusmodi compendia pro jurisdictionis fructu habeantur, docente *Wesemb. in π. C. de mod. mulct ar. n. 6. quem secuti Lindem. exercit. 2. c. 3. th. 55. Arum. d. th. 20. Niell. d th 5. lit. B.*

LX.

Bona vacantia.

IX. Bona vacantia. Talia censentur esse illa, quorum nullus reperitur legitimus successor seu hæres, quapropter hæc ex L. Jul. in fiscum cadunt, uti patet *ex l. quidam. 96. §. 1. ff. de legat. 1 l. 1 l. 4. & l. ult. C. de bon. vacant. lib. 10 l. ult. de petition. bonor. sublat. Ulp. in fragm. tit. 28. Borch. ad d. c. un n. 67. Sixtin. d. 2. c. 9. in pr. Vult. d n. 7. verf. jus bonorum vacantium Rosenth. d. c. 5. conclus. 52. Dan. Ott. in alleg. tract. c. 11. p. 301.* Ast & in hoc passu hodiè multis in locis eò deventum esse, ut jurisdictionem, merumque & mixtum imperium habentes, idem jus sibi

arrogent, bonaque vacantia occupent, tradit *Sixtin.d.l. n.fin.*

LXI.

Quæstio hîc movetur illa, utrum tutor, aliis agnatis vel cognatis non extantibus, fisco in successione pupilli præferatur? Negamus: quia (1.) legitima hereditas nemini, nisi cui lex illam nominatim defert, conceditur. *l.1. & l. 3.ff. de petit.hereditat.* §. 1. *Inst de hereditat. quæ ab intest.defer. l. 3 & l.10. C tommun.de succes.* Cum ergo in jure nullibi cautum reperiatur, quod tutor pupillo, legitimis heredis non existentibus, succedat, ad absque lege adserere injustum ac absurdum foret *per text. in Nov.* 18. *c.* 5. *in pr. l. ult. in fin. C. de consulib. lib.* 12. Quod (2.) extranei ab intestato nunquam succedunt *l. hereditas* 5. *C. de pact. convent.* Inde nec tutor dativus, ut extraneus, ipsi pupillo succedere poterit. Nec (3.) eam ob causam tutor dativus successionem habet, ut ipsi compensatio laborum, quos in persona pupilli educanda, ac rebus hujus administrandis sustulit, fiat: gratis etenim tutor tutelam administrare tenetur *l. à tutorib.* 33. §. *ult. ff. de R. J.* quem allegat ac sequitur *Boer. d. tract.*

tract. de Regalib. c. 3. th. 31. Niell. d. th. 5. lit. D. & Dan. Ott. cit. loc.

LXII.

Fiſcus in bona vacantia (quod hîc probê notandum) ſuccedens, inventarium conficere non eſt adſtrictus, ita ut eo non confecto ultra vires hæreditatis creditoribus teneatur: quia ejusmodi confectio ab hæredibus tantummodo requiritur *l. ult. C. de jur. deliberand. Nov* 1. *c.* 2. At certi juris eſt, fiſcum non hæredem, ſed loco ſaltêm hæredis eſſe *l. inter eos* 51. §. *ult. ff. de fidejuſſ.* neque ultra vires hæreditatis teneri *l* 1. §. *an bona. & l. non poſſunt ff. de jur. fiſc. Bocer. d. loc. n.* 34. quem refert ac ſequitur *Dan. Ott. d. quoq; loc.*

LXIII.

X. Bona indignis ablata. Huic Friderici Conſtitutioni convenit *tot. tit. ff. & C. de his quæ ut ab indign. & c. l.* 1. *l.* 13. *l.* 38. *l.* 40. *& l.* 41. *ff. de jure fiſci l. Papinianus* 8. §. *meminiſſe ff. de inofficioſ. teſtament. Pet. Greg. in Syntagmat. jur. univ. c.* 12. *n.* 16. *lib.* 3. *Bocer. d. l. th.* 38. *Dan Ott. d. tr. pag* 302. Indigni autem ii cenſentur, quos lex expreſsè indignos declarat, ita ut ab illis fiſcus bona auferat *Peregrin. d. tr. de jur. fiſc. lib.* 2. *Bona indignorum.*

c.2.n.2. Sixtin.d.2. c.10. n.2. sub prætextu verò indignitatis fiscum bona alicui auferre non posse, nisi diserte lex hoc dicat, rectè ac sanè *Bald., Corn. Alexand. in l. 1. C. de hæred. Instit.* docuisse, adfirmat *jam d.loc. Peregrin.* qui rationem ibidem annectit talem, quod in pœnis strictè procedatur, & nisi lex dicat, bonorum ademptio locum non habeat *per Nov.2.c.3. c.odia de R.J. in 6.* hunc sequitur *Sixtin. d. c.n.3.* Quinque autem casus, quibus tanquam indignis ablata in fiscum non rediguntur, recenset *Borch.ad d.c. un.n.77.*

LXIV.

Sed relictum incapacibus pro non scripto habetur *l.1.C. de hæred. instituend.* hâc de causâ non ad fiscum, *l.3 ff. de his quæ pro non script habent.* sed vel ad substitutum, *l.1.ff.d tit.* vel ad cohæredes scriptos, *l un. §. in primo 3.C. de caduc. tollend.* vel his non extantibus ad legitimos hæredes, cognatos sc. & agnatos pertinet *l. in plurium 70 ff. de acquirend. vel amittend hæreditat. & l.1. si ff. tabul. testam. null. extab.*

LXV.

Ardua igitur & multùm inter Dd agitata hic occurrit quæstio, an maritus interficiens uxorem suam, aut econtrà

hæc

hæc maritum, incapax hæreditatis conjugis, an verò indignus vel indigna ejus reddatur hæreditate? Prius affirmam 9 per text. satis *luculentũ in l. si ab hostib.* 10. §. 1. *ff. solut. matrim. l.* 1. *C. de secund. nupt. Ferdinand. Vasq. de Success. resolut.* §. 2. *Boer. decis.* 25. qui allegat pro hâc sentent. *Bald in cons.* 161. *vol.* 1. *& cons.* 164. *vol.* 4. *Hipp. Marsil. cons.* 93. *n.* 12. *Bero. cons.* 32. *in* 6. *dub. vol.* 2. hos refert ac imitatur *Peregr. d. lib. c.* 3 *n.* 6. LXVI.

Bona incestuosorum.

XI. Bona contrahentium incestas nuptias. Animadvertendũ hîc venit, quod istiusmodi bona eatenùs in fiscum cadere dicuntur, quatenùs liberi usq; ad tertium gradum non extãt, ad quos statim bona paterna, incestu à patre commisso, devolvuntur *juxt. Nov.* 12. *c.* 2. hisce verò non extantibus, tunc illa in fiscum seu principis ærarium inferuntur, *d. Nov.* 12. Et ita per hanc *Novell. l. si quis. C. de incest. nupt.* (quâ aliàs incestu facto, liberisque non existentibus, ascendentes usque ad gradum secundum, nec non collaterales usq; ad tertium gradũ inclusivè sunt admissi) cassata ac abolita, pœnaq; in hujusmodi delinquentes ab Imperatore exasperata videtur, uti testatur *Sixtin. d.* 2. *c.* 11. *n* 30.

LXVII.

Huic verò Regali aliquis ut sit effectus, requiritur, ut incestus per matrimonium, non verò per stuprum & absquè matrimonio sit commissus : quia pœna incestus in sæpè *alleg. Nov.* 12., unde Imperator Fridericus illam desumptam in hoc *c.un.* repetiit, simplicitèr ac tantùm contra illum, qui talem matrimonialitèr perpetrat, est statuta; propterea ad aliun casum, quo incestus carnalitèr quidem, sed absq; nuptiis est factus, extendi non poterit: siquidem in pœnalibus non est facienda extensio ad casum, de quo lex non loquitur secundum *authent. de non elegend. secund. nub.* §. *cum autem.* & jura pœnalia sunt restringenda ad terminos ac casus suos *c. in pœnis & c. odia de R. J. in* 6. *Peregrin. d. tract. lib.* 5 *c.* 1. *n.* 17. *Sixtin. d. c.* 11 *n.* 53 *usq; ad n.* 66. *Thesaur. decis.* 100. *n.* 1. ubi hanc sententiam â Dd. communitèr receptam ait.

LXIIX.

Bona damnatorũ.

XII. Bona damnatorum ac proscriptorum. Hæc quoque bona priùs ad fiscum non pertinent, quam si descendentes atque ascendentes usque ad tertium

tium gradum incluſivè non extent *Nov.* 134. *c. fin.* Condemnatorum tamen uxoribus dos ſeu donatio antenuptialis de illis reſervatur; aut ſi ſine dote ſint, tunc quoad quartam ipſis lege debitam fiſco in hujusmodi bonis damnati præferuntur; nec etiam illud, filios an habeant, nec ne, attenditur *d. Nov. c fin.* Collateralium autem nulla hîc habenda ratio *Gothofred. Anth. d diſp. feud. 3. th. 7. lit. N. Dan. Ott. alleg. loc. p. 301.* Licet etenim illorum quoque expreſsè in authent. bona damnatorum C. *de bon. ſcriptor.* mentio fiat, attamen textus *d. Nov. 12. c. fin.*, ex quâ allegat. authent. deſumpta, cum obſit, errorem in hujus conceptione ab Irner. commiſſum eſſe, planè credimus cum *Sixtin. d. c. 12. n. 29.* Prædicta verò in hac theſi fallunt, ſi condemnatio ob crimen læſæ Majeſtatis fuerit facta, quo in caſu Imperator jura vetera vult ſervari *d. c. fin. Nov. 134. Peregrin. d. c. 5. n. 4. Sixtin. d. loc. n. 78.*

LXIX.

XIII. Bona committentium crimen læſæ Majeſtatis. De hac Friderici Conſtitutione agitur quoque *in l. quiquis 5. & l. ult. C. ad L. Jul. Majeſt.* Committitur

Bona Majeſtatis novum.

autem ejusmodi crimen læsæ Majestatis solûm in Imperium ac Imperatorem §. 3. *Inst. de publ. judic.* ac eos superiorem qui non recognoscunt, ob identitatē rationis, quæ idem jus constituit *l. idem juris* 8. *ff. ad L. Aq. l. à Titio* 108. *ff. de V. O.* Quam sententiam communem adserūt *Boss. de crim. læs. Majest. n.* 51. *Socin. Jun. cōs.* 76. *n.* 1. *& cons.* 126. *n.* 15. *vol.* 3. aliiq; plures, quos referunt *Sixtin. d. 2. c.* 20. *n.* 14. *& Dan. Ott. cit. loc. pag.* 303. Et quidem à subditis, tales, qui vel ratione domicilii, vel originis sunt *Clement. Pastor. §. rursus in verb. non subfuit de red. judicat* hanc sententiam communē tradunt *Gig. in suo tr. de crim. læs. Majest. tit. qualit. & à quib. & c. q.* 68. *n.* 2. *in fin. Gail. 2. de pac. publ.* 13. *n.* 19. *Peregrin. d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 18. *vers. illud tamen notandum Rosenth. d. c.* 5. *concluf.* 69. *n.* 4. *gl. G. Sixtin. d. c. n.* 29. Contra Principes autē superiorem recognoscentes crimen Majestatis non committi, docent *Angel. Aretin. in §. publica autem n.* 1. *vers. sin aurē Inst. de publ. jud. Borch. ad d. c. un. n.* 89. *VVesemb. in π. ff. ad L. Jul. Majest. n.* 4. *in fin. Mynsing. respons.* 44. *n.* 12. ubi rationem addit hanc, quod Majestatem, i. e. supremam potestatem ii non habeant, & ita eadē ratio in hisce non militat, quæ in Imperatore

atq;

atq; aliis ſuperiorem non recognoſcentibus; hos & alios pro hâc ſententiâ refert ac ſequitur *Sixtin.d.c.n.15.*

LXX.

An autem Electorum authoritatem violans in crimen læſæ Majeſtatis incidat, valdè inter Dd. controvertitur. ? Negantium opinio juris rationibus non deſtituitur: quandoquidem manifeſti & clari juris eſt, quod non entis nullę ſunt qualitates *l. 3. ff. de capit. deminut.* At Electoribus nullâ, ſed ſoli Imperatori Majeſtatem competere poſt *Bodin. lib. 1. c. 10. Mynſing d. reſp. Dan. Ott. alleg. tr. de jur. publ. c. 9. p. m. 151. & ſeq.* monſtrat. Conſequens igitur dicere erit, quod nec crimen Majeſtatis in illos poſſit committi *Dan. Ott. d. c 11. p 303.* Quam ſententiam arripiunt quoq; *Angel. Aretin. in d. § publica autè n. 1. Niell. in tr. de Bannit. part. 1. n. 16.* & plures quos pro hac opinione adducit *Sixtin. d. n. 15.* Sed ſi textũ aureæ *Bull. c. 24.* intuemur fatendũ eſt illâ diſpoſitione in hos quoq; id criminis committi, *teſtib. Boter. c. 3. de Regal n. 83. Sixtin. d. c n. 18. & 26. Pet. Heig part 1. q 4 n. 27. Knich. de Saxon. non provocand. jur. c. 5. n. 43. & ſeq.* qui dubitat, an unquã Electores tantã ſeveritatẽ exercuerint, quod nec nos *cum Sixtin ibid.*, unquam nos audiviſſe, meminimus.

XIV. An-

LXXI.

Angariæ. XIV. Angariæ & Parangariæ. Quæ vocabula ſecundum Interpretes munera patrimonialia ſeu realia denotant, præſtationes nimirum jumentorum, plauſtrorum & navium, quæ in transvectione armorum *l. jubemus* 10. *& ſeq. C. de SS. Eccleſ. l. ult. C. de fabricenſ. lib.* 11. vel in alia neceſſitate quâdam publica exiguntur, daß man nemlichen den Fürſten mit Wagen / Roſſen / Schiffen vnd dergleichen Fröhnen dienet: Hoffdienſte/ Schildtwachen in Kriegesleufftē *&c.* verrichtē *Cuj. ad d. l. ult.* quē citant ac imitantur *Borch. d. c. un. n.* 84. *Vult. d. n.* 7. *verſ.* 14. *Roſenth. d. c.* 5. *concl.* 70. *n.* 3. *Sixtin. d.* 2. *c.* 13. *n.* 10. *& ſeq. Arum. d. th.* 20. *Dan. Ott. d. c.* 11. *p. m.* 304. Sunt autem Angariæ dictæ à græco vocabulo ἀγγαρεύω, quod cogo ſignificat, unde vocabulum ἀγγαρεία derivatur, quod violentam coactionem, ſeu quod neceſſariò alicui injungitur, denotat *Sixtin. n.* 2. *& Roſenth. n.* 2. *dd. locc.* Parangariæ ſimili quoque modo ab eodem vocabulo græco ἀγγαρεία, & præpoſitione παρὰ derivantur; quod videlicet præter Angarias aliæ adhuc iſtiusmodi præſtationes ſint, quæ

quæ præstantur *Sixtin. d. loc n.* 6. Quæ inter se vulgo ita discernuntur, quod Angariæ sunt, quâ cursus publicus est dispositus, da die Post gehet; Parangariæ verò aliò versum sive in obliquum *Cuj. ad d. l ult. & ad Rubr. C de curs. publ. lib.* 12. *Borch. d. l.* Quam verò distinctionem hodiè à Dd. non agnosci tradit. *Arum. d. th.* 20.

LXXII.

Quod autem hæ duæ species Angariæ sc. ac Parangariæ reverâ munera sive onera Regalia, uti dictum, sint, non autem personalia, ex eo liquet, quod illæ possessionibus ac patrimoniis injunguntur & inducuntur *l. munerum fin.* §. 21. *ff. de honorib. ac munerib. l. sunt munera* 11. *ff. de vacat. muner. l.* 2. *C. de præpos. Sacr. cubic. lib.* 12. *l. maximarum* 12. *C. de excusation. muner. lib.* 10 *Borch. Vult. & Arum. cit. locc. Cujac. in l.* 1. *C. de quib. munerib. nemin. se excus. lic. lib.* 10. *Gothofred. ad d. l. sunt munera* 11. *lit. O. Wesemb. in π. ff. de munerib. & honor. n.* 3. *Sixtin. d. c. n.* 18. *&* 19. ubi hanc sententiam dicit veriorem *& n.* 23. *ac seq.* Dicuntur autem interdum Angariæ onus personale, quando videlicet alicui cura ac munus hasce exigendi, homi-

nes q;

nesq; ad earum præstationem compellendi, demandatur, & ita accipitur §. 4. *in d.l.ult. ff. de vacat.mun. secund. Cujac. & Gothofred.ad alleg.l.2.C de præpos.sacr.cubic. &c.* hos refert ac sequitur *Sixtin. d. loc. n.20.* LXXIII.

Vacationem ab ejusmodi Angariarum, Parangariumque præstatione habere dicuntur Ecclesia & alia pia loca, item Clerici seu personæ Ecclesiasticæ juxta *authent ita nulla C.de Episc.& Cleric. l.2.§.3.& seq.C.eod.tit.* uti & Laici in hoc privilegiati. Qui autem privilegiati in hoc passu dicantur, *vid. apud Rosenth.d.c. concluf.72.n.2. Bocer. d c.3.n.138. Sixtin. d. loc.n.26.& seq.* Nisi hujusmodi munera ad supremi Principis expeditionem indicerentur, quo in casu immunitas abhisce tàm in Ecclesiis ac aliis piis locis, quam in omnibo aliis privilegiatis personis, nullius est momenti *l. nemin.ii. C. de SS.Eccles l.2. C. de quib,muner. nemin. se excus.lic.lib.10.l.nullus penitus 21.C deCurs. pub.lib.12.* uti nec isto tempore, quo alia forsan magna atque inevitabilis necessitas subesset *l.1. C. ut nemin. lic. in empt. spec.se excus.lib.10. Sixtin.d.loc.n.32.Rosent. & Bocer.dd. quoq; locc.*

LXXIV.

Princeps non tenetur Angariarum atq;

atq; Parangariarum munera præſtantibus equos, naves, plauſtra &c. à prædonibus ablata reſtituere, & ita damnū in hoc paſſu acceptum illis reſarcire quod latronū incurſus ac impetus nemo hominum præſtare obligatus eſt *l. contract. 23 in fin. ff. de R. J. Bocer. d. c. th. 249. verſic. ſubſcribendum, Sixtin. d. loc. n. 79.* ubi alia pro hâc ſententiâ fulciendâ adducit fundamina ac authoritates, *quæ ib. videantur.*

LXXV.

Illo vero in caſu, quo onus Angariàs vel Parangarias præſtandi pago aut civitati cuidam injunctū eſt, eaq; univerſitas hoc munus quibusdam ex civibus vel ruſticis impoſuerit, qui incurſu & aggreſſu latronū animalia, plauſtra vel naves ſuas amiſerunt, nullū eſt dubiū, quin iſtiusmodi damnū ipſis à communitate ſit reſarciendū: ſiquidē æquiſſum eſt, ut omniū contributione ſarciatur, quod pro omnibus datū eſt *l. 1. & l. 2. ff. ad L. Rhod. de jactur. arg l. cum duobus 52. §. 4. ff. pro ſoc.* plures juris textus ac ſuffragatores hujus ſententiæ *vid. apud. Bocer. d. loc. verſ. quod ſi tamen &c.*

XXXVI.

XV. Extraordinaria collatio, quæ

ſit

fit ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem. Hujusmodi extraordinaria collatio communitèr à Ddr. pro eo accipitur, quod in jure noſtro civili ſuperindictum appellatur, de quo *eſt tit. in C. de ſuperind. lib.* 10. *Alvarot. Afflict. in h.c.un. & ib. Borch.n.*85. *Roſenth.d.c.cõcluſ.* 73.*n.*5. *Sixtin.d.*2.*t.*14.*n.*6. Eſt autem ſuperindictum (quod & ſuperindictio *in l. ult. C. Theodoſ. de collat. fund. patrimon.* dicitur) nihil aliud, quam extraordinaria præſtatio, ſeu munus ultra ordinarias ac ſtatas indictiones, cenſus ac tributa pro Imperatoris ſc. utilitate & neceſſitate indictum *l.*1.*C. de indict. l. un. C. d.tit. de ſuperind. lib.*10. *l. evidenter pen. C. de excuſat. muner. lib. eod. l.*3 *C. de ſilentiar. & Decurion eor. lib.*12. *Gothofr. Anthon. d. diſp. feud.*3.*th.*8.*lit. B. Vult. d.n.*7.*verſ.*15. *Roſent. d.c.*5. *concluſ*73. *n.*5. *Arum. d. th.* 20. *Dan. Ott. d. tract. pag.* 306. Ejusmodi hodiè cenſentur eſſe collectæ ſive contributiones Imperii, Reichsſteuer zum Römer vnd Türckenzuge. Quæ verò hodiernis moribus ab Imperatore non legitimè, niſi conſenſus ſtatuum Imperii his accedat, imponuntur ſeu indicuntur, juxta *Receſſum Imperii Wurmatiæ An.* 1549.

Augu-

Augustæ Anno 1500. *Coloniæ Anno* 1512. §. Vnd damit die Mäßigung & §. *seq. Augustæ Anno* 1518. & *Anno* 1530. *Noribergæ Anno* 1522 *Spiræ Anno* 1526. & *Anno* 1542. *Ratisbonæ Anno* 1532. *habitos ac divulgatos;* qui & postmodùm denuò sunt confirmati *per recess. Imperii Augustanum Anno* 1558. *promulgatum Boer. d. c.* 3. *th.* 213. & *seq. Gail.* 1. *observat.* 21. *in pr. Rosenth.* & *Dan. Ott. dd. locc.*

LXXVII.

Maxima hoc in loco inter Dd. de quæstione illâ, an de jure collectandi dici queat, quod sit de Regalibus, reperitur discrepantia, dum multi sunt, negativam qui amplectuntur sententiam, alii autem ê contra affirmativam veriorem esse autumant, testante *Sixtin. d. c.* 14. *n.* 15. *vers an vero &c.* Adfirmãtes palmam hoc in casu obtinere statuimus; clarí siquidem juris est, quod nemini ejusmodi collectas subditis imponere præter Imperatorem, aut cui Imperator hoc permittit, licitum sit *per l. un. C. de superind. l. placet* 8. *C. de Vacat. muner. lib.* 10. Unde hæ etiam suprêmi dominii ac eminentiæ τεκμήρια seu symbola *in l. nulli* 28. *C. de*

Episc. & Cleric. c. 2. X. de censib. dicuntur. Petr. Gregor. de Republ. lib. 9 c. 1. n. 11. vers. non negatur Becc. consil. 73. num. 9. Corneus consil. 333. n. 2. vol. 1. Knich. de jur. territor. c. 3. num. 311. & seq. Sixtin. d. c. num. 21. Borch. ad d. c. un. num. 53. usque ad n. 55. Schneid. d. part. feud. 2. n. 109. Vult. d. n. 7. vers. 20. in verb. atq; hæc sunt &c. Hanc quoque sententiam in Camerâ esse observatam testantur Meichsner. decis. Camer. Imper. Tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 129. §. quamvis enim & n. 140. ac tom. 3. decis. 1. n. 13. Tilem. de Benign. syntagm. 2. decad. 1. vot. 5. n. 33 & vot. 6. n. 4 & 5.

LXXVIII.

Immunitas à collectis concessa nullos Imperii status seu ordines illo tempore, à quo ejusmodi ob evidentem ac urgentem quandam publicam necessitatem imponuntur & exiguntur, excusatos reddit: quia utilitas publica cuilibet privilegio dato præferenda venit & privilegium generalitêr indultum non includit casum publicæ utilitati contrarium; ac licet includeret talem, non valeret, inquit *Mynsing.* 4. obser.

observat. 70. per l. jubemus 10. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de quibus muner. nemin. se excus. lic. lib. 10. & l. 1. C. ut nemin. ab empt. spec. se excus. lic. eod. lib. qui & ibid. hanc sententiam ut æquiorem non modo in Camerâ, sed in toto etiam germaniæ circuitui communem ac receptam esse ait *Sixtin. d. c. num. 125, & seqq. Rosenth. d. c. 5. conclus. 86. num. 3. sub gl. ib. D. Dan. Ott. d tr. pag. 307.*

LXXIX.

Imò rectissimè sentire videtur Dan. Ott. loco proximè allegato, quod nec Imperatori, specialem à collectis Turcicis immunitatem petentibus pro lubitu indulgere, fas sit, quia, dicit, harum remissio universo præjudicaret Imperio: jura etenim Regia non solùm pro sustentatione Regis, sed ad onera quoque publica supportanda sunt destinata *secundum Luc. de Penn. in l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* At vero Imperatoris privilegia in præjudicium tertii cujusdam nullo modo sunt interpretanda, utpote jus suum alteri qui auferre non potest *Menoch. de arbit. judic.*

quæst. lib. 1. *q.* 7. *n.* 71. *& seq.* ac ne quidem ex plenitudine potestatis *Gail* 2. *observat.* 56. *num:* 1. Facit etiam pro hâc sententiâ *Recess. Imperii Anno* 44. *ibi in* §. Vnd nemlich *&c. & Anno* 82 §. dieweil dann *&c. Schurff. consil.* 44. *n.* 17. *Thom. Mich. jurisdict. n.* 27. *Natt. consil* 63 66. *&* 397. *Anton Fab.* 1. *conject. tit.* 3. *in fin. n.* 56. *aliosq;*. Nisi fortè justissimæ ac arduæ ejusmodi immunitatis causæ principi essent, quam tunc admittendam censet *Ott. d. loc. arg. l. auctore* 4 C. *de exactor. tribut. lib.* 10. *l. fin. ibid. utilitati publicæ &c.* C. *si contr. jus vel utilit. publ. Gail* 2. *observ.* 53. *Bart. ad l.* 6 *off. de jur. immunit. Thom. Mich. d. loc.*

LXXX.

Magistratuũ creatio.

XVI. Potestas creandorum Magistratuum ad justitiam expediendam. Sicuti enim quondam hoc jus penes populum Romanum fuit, ita lege Regia ad Imperatorem Romanum translatum legitur *in l.* 1 *ff de constit. princ.* §. *sed & quod principi J. de J* N. G. *& C. l. un. ff ad L. Jul. de amb.* Rectè ergo ac verè hodiè dici solet: Imperatorem fontem esse omnis jurisdictionis perennem; neque censeri eum adeò plenam alicui concessisse jurisdictionem, majorem penes se ut non retinuerit *Bald. in c. un.* §. *ad*

hæc

hæc de pac. juram. firm. & in c. 1. *n.*11. *de allod. Sixt. d.*2. *c.*15. *n.*7. *&* 8. Refertur autem ejusmodi potestas secundum Interpretes propriè inter Regalia majora, *teste Sixtin. d. c. n.*10.

LXXXI.

XVII. Argentariæ; i. e. auri & argenti fodinæ, seu generalius omnes metalli fodinæ *juxta Isern., Alvarot., Cujac., & alios Dd in hoc c. un. Vult. d. n.* 7. *vers.* 16. *Rosenth. d c.* 5. *conclus* 88. *Sixt. d* 2. *c.*16 *n.* 5. 20. *ac seqq.* & interpretes communiter in *l. cuncti* 3. C. *de metallar. & metall lbb.*11. Computantur autem ejusmodi metalli fodinæ crebriori Ddr. calculo *in h. c un & d. l. cuncti* 3. inter Regalia non per se, sed ratione modò decimæ portionis, quam fiscus ex iis accipit, *Schneid. d. p. feud.* 2. *n.* 105 *Rosenth. alleg. conclus. in fin. Sixtin. d. c. n.*45. *multiq; alii ab his allegati*, proprietas vero ac possessio, uti & illarum fructus, privatorum remanet *l. item si fundi* 9. §. 2. *l. si cujus* 13. §. *inde est* 5 ff. *de usufr. l. venditor* 13. §. 1. ff. *commun. prædior. l. fructus* 7 §. *si vir* 13. ff. *solut matrimon. l si ex lapidicinis* 32 ff *de jur. dot. l generali* 32 § 2 ff *de usufr. legat. l.* 3. §. *ult. & l. seq.* ff. *de reb. eor. qui sub tut. vel* *Argentarie.*

cur. &c. Nisi consvetudine ejusmodi fodinarum ubicunque repertarum proprietas soli principi attribuatur, quæ meritò attendenda est, ita tamen ut princeps pretium istius agri, in quo metalli fodina reperta est, ipsi domino reddat ac restituat *secund. Isern. Afflict. in h. c. un & Afflict. quoque in decis. 321. num. 16. & seq. Boss. de metall. num. 7. Rosenth. d. l. n. 5. sub gl. ib. lit. F.* Sic metalli fodinas ad Regalia pertinere generali germaniæ consvetudine receptum testatur *Matth. Cöler. pag. 1. decis. 98. n. 3. & seqq. & ib. Jacob. Schult. in addit. n. 16. & 2. seqq. Reinhard. int. differ. jur. Civil. & Saxon. Zobel. p. 2 differ. 42. num. 9. & seqq.* ubi id ex Aureâ Bullâ Carol. IV. tit. von Gelbt / Silber vnd andern Ertzwergk &c. descendere dicit, & in Saxoniæ Electoris ac Ducum provinciis ad eum casum, quo aurum & argentum reliqua metalla superat, restringit, ut non nisi decimæ superiori præstandæ sint à Vasallo de prædio isto cum mero mixtoque imperio investito: reliquum proventus ipse lucratur: uti & reliqua metalla universa sine decimæ præstatione, quæ nobiliora hæc duo vin-

vincunt *Zobel. de differ.* 42. *num.* 16. *Schult. ad Cöler. d. loc. num.* 19. Hæc autem dicta procedunt, quando metalla in privatorum locis sunt reperta; si vero talia in publicis inveniuntur locis ad Imperatorem spectantibus, tunc illa indistinctè & pleno jure *secund. DD. in hoc c. un.* Regalibus adnumerantur, testantibus *Schneid. d. par. feud.* 2. *n.* 106. *Sixtin. d. c. num.* 32. *Becer. d. c.* 3. *th.* 164. *vers. verum alii &c.*

LXXXII.

Et licet alias fundum alienum absque consensu ac permissu domini ingredi licitum non sit *l.* 3. *ff. de acquir. rer. domin.* ita ut contra faciens injuriarum teneatur. *l. injuriarum* 13. §. 7. *ff. de injur.* quemadmodum & jure veteri Saxonico id olim prohibitum erat. *Landtr. lib.* 1. *art.* 35. *ib.* Silber mag kein Mann brechen auff eines andern Gut / ohne deß willen / deß die Stete ist; Attamen alterius fundum ingredi ad eruendum, ac fodiendum metallum permissum adserunt expressè *d. l.* 3. *& l. pen. C. d. t.* ac *ibid. utrobique gl.* Ifern. *n.* 70. *& Afflict. in verb. argentariæ num.* 8. *in*

d.c.un.Schn. d.n 106. *& seq Peregr. d.tract. lib.*4.*c.*2.*n.fin.Rosenth d.c.conclus.*90.*n.*3.*& ib allegati sub lit. B. Bocer th.* 167. *Sixtin. d.l.n.*39. *& seqq.* Postulat id publica utilitas, cujus qdprimê in hâc materiâ metallariâ habetur ratio *l.* 1. *C. eod. tit.* quod omnes Dd. communiter statuunt, uti testatur *Sixtin. Bocer. & reliqui modò allegati Dd. dd.locc.* Quam conclusionem in tantum quoque veram esse contra *Peregrin.d.loc.* aliosque putamus, ut necesse non sit, quod fodere volentes in alterius fundo sint auctoritate principis metallarii; h. e. quod â principe privilegium seu investituram effodiendi metalla in alienis ac propriis fundis habeant: quandoquidem citata *l.*3 *& l. pen. C. d.t.* generaliter & indistinctè inventionem ac fossionem in alienis agris admittunt, nec ullam principis cõcessionem & authoritatem requirunt, eam ob causam in dubio istiusmodi correctio erit evitanda *l. præcipimus* 32. *in fin.C.de appellat.* N. 89 *c. tribus* 7. *Sixtin. d. c.n.* 51 *& alii ab hoc ibid. adducti.* Restringitu rtamen hoc, ac tum demum procedère dicitur, si domino onus eruendi ex suo fundo metalla subire non libue-

libuerit, si enim ipse voluerit, tunc ratio illa, ob quam metallorum effossio in alieno agro est arbitraria, cessabit, quæ, uti dictum, est bonum sive commodum publicum; *Sixtin. d. c. n. 51.* & unicuiq; privilegium fodiendi habenti dominus in fundo proprio debet præferri secundum *gl. & Dd. in d. l. cuncti Afflict. in hoc c. un. d. n 7. Rosenth. d. loc. n. 4.* Quod eatenus subsistit, quatenus res adhuc integra fuerit, nec alter ille laborem ac sumptus in agro alieno impendere cœperit, hoc etenim facto, occupantem hanc ipsam venam in fundo eodem, domino invito, persequi posse docent *Afflict. in hoc c. un. d vocab argentaria n. 5. & d. decis. 321. n. 15. Schn d p feud 2. n 107. Boss. in tr. de metallar. & argenti fodin. n 5. Hartm. Hartmann. observat. 1. n 6. Cæpoll. de servit. prædior. urbanor. c 22. n. 4. Rosenth. d. conclus. n. 7. Sixtin. d. c num 52.* qui ibid pro hâc sententia allegat *d. l. 3. & d. l. pen.* Atque hæc tunc extra Germaniam, & ubi talis, ut supra dictum, consvetudo non extat, procul dubio servanda sunt.

LXXXIII.

XVIII. Palatia in civitatibus consve- *Palatia.*

tis. Quæ palatia alio nomine ædes Imperatori consecratæ *l. un.* C. *de palat. lib.* 11. item aula Cæsaris *l. ex aulâ* 3. C. *de privileg. eor. qui in sacr. palat. &c. lib.* 12. ac domus divinæ *l.* 1. C. *de offic. Rector. provinc.* dicuntur. Sunt autem hæc jus quoddam habendi ac inhabitandi palatia Regia, id quod nemini præterquam Regi, aut cui is specialiter concesserit, licitum ac concessum est *l. un.* C. *de palat. & domib. domin. lib.* 11. *l. quicunque* 17. C. *de oper. publ. l. ult.* C. *de offic. Rector. provinc. Gothofred. Anthon. d. disp. feud.* 3. *th.* 8. *lit.* E. *Vultej. d. num.* 7. *vers.* 17. *Peregr. d. tract. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 26. *Sixtin. d. l. c.* 17. *num.* 3. *&* 4. *Arum. d. th.* 20 *Dan. Ott. d. tract. pag.* 308. Quod autem à Friderico *in hoc c. un.* additio civitatum fit, id non de quibuslibet, sed majoribus saltem civitatibus accipiendum est, docentibus *Choppin. de doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 20. *num.* 1. *Chassan. de glor. mund. part.* 12. *consider.* 67. quos refert & imitatur *Sixtin. d. c. n.* 19.

LXXXIV.

Piscatiorum reditus.

XIX. Piscatiorum reditus. Intelligitur hic per piscationum reditus vectigal, quod fiscus ex piscatioribus, quæ in

in mari ac fluminibus fiunt, accipit-, *Hotom. in h. c. un. Dan. Ott. d. pag.* 309 Quidam legunt picariarum, h.e. fossarum in quibus pix effoditur, *arg. l. inter publica* 17. §. 1 *ff. de V. S.* Ast rectius & ib., *secundum Vulg. Hal.* piscariarum legitur, testante *Gothofr. ad illam l. lit. G. & Sixtin. d. 2 c. 18 n. 7.* Usus verò sive jus piscandi jure naturali omnibus commune remanet, § *flumina J. de R. D. l. 4 & seq. ff. eod. l. litora* 3. §. 1 *ff. ne quid in loc. publ. Sixt. d. c. 18 n.* 32. sic, ut illud alicui prohibens actione injuriarum teneatur. *l. injuriarum* 13. §. *ult. ff. de injur.* Nisi supremo principi, vel alteri hoc Regale aut hujus concessione, aut præscriptione tenenti, justa ac legitima hoc interdicendi sit causa, ut si forsan usus litorum, portuum & fluminum exinde deterior sit futurus *d. l. litora* 3. §. 1. vel piscari volens vectigal indictum solvere renueret; quibus & similibus in casibus ejusmodi usus prohibitionem optimè fieri posse, *tradunt Rosenth. d. c. 5. concl. 23. n. fin. gl. d.* ubi hanc sententiam communiter receptam ait; *& concl. 24 n 1. gl. b. eod. cap. Peregr. d. t. 1. n. 22. in fin. Heig part. 1. q. 15. n. 36. Sixtin. d. l. n. 15. Schrad. de jurib. incorporal. § 25. n. 19. & seq. multiq; alii ab hisce dd. locc. citati.*

xx. Re-

LXXXV.

Salinarū reditus.

XX. Reditus salinarum. Sanè, quemadmodum illud, quod ex fodinis privatorum fisco debetur, vectigal *in veteribus llb.* vocatur, *d. l* 17. §. 1. *ff. d. V. S. l.* 1. *ff. quod universitat. nomin. &c.* Sic etiam hoc, quod respectu salinarum in privatis locis inventarum fisco solvitur, vectigal appellatur; idque à Pontifice salinarium nuncupatur *in c. super quibusdã* §. *præterea X. de V. S. Sixtin. d.* 2. *c.* 19. *n.* 7. Sicuti autem argentariæ, uti in præcedentibus demonstratum, ratione decimarum aut alius portionis inter Regalia computantur, ita & salinæ hujusmodi in privatorum fundis repertæ: hæ enim eodem censentur jure, quo argenti & aurifodinæ *l.* 1. *in pr. ibid. aurifodinarũ, argentifodinarum & salinarum ff. quod cujusq; univers. nom.* Proprietates verò harum iis, in quorum prædiis habentur, manent, veluti disertè arguunt *l.* 3 §. *ult. l.* 4 *&* 5. *in pr. &* § 1. *ff. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur. &c. l.* 4. §. *salinæ ff. de censib.* neque hoc immeritò; siquidem in fructu prædiorum habeantur *l. fructus* 7. §. 14. *ff. solut. matrim.* Et facit hûc *l. item* 9. §. *sed si* 2. *&* § *seq. ff. de usufr. Rosenth. d. c. conclus.*

clus. 89 n. 1 gl. C. Sixtin. d. c. n. 12. Boter. d. c. 3. th. 175.

LXXXVI.

XXI. Thesauri dimidium in loco Cæsaris aut religioso inventi, si non datâ operâ inventus sit, totus ad eum spectat. Intelligimus autem cum *Boer. d. loc. n. 177.* per locum Cæsaris, quem ut Cæsar, non privati patrimonii jure possidet, & alias fiscalis dicitur. Huic Friderici Constitutioni elegantèr congruit jus quoque civile, uti videre est *ex l. 3. §. pen. ff. de jur. fisc.* & quamvis eidem §. *thesauros 39. J. de R. D.* in eo obstet, quod thesaurus in loco religioso repertus totus inventori cedere dicitur; attamen cum Imperator Fridericus in hâc suâ constitutione, tanquam jure novissimo, sententiam divorum fratrum de thesauris in *d. l. 3. § pen.* positam repetendo confirmat, dispositionem *d. § thesauros* per hanc Friderici Constitutionem abrogatam statuendũ est; *Borch. ad d. c. nn. n 93. Wesemb. ad hunc §. lit. M. & ib. quoq; Heig n 15. Sixtin. d. 2. c. 21 n. 32. Boer. d. c th. 178. vers. deniq; ipsi quoq;*, licèt non desint aliæ solutiones, quibus hi textus conciliari possint, quæ

Thesaurus

vid.

vid. apud Bocer. d. loc. Peregrin. in d. tr. lib. 4. tit. 2. n. 7.

LXXXVII.

Hîc animadvertendum cum hodierno tempore apud nos loca sacra & religiosa ad Ecclesias pertineant; idcirco Dd. dimidiam thesauri domino Ecclesiæ, & alteram dimidiam inventori tribuendam esse concludunt, cujus sententiæ testes sunt *Schneid. ad d. §. thesauros n. 9. Porc. n. 7. vers. sed tamen. Joh. Fab. n. 4. vers. sed cum hodie & Angel. Aretin. n. 3. ad eund. §. Peregr. d. n. 7 vers. verum cum apud nos, Sixtin. d. c. n. 38. & 39.*

LXXXVIII.

Agitatur hoc in loco vehementêr ab Interpretibus quæstio, cujusnam sit thesaurus in prædio feudali vel emphyteutico inventus? Nos breviter respondemus cum *Bocer. d. c. th. 181.* quod dimidia una sit inventoris, si videlicet non datâ operâ fuerit repertus, altera verò dimidia ad dominum soli spectet *juxta dispositionem allegat. §. thesauros.* At verò prædii feudalis dominum non esse vasallum, sed dominum feudi; uti videre licet *ex tit. 23. in fin. 2. F.* sic quoque nec Emphyteutici fundi dominum esse Emphyteu-

phyteutam, ſed eum, à quo quis prædium in Emphyteuſin habet, patet *ex l. 1. ff. ſi ag. vectig.* Conſequens ergo adfirmare erit, quod theſaurus in prædio feudali vel emphyteutico, prout inventus, vel totalitèr vel partialitèr ad dominum feudi, vel emphyteuſeos, non verò vaſallum pertineat. Quamvis autem veteri jure Saxonico omnes theſauri profundiùs, quam ut aratro eruantur, defoſſi ad Regalia pertinere dicantur, *Landtr. lib. 1. artic. 35. in pr.* Conſvetudine tamen jus iſtud abolitum, & per interpretationem ad metalli venas reſtrictum. Deniqué conſtitutione *Electorali* 53. *part.* 2. Jus commune civile in uſum revocatum eſt. *vid. Zobel. d. c. 35. Möller. ad d. conſtit. 53. n. 1. & ſeqq. Petr. Heig. part. 1. q. 13. n. 32.*

LXXXIX.

Atque hæc ſunt Regalia illa, quorum Imperator in hoc c. un. mentionem facit, quæ, conceſſis Regalibus, ſola cõceſſa eſſe intelliguntur, nõ præter illa alia quoq; *Boſſ. de Regal. n. 29. Vult. d. n. 7. v. 20. in verb. atq; hæc ſunt &c.* Sunt n. plura adhuc jura fiſcalia, teſte *Cuj. in hoc c. un.* & principalia modò hìc ſunt enarrata,

rata, quæ longo tempore deperierant, & per Episcopos, Proceres ac Civitates Imperatori sunt restituta *Herg. d. part. 1. q. 15. n. 45. & 48 Vult. & Arum. dd. etiam locc. Rosenth. citato c. 5. conclus. ult. n. 2.*

XC.

Quem in numerum venatio an referri possit, quæritur? Distinguimus: venatio aut consideratur prout est in se & suâ origine, aut prout est post prohibitionem principum & jure consvetudinario. Priori respectu est jus separatum per se subsistens *Harpr. ad §. feræ. J. de R. D. n. 181. Forster. disput. 6. th. 8.* nec Regale quoddam: quia hæc jure gentium ac civili omnibus communis, ideoque nullo modo soli Regi attributa est. *Rosenth. d. conclus. ult. n. 3.* Posteriori verò modo Regale esse opinamur cum *Arum. d. disp. feud. 5. th. 15. Sixtin. d. 2. c. 18. n. 48. aliisq.*

XCI.

Regalium concessio.

Et licèt hæc Regalia, uti ex præcedentibus cognitum est, jura sint Imperatoris propria; attamen hæc ad principes inferiores, aliosque legitimis quibusdam modis transire quoque possunt, quorum reperiuntur duo; concessio

cessio sc. Imperatoris, de quâ perelegantêr tractat *Sixtin. in allegat. tract. de Regalib. lib. 1. c. 5. n 1. usq; ad n.* 130. & præscriptio tanti videlicet temporis, cujus memoria non extat *d. c. super quibusdam §. præterea X de V. S. Sixtin. d. c. n.* 130. *usq; ad fin. istius cap. Boer. d. tract. de Regalib. s. 4. n.* 1.

XCII.

Concessio autem Regalium per investituram vel privilegium facta tum demum justa ac legitima reputatur, quando clausula **ex certâ scientiâ, vel motu proprio** est adposita, cujus illa vis est, ut sub & obreptionem tollat *c. si motu proprio de præsbyter. in 6. c. 2. X de fil. præsbyter. Borch. ad d c. un. n.* 13. *&* 14. *Schneid d part. feud. 2 num.* 97. *Schrader. d. tract. feud part. 4. c. 1. num.* 27. *Sixtin. d c. num.* 39. ubi hanc opinionem frequentioribus Dd. calculis adprobatam dicit, *& seqq.*

XCIII.

Princeps concedens alicui urbem ac provinciam cum omnibus jutibus ac

pertinentiis illius, Regalia simul concessa non præsumitur; ea siquidem quæ in privilegii singularis signum ipsi reservata dicuntur, ut sunt Regalia, absq; speciali concessione alii tributa ac impertita non censentur *c. quod translationę 4. X. de offic legat. c. 1. de capitan.* qui *cauſ. vendid. & c. 2. F. 51. c. in generali de R. J. in 6.* Sic pertinentiæ dicuntur ea loci cujusdam jura, quæ ipsi adhærent lege, vel consvetudine, vel statuto ipsi sunt deputata, atque ita illæ jura realia, non autem personalia sunt, uti arguit *text. in l. verbum illud pertinere 181. ub. Gœdd. ff. de V. S.* Regalia autem non realia, seu rei cohærentia, sed jura personalia dicuntur, Imperatori nimirum propria, sicuti apertè monstrat *text. in constitut. de pac. constant. §. volumus, ib. ea quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant;* tum etiam *text. in Recess. Imper. Ratisbonens. Anno 1576. publicato, ib. in §.* dardurch dann / *in verb.* zu vnserer Keyserlichen sondern Hoheit vnd Reservaten *vid. Bocer d. tract. c. 1. & c. 4. num. 12. Dan. Ott. d. loc. p. 218. & 219. multiq; alii ab illo ib. citati.* Fallit tamen hujusmodi conclusio, si concedens in tali

tali loco concessu nihil, nisi Regalia, habeat; tunc enim ex necessitatis sermone, Regalia, minora sc., venire, inquit *Zas. in d. tract. feud. part. 5. n. 11 vers. secundò*, quec refert ac sequitur *Schneid. d. part. feud 2 num. 97. Sixtin. d. c num. 82.* Item, si istiusmodi concessioni adjicerentur verba hujusmodi: mit Herrligkeiten. Nam sub hoc vocabulo Herrligkeiten hodiè Regalia designantur, testantibus *Schrad. inter consil. Borch. part. 2. consil. 18. vers. similiter quoq; Sixtin d. tr. lib. 1. c. 1. num. 19. & d. c. 5. num. 105 eod. lib.* Plures hujus conclusionis limitationes addit *Sixtin. in jam alleg. c. 5.*; quæ ib. videantur.

XCIV.

Peculiariter circa Regalium concessionem notandum est, quod Regalia concessa alteri cuidam cōcedere absq; Imperatoris consensu non sit licitum. Cum enim Regalia jura sint Imperatoris propria, atque sic alii horum possessores non jure proprio, sed beneficio Imperatoris sint, transferri hæc ad alios non poterunt *arg. l. more 5. ff. de jurisdict. l. 1. in pr. & l. ult. ff. de offic. ejus, cui mandat est jurisdict. Boer. d. c. n. 4. Peregr. d. tr. lib. 1. c. 2. n. 101.*

XCV.

Diximus supra, quod Regalium acquisitio non tantum Imperatoris concessione, sed legitima quoque præscriptione fiat, tanti videlicet temporis, cujus memoria non apparet *per alleg. tb. c. super quibusdam §. præterea X. de V.S.* Hinc exoritur quæstio, an ad hanc præscriptionem Imperatoris scientia ac patientia, ejusve officialium necessaria sit? Negamus: quandoquidem ejusmodi præscriptio immemorialis vim specialis concessionis seu privilegii habet, & certum titulum parit *l. hoc jure 3 § duas aquæ ff de aq. quotid. & æstiv. c. 1. de præscript. in 6 Isern in c. 1. §. præterea ducatus num. 16. de prohib. feud. alienat. per Frideric. 2 F 55. Borch. in d c.un. num 16. & seq. Rosenth. d. c. 5 concl. 15. Vultej d. c. 5. num. 21 Sixtin d c. 5. num. 150. 151. & 152.* qui *allegati in loco* hanc sententiam communiter à Dd. receptam ajunt. Quod tamen de Regalibus contra Cæsarem præscribendis intelligi debet. Nam si Regalia inferiori cuidam competerent, tunc præscriptio longissimi temporis, puta 30. vel 40. annorum,

suffi-

ſufficit *ſecund. Bald. in d. c. un. num. 4. verſ. & nota quæ ſunt Regalia, Felin. in c. cum nobis num. 3. verſ. inferior tamen, de præſcript. Borch. in d. c. un num. 18. & ſeq. Sixtin. d. c num. 157. & num. 158.* quo in loco tamen in hâc minoris temporis præſcriptione ſcientiam ac patientiam domini neceſſariam eſſe dicit *per l. fin. ff. de Servitut.*

XCVI.

Et tantùm de rebus incorporalibus ſeu juribus, quæ Imperatori ſunt propria, proximum nunc eſt de iis quoque rebus incorporalibus ſeu juribus ſermonem inſtituere, quæ Imperatori cum aliis ſunt communia. Hæc uno communi nomine vacat Feudiſta res inter immobilia connumeratas *d. § fin. de feud. cognitione.* F. 1. *Res inter immobilia connumeratæ.*

XCVII.

Ejusmodi autem primò ſunt actiones ad res immobiles competentes, quæ ſecundum Dd. *in d. §. ſciendum* rectè infeudantur, *teſte Vultej. d. c. 5 n. 8.* Nam ſi actionem ad rem habet, rem ipſam habere *Actiones.*

habere videtur *l. ù qui actionem 15. ff. de R. J.* Si itaque res est immobilis, ad quam persequendam datur actio, utiq; & hæc immobilis censeri debet *secundum jam allegat. l. 15.* Sic è contrario actiones ad res mobiles competentes, mobiles habentur *secund. gl. & Dd. in l. 1. C. si adverſ. tranſatt. & c Bart. in l. poteſt. 18. ff. de authorit. & conſenſ. tutor. Bald. in l. jubemus nulli in pr. C de S. S. Eccleſ. & l. ita demum in fin. C. de collat. & in c. un. d. § ſciendum 2. F.* hoſce refert ac ſequitur *Borch. d. tract. feud. c. 16. n. 16 Schrad. de feud. part. 3. c. 3. n. 10. Vult. d. loc. Roſenth. d. tract. feud. c. 4. concluſ. 6.* Quam ſententiam in Camerâ quoque Imperiali approbari teſtes ſunt *Gail. 2. obſerv. 11. n. 10. Borth. d. loc. Schneid. J. de interdict. ſubrubr. ib. de interdict. ut poſſid. Berlich. part. 3. concluſ. 13. n. 44. ac alii multi ib. adducti.* Hoc ſecurè dictum â nobis ut ſit, illam limitationem adhiberi volumus cum *Wram. d. diſput. feud th. 24. in fin.* ferè; quod nimirum ejusmodi actiones cauſam ſuccoſſivam atque exercitium remeans habeant. Exemplum ib. ponit tale: Titius, in teſtamento 100. quotannis tibi legavit; tu ejus legati actionem ex teſtamēto Cajo

in

in feudum concedis, quæritur an valeat conceſſio? Et quia nunc perpetuitas feudi ex causâ ſucceſſivâ, continuâque apparet, ſimul etiam pro proprietate, directæ actionis jus penes concedentem reſidere conſtet, utique conceſſio valebit, quæ vaſallo vi mandatæ actionis utilitatem ejusdem præſtat.

XCIIX.

Deinde annui reditus ſeu præſtationes annuæ; Geldtzinſen zehent. *cap.* 10. Quemadmodum enim feudi conſtitutio valet, quando alicui certi annui reditus de Camerâ vel Cavenâ alicujus Principis in feudum conceduntur *d. §. ſciendum*, ita etiam feudi conceſſio in ejusmodi annuis reditibus ſeu penſionibus facta benè ſubſiſtit *Afflict. in d. §. ſciendum n. 5. & ibi Præpoſit. etiam n. 4 Bald. in prælud. feud. verſic. ſed hic quæro per c. 1. de controverſ. int. vaſall. & Epiſc. 2. F. 20. Laudenſ. in c. un. in pr. n. 12. 1 F. 1 Sonsbec. part. feud. 8. num. 24. Borch. d. c. 6 num. 15. Vultej. d. c. n. 9.* hocque ob unam eandemque rationem, quæ idem jus conſtituit *l. illud 32. ff. ad L. Aquil.* Siquidem & hi naturam rerum immobilium ſequun-

Annui reditus.

sequuntur *l. ult. §. praterea C. de jur. dot.* ac communiter à Dr. inter immobilia computantur *per l. si quis inquilinos 112. ff. de legat. 1. l. jubemus nulli 14. in pr. & ib. gl. verb. annonas C. de SS. Eccles. Clem. exiv. §. cumq; annui reditus de V. S. Borch. d. n. 15. Gothofred. ad alleg. l. 14. lit. d. ubi pro hac sententiâ ulteriùs citat Novell. 7. in pr. & Nov. 120. c. 1. id. Gothofred. ad l. hâc edictali 6. lit. S. C. de secund. nupt. vid. etiam Schneid. d. part. feud. 2. num. 38.* Hæc sententia de jure quoque Saxonico approbatur, uti constat *ex Nov. Elect. Augustan. part. 3. constitut. 24. ub. in commentar. Dn. Möller. n. 1. & seq. Berl. part. 3. conclus. 34. num. 11.* Quod non tantum verum, cum reditus illi annui ex rebus immobilibus, sed etiam si à certâ personâ vel corpore aut collegio, veluti ex mensâ alicujus nummularii, aut negotiatorum quorundam consortio solvendi sint *Ilsern in c. un. n. 2. si de feud. Vasall. ab aliq. interv. &c. 2. F. 25. Borch. d. n. 15. vers. & quidem. Zas. part. feud. 4. num. 9. Schrader. d. [illegible] num. 2. & seq. Mozz. tit. de reb. quæ in feud. dar. poss. num. 9. Vultej. d. num. 9.* modo illa negotiatio honesta ac licita sit, *Zas., Mozz. & Vultej. jam dd. locc. Schrader.*

d. c.

d. c. 3. n. 6. Rosenth. d. c. 4. concluſ. 5 num. 2. & contractus reemptionis verus ſit ac legitimus, Ein rechter Wiederkauff/ ac proventus illi perpetui ſeu diu ſint duraturi *Afflan. d. §. ſciendum. Schn. d. loc. Berl. d. concluſ. num. 6. & n. 19.* qui ib. & hanc ſententiam ab Elect. Saxon. Auguſto *in d. Nov. 24. §.* Wann aber ein Wiederkauff/ darinne die Häuptſumma *&c. & §. ſeq. usque ad fin.* confirmatam ait. Hinc quoque Dd. volunt, quod ejusmodi annui reditus excuſent à ſatisdatione, non ſecus ac poſſeſſio immobilium, *Arum. d. diſput. th. 23.*

XCIX.

Tertiò Servitutes; hæ enim rebus immobilibus quia adhærent, inter immobilia computantur *per gl. in l. 1. in verb. intelligitur C. de uſucap. transform. & c. Alexand. Conſil. 211. num. 5. vol. 6. aliiq. plurimi quos ſecuti Gail. d. 2. obſervat. 11. n. fin. Borcholt. d. c. 6. num. 17.* propterea rectè quoquè in feudum dentur *d. §. ſciendum. Borcholt. d. loc. Vultej. d. cap. 5. num. 4.* Huc pertinent operæ ruſticorum, Frohndienſte/ quæ quotidiè in feudum dantur, de quib. *vid. Sixtin. d. 2. cap. 13. n. 41.* *Servitutes.*

C.

Jurisdictio.

Quartò Jurisdicto: Gerichten / Lehenr. *cap.* 11. modò nihil obstaculi sit. *Zas. d. part.* 4. *num.* 20. *Mozz d.t. num.* 16. de quo infr. aliquid dicetur. Et licèt quam plurimi reperiuntur, qui statuunt, hanc in dubio intelligi territorio magis & castro, quam personæ cohærere, inter quos est *VVesemb. in π. ff de jurisdict. num.* 10 attamen horum sententiam, cum non ex multitudine authorum, quid melius, æquiusquè judicandum ac sentiendum sit, *l.* 1. §. 6. *C. de vet. jur. enucl.* approbare non possumus; adeoquè si territorium aut castrum simpliciter alicui sit concessum, jurisdictionem uni concessam non putamus cum *Covarruv. pract. quæst. cap* 1. *num.* 9. *Vultej. cap.* 5. *num.* 5. *vers. huc autem. Schrad. d. part.* 3 *cap.* 4 *num.* 22. Rosenth. *d. cap.* 5. *conclus.* 6. *num.* 5.

CI.

Si tamen castrum quoddam vel non facta jurisdictionis mentione, quæ tamen eidem cohæreat, vel facta ejusdem mentione, quæ ei non cohæreat, concedatur, utroquè illo casu, cum Imperium mixtum jurisdictioni cohæreat. *l.* 1. *ff. de*

off.

off. ei. cui mand. est. jurid. & viciſſim imperio inſit jurisdictio *l. imperium 3. ff. de jurisdict.* ac jurisdictio ſine modicâ exercitione nulla ſit *l. mandatum fin. ff. eod. tit.* illud ipſum ſc: mixtum imperium, ne jurisdictio reddatur elusoria, in Vaſallum ſimul transferri arbitramur; cum aliàs conceſsâ jurisdictione ea quoquè intelliguntur conceſſa, ſine quibus ea explicari nequit, *l. 2. ff. de jurisdict.*

CII.

Merum autem imperium, quod iis caſibus plurimi transferri adfirmant, concedi non credimus, textuum moti evidentiâ ac unanimi conſenſu *d. l. 1. ff. de offic. ei. & c. verſ. ib. etſi à familiâ it. §. 1. ib. quare nemo dicit, & d. l. ult. cod. tit.* Cum enim ad hoc, ut merum imperium alicui competat, ſpecialis requiratur conceſſio, generali conceſſione idipſum translatum videri non poteſt, *c. in generali de R. Jur. in 6. c. licet 2. de offic. Vicar. in 6. l. obligatione 6. ff. de pignorib. l. idem apud 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. & famoſ. libell.*

CIII.

CIII.

Quod si cum omnimoda jurisdictione castrum seu territorium alicui fuerit concessum, & merum Imperium und concessum creditur esse: quia appellatione jurisdictionis omnimodæ merum etiam, mixtumquè imperium venit, *ut est gl. notab. in Clement. 1 in verb. omnimodam de for. compet.* quam omnes ib. sequi testatur: *Tiber. Decian. Consil. 43. num. 3. vol. 3. Vult. d. cap. 5. num. 5. vers. quod etsi castro;* & hanc sententiam corroborare videtur expressè *l. si in aliam 7. §. fin. ff. de off. proconf. Schn. d. part. feud. 2. num. 91.* Quod procedit quoquè, si constet Imperium hoc cohærere castro, & castrum concessum sit cum omnibus juribus ac pertinentiis, uti docet. *Panorm. in c. cum ad sedem de restitut. spoliat. & in c. cum venerabilis de except. Decian. d. Cons. 43.* & alii, quos sequitur *Vultej. d. loc.* idquè diserte etiam suadere videtur textus *in l. cum de Lanionis 13. §. quidam cum ita 13. ff. de fund. instruct. leg.*

CIV.

De exercitio jurisdictionis sciendum est, quod non pauca illi obstando esse possunt.

possint. Nam qui Bannitus est, vel cui per sententiam adempta jurisdictio, illam exercere nequit per textum expressum Juris Saxonici Lehenr. *cap* 72 §. Welcher Mann. Sicut nec qui de jurisdictione investitus non est. Lehenr. *cap.* 61. §. Es mag auch etiamsi per successionem ad ipsum pertineat; Lehenr. *d. c.* 72. §. Noch auch. nisi legitimæ subsint causæ, quæ impedierint, quo minus investituræ illius renovationem petere potuerit. Lehenr. *d. cap.* 72. §. Es were dann. vel tempus ad id præfinitum nondum sit elapsum. Lehenr. *d. cap.* 61. §. Wann er es aber. Pluribus quoquè communis olim jurisdictio esse non poterat jure Saxonico; Lehenr. *d. cap.* 72. §. Zweene Männer. quod tamen in desuetudinem abiit, quemadmodum & ea, quæ de subinfeudatione, jurisdictione ib. traduntur, de quo infr. suo loco.

CV.

Quintò, panes civiles, quorum meminit *gl. in d.* §. *sciendum.* Sunt autem panes civiles, qui certo tempore annuatim dabantur his, qui tesseram frumentariam *Panes civiles.*

XCV.

Diximus supra, quod Regalium acquisitio non tantum Imperatoris concessione, sed legitima quoque præscriptione fiat, tanti videlicet temporis, cujus memoria non apparet *per alleg. tb. c. super quibusdam §. præterea X. de V.S.* Hinc exoritur quæstio, an ad hanc præscriptionem Imperatoris scientia ac patientia, ejusve officialium necessaria sit? Negamus: quandoquidem ejusmodi præscriptio immemorialis vim specialis concessionis seu privilegii habet, & certum titulum parit *l. hoc jure 3 § duAus aquæ ff de aq. quotid. & æstiv. c. 1. de præscript. in 6 Isern in c. 1. §. præterea ducatus num. 16. de prohib. feud. alienat. per Frideric. 2 F 55. Borch. in d c.un. num 16. & seq. Rosenth. d. c. 5 concl. 15. Vultej d. c. 5 num. 21 Sixtin d c 5 num. 150 151 & 152.* qui *allegati in loco* hanc sententiam communiter à Dd. receptam ajunt. Quod tamen de Regalibus contra Cæsarem præscribendis intelligi debet. Nam si Regalia inferiori cuidam competerent, tunc præscriptio longissimi temporis, puta 30. vel 40. annorum

suffi-

ſufficit *ſecund. Bald. in d. c. un. num. 4. verſ. & nota quæ ſunt Regalia, Felin. in c. cum nobis num. 3. verſ. inferior tamen, de præſcript. Borch. in d. c. un num. 18. & ſeq. Sixtin. d. c num. 157. & num. 158.* quo in loco tamen in hâc minoris temporis præſcriptione ſcientiam ac patientiam domini neceſſariam eſſe dicit *per l. fin. ff. de Servitut.*

XCVI.

Et tantùm de rebus incorporalibus ſeu juribus, quæ Imperatori ſunt propria, proximum nunc eſt de iis quoque rebus incorporalibus ſeu juribus ſermonem inſtituere, quæ Imperatori cum aliis ſunt communia. Hæc uno communi nomine vacat Feudiſta res inter immobilia connumeratas *d. § fin. de feud. cognition. 2. F. 1.* *Res inter immobilia connumeratæ.*

XCVII.

Ejusmodi autem primò ſunt actiones ad res immobiles competentes, quæ ſecundum Dd. *in d. §. ſciendum* rectè infeudantur, *teſte Vultej. l. c. 5 n. 8.* Nam ſi actionem ad rem habet, rem ipſam habere *Actiones.*

habere videtur *l. a qui actionem* 15. *ff. de R. J.* Si itaque res est immobilis, ad quam persequendam datur actio, utiq; & hæc immobilis censeri debet *secundum jam allegat. l.* 15. Sic è contrario actiones ad res mobiles competentes, mobiles habentur *secund. gl. & Dd. in l.* 1. C. *si adverſ. tranſact. & c Bart. in l. poteſt.* 18. *ff. de authorit. & conſenſ. tutor. Bald. in l. jubemus nulli in pr. C. de S. S. Eccleſ. & l. ita demum in fin. C. de collat. & in c. un. d.* § *ſciendum* 2. Eu. hosce refert ac sequitur *Borch d. tract. feud. c.* 16. *n.* 16 *Schrad. de feud. part.* 3. *c.* 3. *n.* 10. *Vult. d. loc. Roſenth. d. tract. feud. c.* 4. *concluſ.* 6. Quam sententiam in Camerâ quoque Imperiali approbari testes sunt *Gail. 2. obſerv* 11. *n.* 10. *Borch. d. loc. Schneid. J. de interdict. ſub rubr. ib. de interdict. ut poſſidet. Berlich. part.* 3. *concluſ.* 13. *n.* 44. *ac alii multi ib. adducti.* Hoc securè dictum à nobis ut sit, illam limitationem adhiberi volumus cum *Hram. d. diſput. feud th.* 24. *in fin.* ferè; quod nimirum ejusmodi actiones causam successivam atque exercitium remeans habeant. Exemplum ib. ponit tale; Titius, in testamento 100. quotannis tibi legavit; tu ejus legati actionem ex testamẽto Cajo

in

in feudum concedis, quæritur an valeat conceſſio? Et quia nunc perpetuitas feudi ex causâ ſucceſſivâ, continuâque apparet, ſimul etiam pro proprietate directæ actionis jus penes concedentem reſidere conſtet, utique conceſſio valebit, quæ vaſallo vi mandatæ actionis utilitatem ejusdem præſtat.

XCIIX.

Deinde annui reditus ſeu præſtationes annuæ; Geldtzinſen Lehent. *cap.* 10. Quemadmodum enim feudi conſtitutio valet, quando alicui certi annui reditus de Camerâ vel Cavenâ alicujus Principis in feudum conceduntur *d. §. ſciendum*, ita etiam feudi conceſſio in ejusmodi annuis reditibus ſeu penſionibus facta benè ſubſiſtit *Afflict. in d. §. ſciendum n. 5. & ibi Præpoſit. etiam n. 4 Bald. in prælud. feud. verſic. ſed hic quæro per c. 1. de controverſ. int. vaſall. & Epiſc. 2. F. 20. Laudenſ. in c. un. in pr. n. 12. 1 F. 1 Sonsbec. part. feud. 8. num. 24. Borch. d. t. 6 num. 15. Vultej. d. c. n. 9.* hocque ob unam eandemque rationem, quæ idem jus conſtituit *l. illud 32. ff. ad L. Aquil.* Siquidem & hi naturam rerum immobilium ſequun-

Annui reditus.

sequuntur *l. ult. §. præterea C. de jur. dot.* ac communiter à Dr. inter immobilia computantur *per l. si quis inquilinos 112. ff. de legat. 1. l. jubemus nulli 14. in pr. & ib. gl. verb. annonas C. de SS. Eccles. Clem. exiv. §. cumq; annui reditus de V. S. Borch. d. n. 15. Gothofred. ad alleg. l. 14. lit. d. ubi pro hac sententiâ ulteriùs citat Novell. 7. in pr. & Nov. 120. c. 1. id. Gothofred. ad l. hâc edictali 6. lit. S. C. de secund. nupt. vid. etiam Schneid. d. part. feud. 2. num. 38.* Hæc sententia de jure quoque Saxonico approbatur, uti constat *ex Nov. Elect. Augst. part. 3. constitut. 24. ub. in commentar. Dn. Möller. n. 1. & seq. Berl. part. 3. conclus. 34. num. 11.* Quod non tantum verum, cum reditus illi annui ex rebus immobilibus, sed etiam si à certâ personâ vel corpore aut collegio, veluti ex mensâ alicujus nummularii, aut negotiatorum quorundam consortio solvendi sint *Ifern in c. un. n. 2. si de feud. Vasall. ab aliq. interv. n. & c. 2. F. 25. Borch. d. n. 15. vers. & quidem. Zas. part. feud. 4. num. 9. Schrader. d. [illegible] num. 2. & seq. Mozz. tit. de reb. quæ in feud. dar. poss. num. 9. Vultej. d. num. 9.* modo illa negotiatio honesta ac licita sit, *Zas., Mozz. & Vultej. jam dd. locc. Schrader. d. c.*

d. c. 3. n. 6. Rosenth. d. c. 4. concluſ. 5 num. 2. & contractus reemptionis verus ſit ac legitimus, Ein rechter Wiederkauff/ ac proventus illi perpetui ſeu diu ſint duraturi *Aſſlin. d. §. ſciendum. Schn. d. loc. Berl. d. concluſ. num. 6. & n. 19.* qui ib. & hanc ſententiam ab Elect. Saxon. Auguſto *in d. Nov. 24. §.* Wann aber ein Wiederkauff/ darinne die Häuptſumma *&c. & §. ſeq. usque ad fin.* confirmatam ait. Hinc quoque Dd. volunt, quod ejusmodi annui reditus excuſent à ſatisdatione, non ſecus ac poſſeſſio immobilium, *Arum. d. diſput. th. 23.*

XCIX.

Tertiò Servitutes; hæ enim rebus immobilibus quia adhærent, inter immobilia computantur *per gl. in l. 1. in verb. intelligitur C. de uſucap. transform. & c. Alexand. Conſil. 211. num. 5. vol. 6. aliq. plurimi quos ſecuti Gail. d. 2. obſervat. 11. n. fin. Borcholt. d. c. 6. num. 17.* propterea rectè quoquè in feudum dentur *d. §. ſciendum. Borcholt. d. loc. Vultej. d. cap. 5. num. 4.* Huc pertinent operæ ruſticorum, Frohndienſte/ quæ quotidiè in feudum dantur, de quib. *vid. Sixtin. d. 2. cap. 13. n. 41.* Servitutes.

C.

Jurisdictio.

Quartò Jurisdicto: Gerichten / Lehenr. *cap.* 11. modò nihil obstaculi sit. *Zas. d. part.* 4. *num.* 20. *Mozz d.t. num.* 16. de quo infr. aliquid dicetur. Et licèt quam plurimi reperiuntur, qui statuunt, hanc in dubio intelligi territorio magis & castro, quam personæ cohærere, inter quos est *Vvesemb. in ff de jurisdict num.* 10 attamen horum sententiam, cum non ex multitudine authorum, quid melius, æquiusquè judicandum ac sentiendum sit, *l.* 1. §. 6. *C. de vet. jur. enucl* approbare non possumus; adeoquè si territorium aut castrum simpliciter alicui sit concessum, jurisdictionem uni concessam non putamus cum *Covarruv. pract. quæst. cap* 1. *num.* 9. *Vultej. cap.* 5. *num.* 5. *vers. huc autem. Schrad. d. part.* 3. *cap.* 4 *num.* 22. Rosenth. *d. cap.* 5. *conclus.* 6. *num.* 5.

CI.

Si tamen castrum quoddam vel non, facta jurisdictionis mentione, quæ tamen eidem cohæreat, vel facta ejusdem mentione, quæ ei non cohæreat, concedatur, utroquè illo casu, cum Imperium mixtum jurisdictioni cohæreat. *l.* 1. *ff. de*

off.

off. ei. cui mand. est. jurid. & viciſſim imperio inſit jurisdictio *l. imperium 3. ff. de jurisdict.* ac jurisdictio ſine modicâ exercitione nulla ſit *l. mandatum fin. ff. eod. tit.* illud ipſum ſc. mixtum imperium, ne jurisdictio reddatur elusoria, in Vaſallum ſimul transferri arbitramur; cum aliàs conceſsâ jurisdictione ea quoquè intelliguntur conceſſa, ſine quibus ea explicari nequit, *l. 2. ff. de jurisdict.*

CII.

Merum autem imperium, quod iis caſibus plurimi transferri adſirmant, concedi non credimus, textuum moti evidentiâ ac unanimi conſenſu *d. l. 1. ff. de offic. ei. & c. verſ. ib. etſi à familiâ it. §. 1. ib. quare nemo dicit, & d. l. ult. cod. tit.* Cum enim ad hoc, ut merum imperium alicui competat, ſpecialis requiratur conceſſio, generali conceſſione idipſum translatum videri non poteſt, *c. in generali de R. Jur. in 6. c. licet 2. de offic. Vicar. in 6. l. obligatione 6. ff. de pignorib. l. idem apud 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. & famoſ. libell.*

CIII.

possint. Nam qui Bannitus est, vel cui per sententiam adempta jurisdictio, illam exercere nequit per textum expressum Juris Saxonici Lehenr. *cap* 72 §. Welcher Mann. Sicut nec qui de jurisdictione investitus non est. Lehenr. *cap.* 61. §. Es mag auch etiamsi per successionem ad ipsum pertineat; Lehenr. *d. c.* 72. §. Noch auch. nisi legitimæ subsint causæ, quæ impedierint, quo minus investituræ illius renovationem petere potuerit. Lehenr. *d. cap.* 72. §. Es were dann. vel tempus ad id præfinitum nondum sit elapsum. Lehenr. *d. cap.* 61. §. Wann er es aber. Pluribus quoquè communis olim jurisdictio esse non poterat jure Saxonico; Lehenr. *d. cap.* 72. §. Zweene Männer. quod tamen in desuetudinem abiit, quemadmodum & ea, quæ de subinfeudatione, jurisdictione ib. traduntur, de quo infr. suo loco.

CV.

Quintò, panes civiles, quorum meminit *gl. in d.* §. *sciendum.* Sunt autem panes civiles, qui certo tempore annuatim dabantur his, qui tesseram frumentariam *Panes civiles.*

tariam habebant, i.e. signum, quo ostenso panes vel frumenta dabantur: qui etiam appellantur annonæ civiles *in l. jubemus* 14 *C. de S. S. Eccles.* & hujusmodi proventus panum & annonarum in feudum locari poterant. *Zas. d. part. feud. 4. num.* 10. *Sonsbec. d. part. feud. 8. num.* 25. *Mozz. alleg. tit. num.* 13. *Vultej. d.c. num.* 9. *in fin.*

CVI.

Præstationes.

Ac tandem in summâ, ex quibuscunque rebus fructus, sive menstruo, sive bimestri tempore aut annuatim percipiuntur, illas in feudum concedere, licitum est: uti sunt decimæ, **Korn und Fleisch Zehenden/ Lehnr.** *cap* 11. jura piscandi, venandi, aucupandi, *l. venationem* 26. *ff. de usur. & fruct. l. item si fundi* 9. *§. aucupiorum & l. usufructuarium* 62. *ff. de usufruct.* & similia, de quibus *in l. fructum* 7. *§. quod in annos. & §.* 12. *l. si fundus* 8. *§.* 1. *ff. solut. matrim. Zas. d loc. num.* 19. *& Mozz. d. tit. num.* 15. ita tamen, quod in perpetuum, vel tempore indeterminato concedantur; indeterminata siquidem pro perpetuis habentur *l. Jurisperitos in pr. ff.*

pr. ff. de excusat. tutor. Andr. Isern. in d. §. sciendum Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi vers. tertio quæro ff. de nov. oper. nunc. Zas. & Mozz. allegat. locc. Ratio autem hujus adsertionis est illa: quod ejusmodi res inter immobilia computantur. *Molin. in tract. commerc. qu. 37. num. 273.* ubi hanc communem esse omnium Dd. opinionem ait, *Bald. in proœm feud. num. 21. ib. & scias quod omnes res, & in l. etiam 5. C. de execut. rei judic. num 8. Gail. d. 2. observ. 10. num. 1. Berl. d. concl. num. 15.*

CVII.

Jus venandi, piscandi.

An verò, sylvâ quadam, fluvio, stagno aut lacu in feudum datis, jus quoquè simul venandi, piscandi datum indubio videatur? De stagno, lacu & fluvio adsertio est expedita: quandoquidem notum est, quod pisces sint fructus fundi *l. item si fundi 9. §. 5. ff. de usufruct.* ita ut ad instar fructuum pendentium pars ipsius esse censeantur secund. *gl. in l. funes 15. in verb. pisces ff. de action. empt. & vend. Tiraquell. in tractat. de utroq. retractat. lig. §. 1. gloss. 7. num. 116.*

Guid.

Guid Pap. in decis. 91 num. 5 Molin. in consuetud. Paris tit. 1. § 1. gl. 8 num. 17. 18. 19. & 20. Zas. d part. feud. 4. num. 2. Wesemb. in ff. ff de acquir. rer. domin. num. 7. vers. cujus differentiæ ratio, Schrad. in d. tr. feud. 2 part. 9. part princ. sect. 3. num. 72. Alienatione autem fundi, ut totius, factâ, fructus quoquè, ut ipsius pars, in dubio veniunt. *l. Julianus* 13. §. 10. *ff. de action. empt. & vend.* Sic porrò re immobili in feudum concessâ, jura tacitè simul concessa esse intelliguntur *arg. l. in vendendo* 66 *l. si aquæ ductus* 97. *l. fistulas* 78. *ff de contrab. empt. Vult. d. c. num.* 4 Consequens ergo remanet, quod stagno, lacu aut flurvio in feudum datis jus simul piscandi datum ac permissum in dubio credatur. Nisi pisces custodiæ seu quotidiani usus causa in iis forent repositi, quo secus esse docent. *Zas. jam d. n. Wesemb. de feud. cap. 7. num. 3, Schrad. d. part. feud. 3. c. 4. num. 7. Sixtin d. 2. cap. 18. n. 28. & 29. Arum. d. disput. thes.* 6. vel nisi consuetudo loci cujusdam contrarium observare juberet, quæ tunc attendenda esset: cum hæc in specie in causis ac negotiis feudalibus dominetur *d. cap. 1.*

2. Feud. 1. Pruckm. Consil. 9. num. 44. vol. 2. Schrad. d. l. num 45. Inprimis autem pactis ac conventionibus hæc mutari possunt, adeò, ut vel cum, vel sine prædio infeudentur. *l. quod tamen* 10. §. *agri* 2. *& seq. ff. quib. mod. usufruct. amitt. Schrad. d. part. feud. 3. cap. 2. num. 3.*

CVIII.

Et licet eadem decisio, quæ de stagno, lacu & fluvio facta, de sylvâ etiam, ex præmisso & prædicto principio, fieri possit, & ita ex eo in specie de venationibus docuisse *Jacob. de S. Georg. in investitur. feud. in verb. in conventionibus*, testis est *Vult. d. num.* 4. Quia verò Germaniæ consuetudo huic reclàmitat, tradentibus *Sixtin. d. loc. num.* 47. *Hargr. ad §. feræ J. de R. D. num.* 245. *Schrader. d. cap.* 4. *n.* 45. *Rosenth d. cap.* 5. *conclus ult. n fin* rectius cum his concludimus, quod, sylvâ alicui in feudum concessâ, jus venandi in dubio, tacitè simul datum ac cõcessum non dicatur, nisi expresse & specialiter contrarium fuerit actum: quia omnes dispositiones, omnesq; contractus secundum consuetudinem istius loci quo in cele-

brantur, intelliguntur, restringuntur atq; extenduntur. *l. quod si nolit* 31. §. *qui assidua ff. de Ædilit. Edict. l. fin. c. de locat.*

CIX.

Imò ita exactè & restrictè ejusmodi consuetudinem quoad jus venandi in Germaniâ observari dicit *Harpr. d.* §. *feræ*, ut, si quis dux aliquem de castro, in quo sunt plures sylvæ atq; feræ, investierit, ac nominatim subjecerit, **Mit Jagts Gerechtigkeit**, huic Vasallo non etiam majoris, sed inferioris solummodò notę venationem (nimirum **Jagtsgerechtigkeit an Hasen/ Füchsen/ Anhörnern / und kleinen Wildewerck** / utputa **Vögel fangen/ Hüner verstossen** &c. de quo *Meichsner. tomo* 1. *lib.* 2. *decis.* 1. *Camer. imper. sub num.* 2.) permissum censeatur. Nisi speciatim & expresè contrarium fuerit actum, *arg. l.* 1. *ff. de offic. ei. cui mandat est jurisdict.* hocquè ob rationem in præced. th. dictam. Et licèt quoquè altioris notæ venatio alicui concessa, & in tali concessione mentio saltem **des rohten vnd schwartzen Wiltprets** facta esset, quod nec

nec tunc præter haſce ſpecies permiſſas venatio urſina; **Behrenjagt** / veniat, putat *Knich. in tract. de veſtitur. paction. cap. 2. num.* 38. quem citat ac ſequitur *Harprecht. d. loc.* Tum: quod ejusmodi venatio non ſit de genere ſpecierum permiſſarum, ſed diſtinctam ac ſeparatam redoleat ſpeciem. *Meurer. de jur. foreſt. part. 2. fol.* 16. & 32. *in fin.* Tum: quia in genere non tranſit; quod princeps vix ſpecialiter ac in ſingularem faventiam concedere ſolet. *argum. l. obligatione generali* 6. *ff. de pignor. c. generali* 81. *de R. Jur. in* 6. *vid. Harprecht. citato* §. *n.* 247. 248. & 249. ubi aliam adhuc pro hac aſſertione addit rationem.

CX.

Atque hæ res omnes in feudum dari poſſunt. Nihil autem intereſt, an illæ concedentis propriæ ſint in totum, vel quoad partem. Nam & res communis, pro parte tamen concedentis, in feudum dari poteſt, adeò ut inveſtitus deinceps per diviſionem, quam augere poteſt, ſuum *Res propria.*

ſuum conſequatur *c.un.* § *ſciendum, de not. feud.* 2. F. 58. *Sonsb. d. part feud* 8 *num.* 30. & *ſeqq. Gothofred. Anton. d. diſp. feud.* 3. *th.* 3 *lit. D. in fin.* Quod ſi planè aliena fuerit, procedit inveſtitura, ita ut tunc dominus ſive concedens, re evictâ, vaſallo rem in feudum acceptam alterius eſſe ignoranti de evictione ſit obligatus *c. un. de inveſtit. de re alien. fact.* 2 F. 8. *c.un. ſi de feud. vaſall. ab aliq. interpell. fuer.* 2. F. 25. Et quamvis etiam vaſallus rem in feudum datam eſſe alienam ſciverit, nihilominus tamen, ſi hic pacto evictionis ſibi proſpexerit evictionem præſtare tenetur dominus *per textus modo adductos. Arum. d. diſp. feud. th.* 26. *Sonsb. d. loc. n. fin.* Hanc autem diſtinctionem inter accipientem ſcientem vel ignorantem non addendit jus Saxonicum, ſed indiſtinctè dominum ad evictionem obligat, *uti per text.* Lehnr. *c.* 33. probat *Reinhard. part.* 3. *differ.* 2. *Matth. Cöler. part.* 1. *deciſ.* 75.

CXI.

Quid juris verò erit illo in caſu, quo quis rem propriam ab altero in feudum recognoſcit, wann einer dem andern ſein Eigen-

Eigenthumb auffztragen/vnd zu Lehen machen wolte/valebitnê ejusmodi conventio? Affirmantium sententiæ eatenûs subscribimus, quatenûs accipiens jus suum non ignorat. Eo enim ipso, quod quis scientêr ab alio in feudum rem suam recipit, videtur dominium directum ac proprietatem in alterum istum transferre *arg. l. qui rem propriam 20. ff. de locat. l. quisquis 28. C de R. V. l. si aliquam 28. ff. de acquir. vel amitt. possess. Vult. d. c. 5. n. 19. Molin. in consvetud. Paris. §. 1 gl. 5 n. 22. n. 35. & seq.* ubi pluribus hanc sententiam confirmat ac defendit; simulq; eam à Dd. receptam & approbatam dicit. Adde *Anth. Matth. d. disp. 3. th. 3. lit. D.* ubi aliquot requisita ex Ddr. adducit. Alia forma hoc casu jure Saxon. inducta est; nimirum ut rem istam novus dominus spacio unius anni & dici Saxonici possideat Landtr. *lib. 1. art. 34.* Welcher Mann dem Herren sein Eigen auffgibt/ vnd das wider zu Lehen vom jhm empfehet / dem Herrn hilfft die Gabe nicht / er behält deñ das Gut in seinem gewehre Jahr vnd Tag / darnach mag er es sicherlich jhnen wider leihen/ also daß weder er/

noch keiner seiner Erben kein Eigen beko-
den mögen/sondern lehen. *Coler. decis. 80.*

CXII.

Atque id non privatis saltèm & infe-
rioribus, sed & supremo principi licet,
ut rem propriam recognoscat ab Impe-
rio jure feudi, quod expresso textu ju-
ris Saxonici decisum est, Lehenr. c. 72. §.
Wer einen freyeigen &c. quem non nisi
de superiore intelligendum esse totus
contextus, qui aliàs obscurus est, &
multa specilia continet, evincit,
& in not. margin. n. 3. Zobel.
tradit.

Et tantùm de Feudi
Materiâ,

F I N I S.

Colle-

Digitized by Google

Digitized by Google

Collegii Feudalis publici

Disputatio V.

De

Forma & Effectu Feudi.

Respondente

MICHAELE Kreuch Ohrdruffio Thuring.

Thesis I.

MAteriam nimirum res in quibus feuda constituuntur, rectè sequitur nunc consideratio formæ, quippe per quam res talis, hoc est, feudalis existit & nominatur: Forma enim facit, ut res id sit, quod est, *arg. l. Julianus. 9. §. sed si quis 3. ff. ad exhibend. Gœdd. ad l. ostentum 38 n. 3. ff. de V S.* & esse dat rei. *l. qui usumfructum 36 in pr. ff. de usufruct. l. adeò 7. §. insula* *Forma feudi.*

sula. ff. de acquir. rer. dom. l. si ii qui 80. §. *quædam* 1. *ff. ad L. Falcid. Gail. lib.* 2. *obs.* 19. *n.* 16. *Tiraquell. de Jur. primogen. cap.* 40. *n.* 31. *in fin.* ab eaque omnis rei perfectio est, *Gædd. ad l. Carbonum* 167. *num.* 6. *de V. S.* Nam sine fidelitate feudum esse aut intelligi non potest, *c. un.* §. *fin. per quos fiat invest.* 2 F. 3. *Schurff. consil.* 27. *cent.* 1. *VVes. de feud. c.* 8. *n.* 19.

II.

Interna.

Formam autem feudi duplicem constituimus: Internam seu essentialem, & Externam, seu Accidentalem. Hæc enim distinctio & Logicis imprimis vero JCtis & Politicis usitata est. Interna & essentialis feudi forma est fides seu fidelitas. Fides autem hîc consideratur non sola seu nuda, verum talis, quæ usufructui feudali cohæret: siquidem aliàs fides cum plurimis aliis cōtractibus feudo communis esset futura.

III.

Fidei acceptio.

Fidei acceptio in usu juris multiplex ac varia est, teste *Vult. lib.* 1. *de feud. c* 6. *n.* 2. *&* 3. Modo enim accipitur pro juramento quo quis fidelitatem Domino promittit, *ut in c.* 1. *quid præced. deb.* 2. F. 4. *& c.* 1. §. *est & alia, quæ fuit prima causa benef.*

nef. amitt. 2. F. 24. c. un. de form. fidel. 2. F. 6. c un. de nov. form. fidel. 2 F. 7. Modo pro ipſa re, hoc eſt, fide quam Domino ſuo ſub juramento ſe præſturū quis pollicetur, *ut in § fin. & in rubr. ac nig. qualiter jurare deb. vaſallus dom. fidel. 2. F. 5. & in c. un. de form. fidel. 2 F. 6.*

IV.

Fidelitatis ſpecies.

Atque ejus fidei ſeu fidelitatis rurſum tres reperiuntur ſpecies, *c. un. qualiter jur. deb. vaſ. Dom fidel. 2. F. 5.* Alia namque vocatur domeſticitatis ſeu familiaritatis & officii, quam Domeſtici ſeu familiares Principum, puta Cancellarii, Conſiliarii, aliique aulici, ratione ac reſpectu officii, etiamſi nulla ab iisdem feuda recognoſcant, Dominis ſuis jurare ac præſtare coguntur, quæ vulgato nomine Raths-oder Dienſtpflicht / & generaliori Amptspflicht indigitatur, *Schneidew. Epit. Feud. p. 5. c. 1. nmu. 63. Dn. Vult. c. 6. n. 6. Roſenthal Synopſ Jnr. Feud. c. 6 concluſ. 85. n. 11.*

V.

Alteram fidelitatis ſpeciem vocant ſubjectionis, quæ aliàs ſæpius homagium appellatur, germanis die Huldigung / oder Landes Huldigungs Pflicht / quam ſubditi Magiſtratui ſuo jurant,

nempè se ratione subjectionis fideles obedientesq; Domino suo futuros, daß sie jhrem Herren getrew vnd gehorsam seyn wollen / wie ehrlichen vnd auffrichtigen Vnterthanen gebühret / *Rosenth. c. 6. conclus. 85. n. 7. Dn. Vult. c. 6. n. 5. Gail. de Arrest. c. 7. n.* 10.

VI.

Tertia fidelitatis species dicitur Vasallagii, nostris die Lehnspflicht / de qua propriè hìc nobis sermo est, quæque nihil aliud est, quam illud ipsum, quod in forma fidelitatis Vasallo observandum præstandumque præscribitur, potissimum autem circa vitam Domini, famâ & bona ejus versatur, & proponitur generalius quidē *in c. un. qual. jur. deb. vas. 2. F. 5.* specialius v. *in c. un. de nov. form fidel. 2. F. 7.*

VII.

Hæc fidelitas salvo jure feudi velut ipsa essentia & forma ejusdem nullo pacto remitti potest, sive erpressum sit sive tacitum. *Hartyf anal. J. feud. c. 3. lit. b. c. un. §. fin. per quos fiat invest. 2 F. 3. c. un. qual. jur. deb. vas. 2. F. 5. cum duob. seqq. c. un. §. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. Rosenth c. 2. conclus. 66 n 3. & c. 10 concl. 34. n. 60.*

n.60. Vult. c.6.n.10. Sonsbeck part.2. n.34. Rittershuſ. lib.1.c.10.q.4.in fin. Et quamvis beneficium ſine fidelitate, hoc eſt, juramento fidelitatis eſſe poteſt. *c. un. in fin. per quos fiat inveſt. 2.F.3. & c. un. §.1. quæ ſunt prim. cauſ. ben. amitt. 2.F.24.* ſine fide tamen eſſe non poteſt. *Schrader. de feud. p.2.c.2 n.26 & ſeqq.* Quod usque adeò verum eſt, ut etiam Imperator cui alioquin omne genus fidelitatem debet, eandem niſi præſtet, feudo privetur, *c. un. Imper. feud. amitt. 2. F.100.* Proinde rectiſſimè fidelitas dividi poteſt in juratam & non juratam, *Weſemb. de feud c. 6.8 n.21.* licet vaſalli illam ut plurimum ſub juramento promittant.

Diviſio fidelitatis.

IIX.

Præſtatur fidelitas Domino, *c. un quid præced deb 2.F.4.* vel ejus heredi *c. un. in pr. quæ ſunt. prim. cauſ benef amitt. 2.F.24.* Quod ſi plures Domini heredes ſint, feudo inter eos diviſo, vaſallus non niſi unam fidelitatem, eamque cui ex Dominis voluerit, præſtat: ſervitium tamen omnibus non gravitate ſed moderamine faciendum eſt, *c. un. ſi plur ſint dom. vel vaſ. 2.F.77.* Feudo autem inter illos non diviſo, fidelitas ante diviſio-

Juramentum fidelitatis cui præſtetur.

nem præstanda non est, ne contra jus commune & naturam feudi duas vel plures fidelitates pro eodem feudo faceret, *c.un.non cog vas.pro un feud.* 2.F.102. pluresve Dominos haberet *c. un.* §.1. *de prohib.feud.alien* 2.F.55. Si enim unam præstaret fidelitatem partibus indivisis, alteram factâ divisione recusare non posset.

IX.

Quis præstet?

Præstare illam regulariter omnes vasalli tenentur absque ullo discrimine aut respectu sexus, ætatis aut dignitatis, adeoq; tam fœminæ quam masculi. *c.un. in fin. per quos fiat invest.* 2. F. 3. *cum duob.seqq.l.1.l.195.ff.de V.S.l.7.§.1.ff.de Jurisdict.l.62.in fin ff.de legat.3., l.26.ff.de jurej.l.3.§.1 ff.de negot.gest.Schrader. part.6. c.4.n.8.* Ita etiam pubetes dummodo annum 14. compleverint, *d.l 26.ff.de jurejur.c.imperialem,§.præterea si quis.de prohib. feud.alienat.per Frider.2. F.55.c.1.§. si minori. & §. si quis decesserit, si de feud defuncti content. sit.* 1. F.26. Sic quoque superior, qui ab inferiore feudum recognoscit, jurare hanc fidelitatem tenetur, *c.un.imper.feud.amitt* 2.F.100. Idq; in Germania nostra usus satis probat, adeò

ut

ut etiam magni Principes quandoque Episcopo, Abbati vel Civitati juramẽtum præstent: Quod tamen per substitutum ut plurimum facere solent, *Schrader. p. 4. c. 3. n. 10. Niell disp. feud. 2. th. 6. lit. G.* Elector tamen Saxoniæ Bambergensi Episcopo juramentum non præstat; sed vel poculo vel osculo confirmatur actus, pedem pede premendo, *teste VVarem. de* Ehrenb. *lib. 2. de fœder. c. 1. n. 164. in fin.* X.

Hactenus a. dicta plana & clara sunt quando unus est vasallus, quando vero plures extant vasalli, donec feudum indivisum tenent una fidelitas & unum servitium sufficit: Illo autem diviso, quot partes tot fidelitates & servitia quo quantitate feudi moderanda erunt *c. un. si plures sint Dom. vel vas. 2. F. 77.* quod confirmat constit. Friderici § 1 *de prohib. feud. alien. 2. F. 55.* quod si feudũ ad unũ tantum venerit, ille tantũ fidelitatẽ faciet *c. un.* §. *omnes filii, si de feud. def. content. sit. 2. F. 26.* Jure Saxonico omnes vasalli etiamsi simultaneẽ saltem investiti sint, ad fidelitatẽ compelluntur, *Constit. Sax. 45. p. 2. §.* der gesambte Handt aber *VVes. c. 8. n. 22* XI

Atq; adeò omnes omninò fidelitatem

jurare tenentur, nisi vel iisdem remittatur juramẽti præstatio, uti fit in feudo non jurabili *per c. un. in fin. per quos fiat investit. 2. F. 3. c. un. §. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. ben. amitt. 2. F. 24 c. un. de fidelit. 2. F. 76. Schneid. p. 1 n. 20. Schrad. p. 2. c. 2. num. 26.* vel consvetudine, quæ cujusque regionis hac in re sequenda est *Rittershus. de feud. lib. 1. c. 10. q. 4.* aut statutis contrarium fuerit introductum *arg. l. 35. & 80. ff. de R. J.* Statutum enim non solum Juri communi, sed etiam generali consvetudini derogat, eo in loco ubi valet, *Hartm. Pistor. lib. 1. q. 32. n. 6. Schrader. p. 6. c. 6. n. 5.*

XII.

Fidelitas ab utraque parte per procuratorem efficaciter expeditur, ita ut non tantũ à Domini procuratore recipi, sed etiam à vasalli procuratore præstari possit, *c. un. §. sed verum per quos fiat invest. 2. F. 3. Gail. de Arrest. c. 7. n. 11.* Nam quod per me facere licet, etiam per alium peragere licet, si contrarium non sit dispositum, & eo magis, cum omnis generis juramenta & actus, admodum paucis exceptis, per procuratores expediuntur, proindè meritò in nostro hoc

casu

casu per procuratorem fidelitas perficitur, *ut est com. Dd. opin.* ho dieq; observatur testante *Wes. c.8. n.24. Schneid. p.3. n.107. & p.5. n.13. & 88.* Etiam invito & nolente Domino, *Rosenth. de feud. c.6. concluf. 37. n.5.* Requiritur tamen ut cum speciali mandato ad hunc actum instructus compareat, *Schrad. p.5. c.3. n.11. Vult. lib.1. c.7. n.40. Schneidevv. d.l. Fachin. lib.7. controv. c.54 Waremund. ab* Ehrenb. *de fœder. lib.2. c.1. n.163.*

XIII.

Et hæc fidelitas, sive per principalem sive per procuratorem præstatur, utrumque obligat, non modo vasallum sed & Dominum, proinde uterque ad paria judicatur propter istam mutuam obligationem, *c. un. in fin. de form. fidel. 2. F.6.* Et quam fidem expectat Dominus, eandem & vasallo præstare cogitur, *c. un. §. in quibus 1. de consvetud. recti feud. 2. F.33.* Unde illud nobis germanis tritum, getrewer Herr/getrewer Knecht/ex quo Dominus & vasallus dicuntur correlata. *Schrad. p.6. c.7. n.1.* quāvis Dominus vasallo fidelitatē non jurat, *VVes. c.8. n.25.* ut pote quę ex ipso cōtractu per se intelligitur, ejusque omissio honori Domini

tanquam superioris, de cujus fide erga vasallum minimè dubitari potest, tribuitur, *Vult. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 47. *Rosenth. c.* 6. *concl.* 86. *n.* 5. *Schrader. d. l. n.* 8. *Hattyser. c.* 9. *in fin. lit. g.*

XIV.

Fidelitatis vero nomine quid proprie veniat seu quæ partes illius ac munia, diximus quidem supra specialius nonnihil *in c. un. de nov. form. fidel. n.* F. 7. esse expressum, verum cum feudorum omnium una eademque non sit conditio & qualitas, ac proinde in exigenda fidelitatis promissione quælibet fermè curia seu regio peculiares sibi habeat & observet formulas, adeò ut modo plura & majora, modo pauciora & minora sub fidelitate exigantur contenta, illud ipsum certis ac determinatis quibusdam capitibus, talibus quidem, quæ in genere omni fidelitatis promissioni correspondeant, includi ac circumscribi vix posse videtur, *c. un.* §. *quomodo. in quibus caus. feud. amitt.* 2. F. 23 Potiora tamen & quæ ex communi Germaniæ consuetudine vasalli jurantes promittunt, sunt *Fides, officia seu servitia & Amor*, quæ nostrates per verba getrew / gewertig

tig vnd holdt vertunt, quibus nos adjungimus *obsequium seu reverentiam & honorem* propter *c. un. de milite vas. 2. F. 22. c. un. in quibus caus. feud. amitt. 2. F. 23. Gothofr. Anton. disp. feud. 7. th. 2. videatur quoq; Gail. de Arrest. c. 7. n. 10. 11. Rosenth. c. 6. concl. 85. n. 7. Rittersh. lib. 1. c. 10. q. 4. & lib. 2. c. 1. q. 5.*

XV.

Formulæ juramenti à vasallis præstandi variæ sunt. Longobardi n. brevi hac utebantur formulâ, qua & Carolus M. contentus fuit: Ego N. promitto me Domino meo Carolo & filiis ejus fidelem fore, totâ vitâ, sine fraude doloq; malo, *lib. 4. leg. Francic. tit. 46. Carol. Sigon. lib. 7. de regn. Ital. p. (mihi) 176. in pr.* quæ planè coincidit cũ ea quâ Saxones antiqui usus ũt & extat in jure feudali Saxonico *c. 3.* his verbis: Der Mañ soll seinem Herren aus pflicht hulde thun vnnd geschweren daß er jme also getrew vnd huld seyn wolle mit der volge / als ein Mann seinem Herren durch recht seyn soll. *Juramenti formula.*

XVI.

Hujusmodi breve juramentum in Germania quoque usu receptum scribit *Zas. p. 7. de feud. n. 16.* ubi vasallus jurat Domi-

Domini utilitatem proferre, & incommoda propellere, parereque cum paribus in jure dicundo.

XVII.

Sed plenior formula, singula vasalli munia explicans post Carolum M. introducta est, quæ extat *in tit. 6. & 7. lib. 2. F.* quæ summatim in his sex consistunt: ut vasallus Dominum servet, 1. Incolumem, quoad vitam & corpus. 2. Tutum quoad secreta & munitiones, ac quæ ipsi suisque 3. Honesta, 4. Utilia, 5. Facilia, & 6. Possibilia sunt, non vertat in contrarium.

XIIX.

Hodiè quoque in imperio amplior forma usurpatur quam Waremundus de Ehrenberg (qui est Eberhardus à Weihe/olim Professor Academiæ nostræ, & tandem Cancellarius Brunsvvicensis) nomine Princip. Hassiæ Orator ad petendam investituram & solennia investituræ peragenda Imp. Rudolpho II. Anno 1593. & 1597. ipsemet præstitit & refert *lib. 2. meditament. pro fœd. c. 1. n.* 161. Verba ejus ita se habent: Wir hernach benandte N. N. als vollmächtige Ge-

ge Gewalthabere deß Durchleuchtigſten Hochgebornen vnſers gnädigen Herren geloben vnd ſchweren in krafft des ſchrifftlichen Gewalts/den wir zur Cantzley vbergeben/auff das H. Evangelium/das wir hier leiblich berühren/ vnd in die Seele Hochgedachtes/das J. F. G. von der Lehn wegen/die J. F. G. jetzo verliehen vnd gereichet werden/nun hinfort von dieſer ſtunde an ſich dem Allerdurchleuchtigſten/ Großmächtigſten vnd vnüberwindlichen Fürſten vnd Herren/Herren Rudolphen dem Andern Römiſchen Keyſer vnd König/vnd dem Reich/ trewe/holdt/gehorſamb vnd gewertig/ auch nimmermehr wiſſentlich in dem Raht ſeyn ſol noch wil daß jchts wider E. Keyſerlichen Majeſtat Perſon/ Ehr/Würde vnd Standt gehandelt oder fürgenommen würde/noch darin willigen oder befehlen in einigen Weg/ſondern Keyſerl. Majeſt. vnd deß Reichs Ehr/Nutz vnd Frommen betrachten vnd befördern nach allen

jhren

jhrem vermögen/ vnd ob J. F. G. jrgends verstünden / daß etwas fürgenommen oder gehandelt würde/ wider E. Keyſ. Majeſt. Perſon/oder das H. Reich / denſelben wollen J. F. G. getrewlich vor ſeyn vnd E. Keyſ. Majeſt. deſſen vnverzuglich warnen / vnd ſonſten alles das thun das ſich einem getrewen Fürſten gegen E. Keyſ. Majeſt. vnd dem H. Reich gebühret/ von recht vnd gewohnheit wegen/ohne arge Liſt vnd gefehrde / als J. F. G. Gott helffe vnd das H. Evangelium.

XIX.

Similis huic eſt quam in Saxonia noſtra uſitatam eſſe dicit *Joh. Schneidevv. in epit. p. 5. n. 79.* ejus verba ita ſonant: Ich ſchwere dem N. N. ſeiner G. vnd derſelben Leibs Lehns Erben auch dero Fürſtenthumb vnd Landen oder Graff vnd Herrſchafften / Frommen / Ehr vnnd Nutz zu fördern / Schaden zu wenden vnnd warnen nach meinem höchſtem vermögen / vnd ſonderlich wo ich erführe daß J. G. etwas an

Leib

Leib/Ehr/vnd Stande/ vnd zu entgegen jhrer Herrschafften / Landen vnd Leuten zu abbrechung / von jemandt molte fürgenommen werden / dasselbe seiner G. zu offenbaren/ vnd mit höchstem fleiß zu verhüten / auch sonst getrew/ gehorsam vnd gewertig zu seyn/ zu dienen vnd alles anders zu thun / halten vnd lassen was einem frommen Lehnman / gegen seinem Lehnherren nach gewohnheit vnd rechtswegen zu thun gebühret/ als mir GOtt helffe vnd sein Göttliches Wort.

XX.

Hodiè tamen paululum mutata, & magis ad sententiam *d. tit. 7.* reducta est illa, quæ in Electorali aula Saxonica usurpatur. Juramenti fidelitatis formula.

XXI.

Juramentis etiam ceremonias ac ritus varios varii olim adhibuere, nimirum silicis projectionem *VVes. π. de jurej. n* 6. aræ apprehensionē, *Plautus in Rudente. act* 5. *sc.* 2 sceptri elevationē *Arist. li.* 3. *pol. c* 10. *in fin.* haustū vel epotionē poculi sa-

Ritus juramenti.

turâ autem non factâ, non intelligitur feudum constitutum esse. *cap. un. quib. mod. feud constit. poss.* 1. F. 25. *Vult. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. *Rittersh. lib.* 1. *cap.* 8 *q* 1. *in fin.* Et sicut anima & corpus constituunt hominem, ita fidelitas & investitura verum & perfectum feudum.

XXIII.

Investitura, quæ alibi quoque investitio vocatur *c. un. si de investit. inter Dom. & Vas.* 1 F. 26. *cap. un. de usu Mediol.* 1. F. 28. ab investiendo dicitur, quod vocabulum quoad originem potius germanicum, quam latinum est, & derivatur à nomine Vest / quod firmum significat. *Gothofr. Anton. diss. feud.* 4. *th.* 1. *lit.* C. Undè verbum Vestigen/ hoc est, firmare seu confirmare. Investire igitur significat propriè alicui possessionē concedere, vel illam confirmare & stabilire, cujus contrarium est devestire, quod est possessione aliquem privare. *cap. un. de nat. feud.* 1. F. 7. *Rittershus. lib.* 1. *cap.* 8. *quæst.* 2. *Vult. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *Investitura unde dicta.*

XXIV.

Est autem Investitura vocabulum πολύσημον, modò namque ipsam feudi significat possessionem, sumto nimirum *Investitura accessptio.*

rum effectu pro causa. *c. un. quid sit investitura* 2. F. 2. modò instrumentum seu literas super investituræ actu memoriæ causa conscriptas den Lehenbrieff. *c. un. vers. idcirco. de notis feud.* 2. F. 58. modo & quidem propriè ipsum investiendi actū denotat, germanis die Belehnung/quem sic describi posse arbitramur, quod sit solennis feudi cessio. *Vid. Schöner. lib.* 1. *disp. feud.* 5. *th.* 14. Obrecht. *disp. feud.* 8. *th.* 7 *Vult. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. & 6.

Investitura quid.

XXV.

Investitura Divisio.

Dividitur Investitura vulgò in propriam & abusivam. *c. un. quid. sit invest.* 2. F. 2. quàtum illa inductione in vacuā ipsius rei possessionem perficitur: hæc symboli cujusdam rem in feudum concedendam repræsentantis traditione expeditur. *d. c. un quid sit investit. VVesenb. de feud. c.* 8. *n.* 11. *Rosenth. c.* 6. *conel.* 1 *n.* 2. & 4. *Schrader. p.* 5. *c.* 2. *n.* 1. *Schneid. p.* 4 *num.* 3. *Rittershus. lib.* 1. *c.* 8. *q.* 3. *Gothofr. Anton. disp. feud* 4. *th.* 3.

XXVI.

Et factà abusivâ Investiturâ, licet vasallo feudum propriâ authoritate ingredi, ejusque possessionem apprehendere, hæc enim facultas ipsi à Domino

per

per abusivam Investituram tributa videtur *secundum Dd. com. in c. un. quid sit investit.* 2. F. 2. Vasallus tamen in apprehensione possessionis, si plures sint fundi feudales, omnesque tanquam partes sub uno toto contineantur, non omnes circumambulare necesse habet, secus est quando fundi ad feudum pertinentes sint separati, ita ut ad nullum totum respiciant. *Borcholt. de feud. c. 7. n. 10. & 11. Rittershus. lib. 1. c. 8. q. 8. & 9. Zas. p. 6. n. 7. & 29. Mynsing. cent. 3. obs. 39.*

XXVII.

Utraque Investitura tam abusiva quā propria fit aut de feudo novo, id quod nondum est, constituendo, vel de feudo veteri, id, quod jam, est renovando & in succedentis persona confirmando. *c. un. per quos fiat investit.* 2. F. 3 Investiturā novam dicimus, quando feudum primo quæritur. *c. un. vers. novam. qui testes sunt necess.* 2. F. 32.

XXVIII.

Utriusque & novi & veteris feudi Investituram facit Dominus immediate proximus non Domini Dominus. *c. un. §. illud quoq; de prohibit. feud. alien.* 2. F. 55. Et nihil interest utrum per se vel per alium illam faciat. *c un. § sed utrum* 2. F. 3. *Qui investit.*

Imò omnis qui legitimè bonorum suorum administrationem habet *in pr. d. tit.* 2.F.3. *Wesenb. cap.*8. *num.* 12. Jure Saxonico quoque requiritur ut sit in quasi possessione dominii directi seu juris in feudandi. Lehenr. *cap.* 53. *in fin.* Quin imò quamvis lis sit inter Dominum & Vasallum de alio feudo, Dominus tamen vasallum de novo interim ipsi acquisito investire tenetur Jure Saxonico. Lehenr. *cap.* 18. *vers.* Wird aber &c.

XXIX.

Forma Investiturae. Forma Investiturae feudi novi nobis in praesenti consideranda venit, quae est vel substantialis vel accidentalis. Sub*Substantialis.* stantialis duobus hisce cõtinetur 1. Verbali feudi cessione, puta, ut Dominus vel ejus nomine procurator ad id constitutus dicat, Ego te investio de hoc vel illo praedio, fundo, castro &c. ut illud in feudum habeas. *c. un. quid sit invest.* 2.F.2. *VVesenb. c.*8. *bi solenne a. est. n.*10.

XXX.

2. Investiturae testificatione, quae est solennitas adhibendi investiturae negotio vel testes vel instrumentum probandae investiturae causa observanda, quae si omittatur, investitura existima-

tur

tur ipso jure nulla. *cap. un. ibi, siquidem, quid sit investit. 2. F. 2. c. un. qui testes sunt necess. 2. F. 32. cap. un. de feud. Guardiæ & Castald. 1. F. 2 c. un si de investit. feudi controv. fuerit, ibi & si investit. & §. item si vasallus. ibi vel probare per pares Curtis, vel per breve testatum* 1. F. 4. *Vult. lib. 1. cap. 7. n. 22. VVes. c. 8. n. 14.*

XXXI.

Duæ itaque testificationis sunt species: testium nempe adhibitio & instrumenti confectio. Testes investituræ negotio adhibendos quod attinet eorum consideranda est qualitas, deinde numerus.

XXXII.

Qualitas illa in tribus videtur consistere 1. Ut testes sint homines liberi non servi *c. un. de not. feudi. ibi alioqui adhibeat.* 2. F. 58. 2. Ut sint masculi non fœminæ. *cap. un. qui testes sunt necess. §. ult.* 2. F. 32. 3. Ut sint regulariter pares curiæ non extranei, *per textum jam allegat.* Consentit Jus Saxonicum Lehenr. c. 55. *vers.* Sol auch eine Belehnung geschehen / daß sie kräfftig sey / so sol sie geschehen vor des Herren Mannen oder in ihrer gegenwertigkeit / auff daß man hernach der Belehnung

nung an jhnen Gezeugen haben mag. Adeo ut testes alii adhibiti inutilem reddant investituræ actum etiamsi ipsemet Dominus fateatur factã esse investiturã. *c. un quid sit investit. 2. F. 2. Schneid. p. 4 n. 12.*

XXXIII.

Et hæc parium adhibitio regulariter quoque necessaria est in feudis clericorum, si videlicet de bonis propriis quis aliquem investiat. *c. un. qui testes sunt necess. in pr. 2. F. 32.* Si vero de bonis Ecclesiæ investituram fecerit clericus, hęc ipsi remissa videtur solennitas. *c. un. si de investit. inter Dom. & Vas. lis oriatur. 1. F. 26. ibi in Clericorum feudo. Sonsbeck p. 9. n. 19. VVesenb. c. 8. n. 14. Valt. lib. 1 cap. 7. n. 31. Schrader. p. 5. c. 2. n. 9.*

XXXIV.

Porrò si investitionis tempore absentes fuerint pares curiæ, citandi, aliquantoque temporis spatio sunt expectandi, quod quia jure determinatum non est, Judicis, ut alia ejusmodi, arbitrio relinquimus definiendum. *cum Schrader. p. 5. c. 2. n. 7.* Citati vero si venire recusaverint, pœnali judicio ad veniendum cogendi sunt. *arg. l. un. ff. si quis jus dicendi non obtemp. c un. quid sit invest. §. si a Domino ibi Domino, cogente 2. F. 2. & ib. Schenck Baro. n. 6. vid. Valt. lib. 1. c 7. n. 29. 35. 11.*

XXXV.

Illis tamen excuſationem præſtat longa itinerum intercapedo, & poterit hoc caſu Dominus, nè ob alterius abſentiam ſuo beneficio ſervitiorum debitorem ſibi quærendi elabatur occaſio, extraneos non prohibitos impunè adhibere. *Obrecht. diſp. feud. 8. th. 125.*

XXXV.

Quod ſi inveſtituræ negotio extranei teſtes interfuerint, qui omnium opinione pro paribus ſint habiti, quamvis prima facie irrita videri poſſit iſta inveſtitura, ſi quidem ſubſtantialis ſolennitatis (qualis hîc parium curiæ adhibitio. *d. c. un. qui teſt. ſunt neceſſ. 2. F. 32.*) in ſolenni quodam actu omiſſio ipſum vitiat actū. *arg. l. Julianus. 9. §. ſed ſi quis. 3. ibi mutata forma prope interimit ſubſtantiam rei. ff. ad exhibend.* Tamen verius videtur imo æquius quoque inveſtituram ejusmodi firmitatem ſuam obtinere. *arg. §. ſed cum aliquis 7. Inſt. de teſt. ordinand. l. Barbarius 3. ff. de offic prætor. Schrad. p. 5. c. 2. n. 11. Vultej. lib. 1. c. 7. n. 23. Schneid. p. 4. n. 23. in fin.*

XXXVII.

Numerum teſtium quod attinet, ni- *Numerus teſtium.*
mirū duos adhiberi neceſſe eſt, & quidē ut ſupra monuimus, regulariter pares cu-

quam leges habere non oportet. *Schrad. p. 5. c. 2. n. 6.* Quamvis consuetudine Curiæ generali in his aliquid mutari queat, p. ut testes non omnes sint convasalli, nec subscriptione testium opus sit, pro ut in Curia Electorali Saxonicâ sufficit, illud coram Consiliariis Aulicis expediri, & nomina ipsorum in instrumentis inseri. In Brandenburgica, Anhaltina & aliis sine mentione reliquorum Consiliariorum à solo Cancellario & Secretario causarum feudalium subscriptæ Investiturarum literæ idem præstant.

XL.

Et hactenus de substantiali Investiturę forma à jure feudali eidem tributa, supereſt Accidentalis, quæ pactis & cōventionibus contrahentium eidem dari consuevit. Possunt autem ut aliis Juris Civilis contractibus, ita huic quoque investiturę negotio pacta apponi variæ, quæ nisi substantiæ feudorum repugnēt, aut aliàs bonis adversentur moribus, vel impossibilia sint jure aut naturâ, firmiter ab utraque parte sunt servanda. Talia vero pro ut descripta quadam modò fuere, si investiturę negotio adponantur, *Accidentalia.*

tur cum per se nulla sint, nullam quoque reddunt investituram. *arg. l. jurisgentium 7. §. ait prætor. 7. ff. de pact. l. contra 28. in pr. ff. eodem. l. filius 15. ff. de condition. Inst. l. pacta. C. de pactis. Rittershus. l ib. 1. cap. 9. q. 6. & seq.*

XLI.

Potest itaque investitura fieri vel purè, vel in diem, vel sub conditione. *c. un. de feud. Guardiæ & Gastald. 1. F. 2. c. un. qui succes. teneantur. 1. F. 3. c. un de Cleric. qui investit. fac. 2. F. 35. Rosenthal. cap. 6. concl. 23. Vult. lib. 1. c. 7. n. 61.* Non tamen sub conditione impossibili, quæ, ut thesi præcedenti quoque innuimus, investituræ actum omninò reddit nullum. *Vult. d. c. 7. num. 62.*

XLII.

Inter conditiones autem impossibiles nos illam quæ concipitur in casum mortis Vasalli possessoris, quamvis Jure civili ut bonis adversa moribus ob votum captandæ mortis alterius, quod in se continere videtur, improbata sit, non referimus, moti *c. un. qui successor. teneantur. 1. F. 9. un. §. fin. de feud. dat. invicem legis. 1. F. 27. c. un. §. moribus. si de feud. def. content, sit inter Dom. & agnat. 2. F. 26.* Hujus autem

tem conclusionis an & quæ veræ sint Dd. rationes plenius in cursu disputationis videbimus. Interim videatur *Vult. lib. 1. c. 7. n. 65. & seqq. Schenck Baro in c. un. §. moribus 2. F. 26. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 25. n. 2. & seqq. Gail. lib. 2. obs. 155. Schoner. lib. 1. disp. feud. 5. b. 43.*

XLIII.

Jure quoque Saxonico non incognita est hæc investiendi ratio, quæ vocatur **Ein Geding** / à dictâ *thesi præced.* conditione. Nobis vulgo **ein** Expectantz **oder Anwartung auff eines andern Lehn.** Jus autem per Investituram postea quæsitum appellatur **ein Gnaden Lehn.** *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 25. n. 1.* Dividitur autem ista Expectativa in certam, vulgo **ein benandt Geding**, & incertam **ein Jr Lehn / Lehenr. cap. 7. in pr.** Certa dicitur quando in casum certi alicujus vasalli sine liberis masculis & agnatis decedentis de certo prædio quis investitus est, de hoc ex professo agitur *in cap. 5.* **Lehenrecht** *in pr.* Incerta contra de incerto incerti prædio: hâc formulâ: **Wir lethen dir das Lehengut so zum ersten verledigt vns heimfelt / es sey groß oder klein.** Dann

Investitura expectativa.

Certa.

Dann ſolches Lehngut gehet noch in der Irre / daß er nicht eigentlich wiſſen kan / worzu er ſich halten ſol. Lehenr. *cap.7. ibiq; gloſſ.n.2. Schneidvv. p.3. num.91. in med.* De hisce quoq; diviſionibus agitur. Lehenr. *cap.55. in fin.*

XLIV.

Uſus hujus diſtinctionis cernitur in Expectativis pluribus factis, uter alteri præferendus ſit. Nam ſi plures de certo feudo inveſtiti ſint ſub conditione iſta, præfertur jure Saxonico is, cui primo facta eſt conceſſio: reliqui agunt ad æſtimationem illius feudi. Lehenr. *cap.* 11. *verſ.* Leihet aber ein Herr. Sin uni certa, alteri incerta & generalis facta ſit expectativa, & certum iſtud feudum aperitur Domino, præfertur in eo is qui certam habet, quamvis alterius prior fuerit tempore. Lehenr. *cap.7. in pr. & cap.*10. *v.* Iſt auch ein Mann. ubi additur ratio, quod feudum iſtud Domino apertum non habet qualitatem incerti feudi. *Schneidevv.d.p.3. n.91. in med. Hartm. Piſtor. lib.2. q.29. n.7.* Excipitur autem illa ſpecies, qua certum quidem prædium, ſub incerta tamen mortis poſſeſſoris vicinæ conditione conceſſum: tunc enim incertæ

certæ expectativæ naturam obtinet. Lehenr. *d. cap. 7. vers.* Es were dann. *Conf. Hartm. Pist. lib. 2. q. 29. n. 9.*

XLV.

Natura autem incertæ expectativæ hæc est, ut si pluribus facta sit, is quidem qui prior tempore, potior jure est, reliqui tamen ad interesse & æstimationem illius agunt, adeò ut quamvis Domino mox aliud pinguius aperiatur, non tamen illius sed prioris æstimationem præstat: quemadmodum nec vice versa Investiti deterius postea apertum accipere teneantur. Lehenrecht *cap. 49. v. ult. & d. cap. 7. v.* Wenn ein Herr einem. Atque ita *d. vers. cum pr. illius cap.* concilliare mavelim quam cum *gl. ibid. num. 8.* illum saltem de renovatione investituræ, contra verba aperta, intelligere. Nisi quis dicere velit verba illius *vers. ultima.* Ob es gleich einem andern zugesagt/ oder bereit gelichē were/ esse supposititia, quod ferè contextus evincit, & duo ista signa, quibus inclusa sunt, non obscure indicant.

XLVI.

Convenit hæc feudi sub conditione dati species ferè in omnibus cum aliorum

rum feudorum natura: Illud tamen Jure Saxonico speciale habet, quod unà cum feudo recuperari possit, si purgatâ contumaciâ feudum occupatum restituitur & extrahitur: Sin planè amissum feudum antiquum, & jure novi iterum concessum vasallo sit, Expectativa hæc non recuperatur, nisi peculiari investitura Lehenr. *cap.* 79. Rationem addit *Zobel. ibid. lit. D. in fin.* quod ex unius feudi investitura non præsumatur ad aliam.

XLVII.

Non autem necesse est ut Dominus ejusmodi investituram faciens possessoris consensum adhibeat. Nihil enim ipsi præjudicatur, & Dominus saltem de jure suo, in casum feudi sibi aperti disponit. §. *moribus.* 2. *si de feudi def. content.* 2.F.26. quod neque dissentiendo neque consentiendo impedire posset. *Schneid. d. p.3. n.91. in fin. Hartm. Pistor. d. q.25. n.5. & seqq.* Consentit manifestè Jus Saxonicum, Lehenr. *c.10. in pr.* quoad secus foret, si talem investituram faceret quæ vivo vasallo effectum sortiri deberet. *cap.1. in fin. quo tem. miles invest.* 1.F.22. *Hartm. Pistor. d. q.25. n.11.*

XLVIII.

XLVIII.

Quemadmodum jam conditionem hanc jure feudali licitam & permissam esse certum est, ita plures quoque circa eandem moveri quæstiones non usque quaq; expeditas, in dubium: veluti quando quæritur, si vasallus in cujus mortis casum sine liberis, alio quispiam jam est investitus, feudum tamen adhuc possidet, quem linguâ vernacula **einen außgebetenen** vocamus, post investitionem illam liberos procreet, utrum hoc casu investitura illa expiret & evanescat? Ubi nos investituræ tenorem cumprimis inspiciendum arbitramur ex quo haud dubiè controversiæ nodus dissolvetur: Si enim simpliciter in casum mortis Vasalli quis sit investitus sub conditione, si sine liberis decesserit, equidem investitura propter liberorū supervenientiam non statim infirmabitur, siquidem adhuc in suspenso, seu incertum est, an non sine liberis vasallus sit moriturus: Conditio itaq; quæ mortis Vasalli tempus respicit, & ex eo demum certitudinem suam consequitur ante illud defeciſſe dici non potest, ideoque post illud aut existit aut deficit: Existit si nimirum

esse autumat. *Hartm. Pistor. d. q. 25. num. 33. & seqq. cap. 11. in pr. & cap. 59. Lehent. ibi.* **Alle Lehn ohne Gewehr/ die haben keine folge.** Sed textuum horum verba adeo manifestè hoc non probant, fatente *Hartmanno ibid. n. 35. in fin.* & ad rationes ipsius respondere non foret difficile. Unde dispositio ista usu recepta non est, sed jus commune observatur, à quo tam in respondendo quam in judicando non recedendum est. *Hartm. Pist. d. loc. n. 35.*

L.

Idem dicendum est si Dominus ante Vasallum in casum mortis investitum moriatur, quod tunc etiam heres Domini Laici istam investituram per traditionem adimplere cogendus & omnino compellendus sit, *ut est textus in c. un. §. fin. qui succes. feud. dar. ten. 1. F. 3. videatur etiam c. un. de Cleric. qui investit. fac. 2. F. 35.* Heres enim factum defuncti præstare cogitur nec ei contravenire potest. *l. ex quâ persona 149. ff. de R. J. l. cum à matre. 14. C. de rei vindic. l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. venditrici 3. C. de reb. alien. non alienand.* Quod fallit in Clerico *d. c. un. in pr. 1. F. 3. c. un. in fin. qui succes. teneantur. 1. F. 9. c. un. §. moribus. si de feud. defuncti i content. 2. F. 26. Hartm. Pistor. d. loc. q. 26.* ubi id pluri-

bus modis limitat. Jure vero Sax. aliud inductum fuisse idem tradit. *d.q.*26. *n.* 13. *& Coler.decis.*88.*num.*2. Quod tamen usu non servatur. *Pistor.d.l.num.*17.*Coler.decis.* 93. *in fin.* Et hodie Juris communis dispositio expressè recepta est,*Constit.Elect.* 45.*p.* 2. §. **Alldieweil aber.**

LI.

Præterea si feudum de quo in casum mortis vasalli facta fuit investitura, antequam hæc impleatur conditio, forte ob non petitam investituram vel quâ aliâ causâ Domino aperiatur, quid juris sit, an videlicet feudum nihilominus investito vel ejus heredibus debeatur, vulgò disceptatur? Requirentibus aliis ut conditio in forma specifica impleatur. *per l. Mævius* 55. *ff. de condit. & demonstrat.* Aliis & cum glossa quidem mortis casu, in quem investitura facta est, aliumquemcunque excludi existimantibus. Quibus tamen non attentis nos feudum investito nihilominus deberi putamus. *propter l. in jure civili* 161. *ff. de R. J. l. jure civili.*24. *ff. de condit. & demonstr. c. cum non stat.*66. *de R. J. in* 6. *Rosenth. cap.*6. *concl.*29. *num.*4. *&* 8. *Vult.d.c.*7. *n.*71. *Gothofr. Anton. disp. feud.*4. *th.*5. *sub lit.* D.

LII.

LII.

Sed quid si Vasallus quidem sine liberis decedat, uxorem tamen relinquat prægnantem, dicemus? Nos cum jure receptum sit, ut is, qui in utero est, quando de ejus commodo quæritur, pro nato habeatur, & tamen incertum sit, an feudi capax sit nasciturus, partus tempus hoc casu putamus expectandum, ante quod conditio nec defeciſſe nec extitiſſe verè dici poteſt. *Vult. lib. 1. cap. 7. n. 72.*

LIII.

Quæ deciſio manifeſtè conſonat Juri Sáxonico, **Lehenrecht** *cap. 20. in pr.* ubi dicitur. **Wann ein Sohn / der nach ſeines Vaters Tode geboren wird / ſo lange lebet / das man ſeine ſtimme gehören mag in den vier Wänden des Hauſes / ſo iſt er beerbet mit ſeines Vatters Lehn / das alſo alle die zuvor Gedinge vnd anwartung an dem Gute hatten / daran gebrochen ſeind.** Ad hoc facit *cap. 72. verſ.* **Stirbet ein Mann.** & **Landrecht** *lib. 1. art. 33. Vid. Coler. deciſ. 88. num. fin.* Quamvis itaque poſtmodum filius mortuus fuerit, Dominus tamen, ad feudum præſtandum non tenetur, niſi & in caſum demortuorum poſſeſſoris filiorum concepta ſit Expectativa. *Hartm. Piſtor. d. q. 25. n. 81.*

LIV.

Est & alia conditio sub qua Investitura concedi potest nimirum si periculi vel mortis metu promissio feudi facta sit, hoc tamen pacto, ut illis evitatis concessio ista sit irrita, ad exemplum mortis causa donationis de qua tractatur *in §. mortis causa. I. Instit. de donat. l. 1. & t. t. ff. & C. de mort. caus. donat.* Hujus in Jure Saxon. mentio fit, & vocatur: **Ein Lehn vff die Flucht geliehen / Lehnr.** *cap. 7. vers.* **Es were dann.** Idque in triplici reperio differentia. Aut enim investitura fit in casum mortis propriæ aut alterius. Quæ in casū mortis propriæ ab eo, qui morti vel periculo vicinus est, fit, vel de re propria vel de re aliena. De re propria infeudatio permissa: de re aliena, quod in subinfeudationē incidit, prohibita est. **Lehenr.** *c. 58.* Quæ in casum mortis alterius fit à Domino, permissa quidem & species expectativæ **Gedings** est, non tamen pro certa habetur investiturâ **benandt Geding** sed pro incerta, **Irrlehn**/ quamvis certæ personæ morti proximæ facta fuerit mentio, adeoque, ut supra dictum, non præferendus sit alii concessionem ejusmodi incertam antiquiorem habenti,

ti, tum quod in fraudem illius fieri videatur, tum quia votum captandæ mortis improbum continet; *uti per Dd. in c. un. §. Sed etiam res. per quos fiat investit. 2.F.3. tradit Hartm. Pistor. q.29. num. 9. & seq.*

LV.

Tempus petendæ hujus investituræ currit à tempore feudi Domino aperti. Nam si post illud tempus intra annum & diem Jure Saxon. non petatur, amittitur jus hoc concessum, **das Geding:** nisi probaverit, vel jurejurando firmaverit, se ignorasse quando apertum fuerit feudum Domino. **Lehenr.** *cap.*7. §. **Ob aber der Mann.** *& cap. 57. in pr. v.* **Zuvor aber.** Quod si intra id tempus mortuus sine heredibus fuerit Dominus, vel superiori feudum refutaverit, hunc adire Vasallus debet Jure Saxon. **Lehnr.** *cap.*57. §. **Stirbet auch.**

LVI.

Tempus autem petendæ super novo feudo Investituræ jure communi definitum non est, proinde arbitrio Domini id relinquimus: atque ideo Vasallus expectare poterit donec ad accipiendam

Tempus investituræ petendæ.

investituram citetur à Domino. *V Vesenb. cap. 8. de feud. n. 2. Zas. p. 7. de feud. n. 5.* Qui si tribus vicibus, convenienti tempore interpositо, puta septem vel decem dierum, pro arbitrio parium curiæ citatus non comparuerit, & sacramentum fidelitatis præstiterit, Dominus illum postea investire non tenetur. *c. un. §. est & alia. quæ fuit prim. cans. ben. amitt. 2. F. 24. c. un. de milit. vas. qui contumax. 2. F. 22. V Vesenb. d. l. n. 3. Rittershus. lib. 1. c. 9. q. 9.*

LVII.

Discrepantia formæ internæ investituræ veteris & novi.

Forma interna & substantialis investituræ veteris discrepat in eo à formâ investituræ novæ, quod in hac regulariter pares curiæ requirantur, qui testimonium rei gestæ perhibeant: in illa promiscuè pares & extranei admittuntur. *c. un. qui testes sunt necessarii. 2. Feud. 32. Rittershus. lib. 1. cap. 9. q. 2. Arum. disp. feud. 5. θ. 22.*

LVIII.

Convenientia quo ad formam accidentalem.

Accidentali vero forma conveniunt, cum enim hæc investitura sit renovatio quædam prioris, adeoq; nihil novi tribuat, sed id quod invenit, firmet ac foveat, merito eadem forma, iisdemq; pactis fieri debet, quibus prima investitura

ra facta fuit. *Gothofr. Anton. diſp. feud. 8. & 9. lit. C.*

LIX.

Quod ad locum attinet in quo inveſtitura peti debeat, primo omnium attendendum eſt, an pactionibus vel privilegiis aliquid definitum & cautum ſit, ſi horum nihil extat inveſtitura ad domum Domini petenda, nec non fideli offerenda eſt, quod tamen *Zaſ. p. 6. n. 39.* limitat ſi vaſallus tuto & honeſtè illam accedere poſſit. *arg. l. quid tamen. 21. § Sed ſi. 11. ff. de recept, l. ſi locus 59. ff. de judic. c. ex parte. 47. de appellat. c. cum olim. de teſtib. Rittershuſ. lib. 1. c. 9. q. 8. Cujac. lib. 2. Feud. tit. 4.* *Locus.*

LX.

Eſt & alia non ignobilis inveſtituræ diſtributio in ſingularem & ſimultaneam, à particula ſimul formato nomine ſic dictam, quod duobus vel pluribus vaſallis ſimul ſit facta, ſive quod plures eadem comprehendantur: Dicitur etiam aliis conjuncta manus, noſtris **geſamter Handbelehnung**, cujus effectus potiſſimum cernitur in ſucceſſionibus. *Rittersh. lib. 1. cap. 9. qu. 29. Hartm. Piſtor. quæſt.* *Inveſtitura ſimultanea.*

jur. liv. 2. p. 2. q. 20. & 21. plenè, ubi licitam nec probis moribus adversam esse probat. Quamvis alia planè Saxonicæ hujus investituræ, ab ea quam Jus feudale commune habet, sit ratio, uti videre est apud *eund. Pistor. d. q. 20. n. 5. & Joh. Köppen decis. 47. n. 1. & 2.*

LXI.

Ejusdem Causa efficiens.

Causa efficiens proxima hujus juris est voluntas contrahentium & consensus Domini. Nam sine possessoris & aliorum jus in feudo habentium consensu jus conjunctæ manus nemo acquirere potest. *Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 20. n. 2.* cum sit quædam societas & quasi communio. *Consult. Const. Saxon. tom. 1. int. resolut. quæst. 109. n. 1. & seqq. Pruckm. Consil. 39. n. 123. vol. 1.*

LXII.

Domini quoque voluntas ut accedat necesse est. Siquidem species Investituræ est, quæ à Domino concedenda. *c. un. quid sit invest. 2. F. 2. & t. t. per quos fiat investit. 2. F. 3. c. un. §. illud quoq;. de prohibit. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* alias ipsi invito vasal-

vasallus obtruderetur, quod juri feudali repugnat.

LXIII.

Formam petendæ hujus investituræ ejusdemque renovationem quod attinet, sciendum quod non nuda confirmatio, sed illius vel de novo concessio, vel extinctæ renovatio petenda sit, uti eleganter docet *Modest. Pistor. vol. 2. cons. 40. num. 50.* & quidem intra annum & diem à tempore acquisitionis vel extinctæ simultaneæ investituræ. *per expressam constit. Elect. 45. §.* Der gesambten Handt aber *p. 2. de quo pluribus infra de feudi conservatione.* *Forma.*

LXIV.

Effectus simultaneæ Investituræ Saxonicæ est, ut jus succedendi habeat eo ipso, quod ita investitus est, quamvis id specialiter expressum non sit. *Hartm. Pist. lib. 2. q. 20. n. 6.* *Effectus.*

LXV.

Deinde adeo firmum jus acquirit in feudo sic invistitus ut neque possessor neque Dominus illud sine ipsius voluntate ullo modo auferre possit, uti id optimè deducit. *Hartm. Pist. d. q. 20. n. 11.*

23. 24. & seq. sive novum sive antiquum feudum sit. *Pistor. d. l. n.* 14. & seqq.

LXVI.

Tandem illud quoque operatur hæc investitio ut utrinque heredes obliget, & ad illos transeat, tam respectu Domini quam vasalli. *Hartm. Pistor. d. q.* 20. *n.* 7. 8. 9. 10.

LXVII.

Quibus modis tollitur.

Tollitur autem hæc investitura & jus inde quæsitum, 1. Mutatione Domini vel vasalli morte vel alio malo secutâ. *Constit. Elect.* 45. *part.* 2. §. der gesampten Handt aber.

LXIIX.

2. Divisione reali bonorum feudalium. Lehenr. c. 32. *vers.* Wenn sie sich aber also theilen. *d. Const. Elect.* 45. §. gleicher gestalt / & *ibid. Dan. Möll. num.* 6. *Hartm. Pistor. d. q.* 20. *n.* 33. Quod secus est jure communi feudali. *c. un. de eo qui fin. fec. agnato* 2. F. 49 *Zas. p.* 9. *de feud. n.* 26. & 40. *Schrader. p.* 8. *de feud. c.* 5. *num.* 27. *Andr.* Rauchbar *p.* 2. *q.* 21.

LXIX.

3. Receptione aliorum in jus hoc conjunctæ manus, reliquis simul investitis scientibus nec contradicentibus.

arg.

arg.§. præterea 1.quib.mod.feud.amitt.1.F.5. Modeſt.Piſt.vol.2.conſil.40.q.1.n.41.& ſeqq.

LXX.

4. Conſenſu expreſſo in alienationem feudi præſtito. *d.Conſtit.Elect.* 45.§. *ult. ibi* es hette denn der ſo ſie hat in ſolche veränderung / krafft eines vorgehenden Pactverſchreibung revers oder ſonſten hernach gewilliget *&c.*

LXXI.

5. Deniq; præſcriptione. *d.conſtit.* 45. §. *ult. ibi* oder were nach verordnung der Rechte wider jhnen præſcriberet, de quo infra plenius.

LXXII.

Hinc non inconvenienter quæritur, ſi duo aut plures fratres vel agnati in aliquo feudo ſimultaneam inveſtituram haberent, an poſſidens agnato ſeinem Mitbelehntem illud feudum ſine conſenſu Domini vendere poſſit? Affirmantes ſequimur, *moti arg.l. pater filium* 38.§ *quindecim.* 5.*ff.de legat.* 3.*l.peto* 69.§. 3.*ff de legat.*2.*l.filiusfam.*114. §. *cum pater.* 15.*ff.de legat.*1.*l. voluntas* 4. *C. de fideicommiſſ.* Hæc enim alienatio, quæ fit in agnatum ſive proximorem ſive remotiorem, re vera & in effectu juris

ris alienatio non est, uti ea quæ intelligitur fieri respectu extranei, sed potius refutatio quædã est in consortem, hanc etiam opinionem expresse confirmat. *c.un.§. sed etiam res. per quos fiat investit.2. F.3. ibiq; gloss. & Gothofr. & c.un.de alienat. paterni feudi.2 F.39. Borch. cap.8 num.74. Schneidevv.p.5.n.84. Vult.lib.1.c.10.n.151. Rittershus.lib.2.c 3.q.7.* Hoc dubio caret simultaneè investitos feudum pro indiviso habitum, sine consensu Domini dividere posse. *c.un.§.præterea ducatus de prohibit.feud.alienat. 2.F.55.c un.§. omnes filii. Si de feudo defuncti. 2.F. 26.* De Jure Saxon. expressus est textus *Lehent. c. 32. Vult.lib.1.c.10.n.153.*

Investitura præsumpta.

LXXIII.

Atque hæc hactenus de investitura vera, sequitur præsumpta, quæ resultat ex lapsu temporis longissimi. Si quis enim per 30. annos rem quandam feudi nomine possederit, & servitia præstiterit, quamvis de ea re non sit investitus, præscriptione se tueri potest. *c. un. §. si quis per 30. annos. si de feud. defuncti content. sit.2. F.26.* Quod adeò verum est, ut possidens nec jurare opus habeat, nec ipse Dominus qui con-

contrarium nimirum investituram factam non esse probare vult & potest, audiatur. *Sonsbeck. p. 9. n. 42. Rittersh. lib. 1. c. 28. q. 3. Vult. lib. 1. c. 9. n. 7. VVesenb. c. 6. n. 3. de quo disp. seq. pluribus.*

LXXIV.

Hæc de Forma: sequitur Effectus feudi, nimirum ad quid Dominus & vasallus sibi invicem obligentur. Etsi enim ad constitutionem feudi effectus non pertineat: horum tamen explicatio propterea hic omitti nequit, quod ista munia & officia in ipsa fidelitatis formâ expressa sint & feudum constitutum immediatè sequantur. Et prius quidem de jure Domini, qui vasallū nō solum ad operas & servitia vasallica, verum etiam ad fidem, obsequium seu reverentiam amorem & honorem, *ut supra diximus* obligatum habet, postea autem de jure vasalli tractabimus. Servitiorum, tam pacis quam belli tempore exhibendorum, tractatio cum infra commodius institui possit, illam hîc omittimus, & saltem de cæteris Domino à vasallo præstandis agemus, cum & ea, quæ ad augendum ejusdem honorem faciunt vasallus nullo modo omitere *Effectus feudi.*

tere, nec quidquam, quo dignitas vel existimatio ejus læditur aut minuitur, committere potest. *c.un. de milit. vas.* 2.F. 22. *c.an. in quibus causis feud. amitt.* 2.F.23. Siquidem honesta semper & sancta Domini persona ipsi esse debet *arg. l. liberto & filio.* 9. *ff. de obseq. par. & patron. præst. Rittershus. lib.* 1. *cap.* 10. *q.* 4. *& lib.* 2. *c.* 1. *q.* 5.

LXXV.

Unde recte quæritur utrum salvâ reverentia Domino debitâ vasallus eundem sine venia in jus vocare possit. Plurimi equidem sunt, qui id affirmant, nec suis destituuntur rationibus Negãtiũ tamen sententia juri magis consona videtur. Generaliter n. JCtus Modestinus eas, inquit, personas, quib9 reverentia (juris scil. necessitate) præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocare non possumus. *l. generaliter.* 13. *ff. de in jus voc.* Accedit ratio publicæ honestatis, de qua vid. *Oldendorp. class* 1. *act.* 4. *quæst.* 4. *num.* 5. *Wesenb. in parat. ff. de in jus voc. n.* 6. *Mynsi. ad §. pœnalis.* 12. *num.* 46. *& ib. Arn. de Reyg. in addit. Hillig. ad Donell. lib.* 23. *comment. cap.* 2. *in not. lit. V. p.* 1030. quam sententiam in Camerâ Imperiali receptam ipse tradit *Hartm. Hartm. lib.* 2. *pract. for.*

Obs.

Obſ. 45. *Mynſ. & Reyg. ad loc.* Qui poſtremus tamen hodie diverſum obſervari ſcribit in *addit. ad Mynſingeri obſervat. cent.* 4. *obſ.* 92. *Adde Rittershuſ. lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 15. *& ſeq.* qui propter diſcrepantiam ſtyli Cameralis cujusque loci conſuetudinem attendendam, & noſtram ſententiam tutiorem eſſe ait.

LXXVI.

Actionem autem famoſam vaſallus contra Dominum inſtituere non poteſt. *Rittersh. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 6. Unde nec interdicto unde vi experiri poſſe videtur. Difficulter enim illi ipſi quibus cū hoc interdicto experimur, infamiæ quandam notam effugiunt, ob atrocitatem nempe facinoris, quod interdictum hoc in ſe habet. *l. prætor. ait.* 1. §. *interdictum hoc* 43. *ff. de vi & vi armat.* adeoque quod jura de liberto quoad hoc interdictum ſtatuerunt ob rationis paritatē ad vaſallum produci ſolet per modo *d. l. & l. honori* 2. §. *interdictum quoq;* 2. *ff. de obſeq. par. & patron. præſt. Schrader. p.* 6. *c.* 6 *n.* 101. *Rittershuſ. d. loc. quæſt.* 7. Sed tamen textus Juris feudalis *in cap.* 1. *v. ſi verò vaſallus de milit. vaſall. qui contum.* 2. F. 22. Expreſsè contrarium decidit, & hoc actio-

actionis genus admittit, id quod etiam usus observat, modò civilibus verbis actor utatur. *Zas. part.* 11. *de feud. num.* 24 *Bronch. cent.* 2. *misc. controv. ass.* 94. *v. verior tamen.* ubi in supremo Germaniæ tribunali judicando ita servari testatur *Rosenthal. de feud. concl.* 12. *n.* 43. Consentit Jus Saxonicum, quo disponitur, ut tali in casu coram judice ordinario Dominus conveniri queat: etiamsi justiciam ipsi denegaverit, vel non fecerit coram paribus Curiæ conventus: multò magis itaque ob debitum conveniri poterit, cum & se defendere, & ad pignorationem procedere possit. *Lehenr. cap.* 77. *in pr.*

LXXVII.

Similiter vasallus cum Domino suo in judicio contendens juramentum calumniæ ab eo exigere minimè potest, non solum propter textum expressum in *c. un.* §. *in quib. caus. de consuetud. recti feudi* 2. F. 33. *Obrecht. in tract. de juram. calum. c.* 8. *n.* 18. *Berlich. p.* 1. *conclus.* 31. *num.* 12. verum etiam propter illam rationem, quod neque libertus à patrono illud exigere possit *l. si patronus* 16. *ff. de Jure jur. l. licet famosæ* 7. §. *nec deferentes.* 3. *ff.*

de

de obseq. parent. & patron. præst. Et hoc hoc intelligendum est, tam de juramento calumniæ speciali quam generali propter eandem rationem, nimirum quia exigens juramentum calumniæ ab aliquo metuere videtur, ne, illo non exacto aut præstito, calumnietur, qui metus inter Dominum & vasallū propter reverentiam cessare debet. *Rittersbus. lib. 2. c. 1. q. 12.*

LXXVIII.

Ob idem etiam honoris & reverentiæ debitum vasallo testimonii dictione contra Dominum interdicimus cū Feudista *c. un. de consuetud. feudi recti. vers. similiter 2. F 33.* Et quidem in causa criminali, qua agitur de capite seu existimatione Domini, indistinctè: In causa vero civili tantum modica, non item si majoris cujusdam præjudicii esset causa, cujus rei ratio hæc assignari posse videtur, quod major animi levitas appareat in eo, majusq; delictum committi videatur ab eo, qui in re seu causa levi reverentiam Domini, testimonium contra eum dicendo, lædit, quam qui in causa ardua seu gravi: *vid. Rittershus. lib. 2. c. 1. q. 10.*

LXXIX.

Sunt, qui honorem hunc & reverentiam feudo etiam per refutationem vel quem alium à lege huic rem destinatum modum extincto, à vasallo exigunt, ob pristinæ scilicet amicitiæ, fidelitatis jurisq; jurandi memoriam ac religionem, cujus reliquiæ durare videntur. Quem tamen non amplius quam ad non offendendum nos teneri arbitramur. *per c.un. de vasal. qui contra const. Loth.* 2. F. 38.

LXXX.

Tenetur quoq; vasallus Domino requirenti literas investituræ edere *Peregrin. cons.* 17. *n.* 3. *vol.* 2. ad quod in Jure Saxonio textus est expressus Lehenr. *c.* 15. *v.* vnd wann der Mann & *ib. Zobel. lit.* C. Quod in feudo longissimo tempore possesso limitat H. *Pist. l.* 2 *q.* 46 *n.* 14. & *seqq.* Quin & omnia quæ feudi nomine tenet à Domino vasallus, suis finibus demonstrare ipsi debet exigenti *Gl. in c.* 1. §. *pen. verb. nisi requisitus. de prohib. feud. alien. per Frid.* 2. F. 55. *Zas. p.* 7. *de feud. n.* 52. adeò ut si temerè & sine justa causa id spacio quatuordecim dierum non faciat, rerum non expressarum jacturam patiatur, Jure Saxonico. Lehenr. *c.* 24.

wann

wann der Herr. *adde c.* 15. *v.* vnd wann der Mann. Quod tamen Jus Domino superiori & mediato non largimur. Lehenr. *cap.* 14. *v.* denn der Mann.

LXXXI.

Vasallo deniq; Domini persona adeò sancta sit; ut ab omni familiaritate & consuetudine inimicorum Domini sese abstineat. *c. un. quot testes sint neces.* 2. F. 57. Proinde illos nec hospitio excipere, nec commeatum per territorium suum, sive feudale sive proprium sit, concedere, multo minus illis annonam præbere debeat; nam si hæc illis exhibeat amicus inimicorum Domini esse & cum ipsis colludere videtur, ille enim qui cum inimicis meis versatur atque amicitiam cum ils contrahit meus quoque inimicus censetur *l. liberi* 28 *in fin.* C. *de in off. test.* Proinde illis qnantum potest (ad impossibilia enim nemo obligatur. *l* 185. *ff. de R. J.*) per se suosq; subditos resistat. *Zas. p.* 7. *n.* 45.

LXXXII.

Et hæc potiora sunt quę Domino suo vasallus præstare tenetur: Quæ vero e converso Dominus debeat vasallo generalius quidem feudista *in c. un. de form. fidel.*

fidel. 2. F. 6. Dominus, inquit, in his omnibus vicem fideli suo reddere debet: Judicantur enim ad paria, quod & Jus Saxonicum, confirmat Lehent. c. 77. v. denn der Herr. Sed ista tamen obligatio adeo non est reciproca, ut Dominus vicissim vasallo suo ad reverentiã, adstringatur: Quin potius omnia quæ vasallus intuitu reverentiæ Domino debitæ facere prohibetur, ea Domino adversus vasallum, adhibito tamen discretionis sale, permissa esse intelliguntur. *Schrader. p. 6. c. 17. n. 14.*

LXXXIII.

Proinde etsi Jure nostro feudali cautum sit, Dominum à vasallo juramentum calumniæ æquè ac vasallum à Domino exigere non posse, *c. un. §. in quibus de consuetud. recti feudi* 2. F. 33. hâc scilicet ratione, quod quisque juris in alium statuerit, eodem ipse uti necesse habeat. Ista tamen dispositio, iis præsertim in locis, ubi Juramentum illud frequentatur, in desuetudinem ferè abiit, adeoq; Domino à vasallo juramentũ hocce impune exigere potest, ut confirmat *Donell. 24. cõmẽt. 21. n. 2. per l. omnib. 68. ff. de R. J.* Sicut etiam patronus non prohibetur à liberto illud exigere, *Cuj. lib 4. c. 36.*

neque

neq; Dominus Vasallo talem reverentiã qualem Vasallus Domino debet, aut fidelitatem jurat, uti supra passim monuimus. Et hanc sententiam Camera Imperialis quoque observat. *Rutger. Ruland. de commissar. p. 1. lib. 2. c. 14. n. 12.*

LXXXIV.

Dominum evictionis nomine Vasallus obligatum habet, si rem alienam, sive sciverit, sive ignoraverit, vasallo ignorãti, (scienti n. non debetur evictio. *c. un. de investit. de re alien. 2. Feud. 8. c. un. de eviction. 2. F. 80.*) in feudum concesserit, eaq; res postmodum à tertiò & quidem vero Domino evicta fuerit, & tunc, factâ evictione Dominus tenetur vasallo aliud feudũ æquè bonum, ac evictum tempore concessionis fuit, *l. bonitarii. 13. ff. de Eviction. VVesenb. ϖ. eod. n. 7.* concedere, aut ejus æstimationem solvere. *d. c. un. de invest. de re alien. 2. F. 8.* dummodo litem motam Domino tempestivè denunciaverit. *c. un. si de feud. vas. ab aliq. 2. F. 25.* si enim non denunciaverit, nullum contra Dominũ regressum habet. *c. fin. de empt. & vendit. VVesenb. ϖ. de eviction. n. 8.* quia sua culpâ rem amisit. *l. quod quis 203. ff. de R. J. Schneidew. p. 4. n. 68. Harum. Pistor. lib. 2. q. 20. p. 2. n. 24.*

men strictè est obſervandum nec extendendum. *Hartm. Piſtor. d. l. n. 61. Roſenthal. cap. 6. concl. 66. Schneidevv. p. 5. n. 60.* Ubi dicit quod hiſce in terris non talis ſit cōſuetudo, ſondern man muß allein aus der Cantzley die Lehnbrieff löſen / vnd nicht dem Herren / ſondern der Cantzeley etliche Gülden geben / welche man auch pflegt Lehenwahr zu nennen. Et tantum de feudi forma & effectu.

Corollaria.

1. Vaſallagium non facit ſubditum.
2. In jure feudali unus textus alterum non corrigit.
3. Literæ Inveſtiturarum, linguâ vernaculâ die Lehnbrieff / apud Seniorem & digniorem deponi debent.
4. Vaſallus Vaſalli mei non eſt meus Vaſallus.
5. Vaſallus malè tractans ſuos ſubditos feudo privari poteſt.
6. Vaſallus plus juris habet quam uſufructuarius.

FINIS.

Collegii Feudalis publici

Disputatio V.

De Feudi Acquisitione.

RESPONDENTE

THEODORO LENTEN

Osnabrugensi Westph.

THESIS I.

DE constitutione & confirmatione feudi hactenus: restat ut de constituti acquisitione disputemus. Nam ut aliud est constitutio feudi, aliud constituti acquisitio, *l. usufruct. 6. §. constituitur. n. junct. §. seq. l. sed & si quid 25. §. fin. ff. de usufr.* & feudum nondum constitutum acquiri nequit, cum non entis nullae sint qualitates; ita recte primo de constitutione, secundo de illius acquisitione

Feudi acquirendi Modi.

A

ris alienatio non est, uti ea quæ intelligitur fieri respectu extranei, sed potius refutatio quædã est in consortem, hanc etiam opinionem expressè confirmat. *c.un.§. sed etiam res. per quos fiat investit.2. F.3. ibiq; gloss. & Gothofr. & c.un. de alienat. paterni feudi.2 F.39. Borch. cap.8 num.74. Schneidevv.p.5.n.84. Vult.lib.1.c.10.n.151. Rittershus lib.2.c 3.q.7.* Hoc dubio caret simultaneè investitos feudum pro indiviso habitum, sine consensu Domini dividere posse. *c.un.§.præterea ducatus de prohibit.feud.alienat. 2. F.55. c un.§. omnes filii. Si de feudo defuncti. 2. F. 26.* De Jure Saxon. expressus est textus *Lehenr. c. 32. Vult.lib.1.c.10.n.153.*

Investitura præsumpta.

LXXIII.

Atque hæc hactenus de investitura vera, sequitur præsumpta, quæ resultat ex lapsu temporis longissimi. Si quis enim per 30. annos rem quandam feudi nomine possederit, & servitia præstiterit, quamvis de ea re non sit investitus, præscriptione se tueri potest. *c. un. §. si quis per 30. annos. si de feud. defuncti contem. sit.2. F.26.* Quod adeò verum est, ut possidens nec jurare opus habeat, nec ipse Dominus qui com-

contrarium nimirum investituram factam non esse probare vult & potest, audiatur. *Sonsbeck p.9.n.42. Rittersh.lib.1. c.28.q.3. Vult.lib.1.c.9.n.7. VVesenb.c.6.n.3. de quo disp.seq.pluribus.*

LXXIV.

Hæc de Forma: sequitur Effectus feudi, nimirum ad quid Dominus & vasallus sibi invicem obligentur. Etsi enim ad constitutionem feudi effectus non pertineat: horum tamen explicatio propterea hic omitti nequit, quod ista munia & officia in ipsa fidelitatis formâ expressa sint & feudum constitutum immediatè sequantur. Et prius quidem de jure Domini, qui vasallū nō solum ad operas & servitia vasallica, verum etiam ad fidem, obsequium seu reverentiam amorem & honorem, *ut supra diximus* obligatum habet, postea autem de jure vasalli tractabimus. Servitiorum, tam pacis quam belli tempore exhibendorum, tractatio cum infra commodius institui possit, illam hic omittimus, & saltem de cæteris Domino à vasallo præstandis agemus, cum & ea, quæ ad augendum ejusdem honorem faciunt vasallus nullo modo omitere

Effectus feudi.

tere, nec quidquam, quo dignitas vel existimatio ejus læditur aut minuitur, committere potest. *c.un. de milit. vas.* 2.F. 22. *c.an. in quibus causis feud. amitt.* 2.F.23. Siquidem honesta semper & sancta Domini persona ipsi esse debet *arg.l. liberto & filio.9.ff. de obseq.par. & patron.præst.* Rittershus. *lib.* 1. *cap.* 10. *q.*4. *& lib.*2. *c.*1 *q.* 5.

LXXV.

Unde recte quæritur utrum salvâ reverentia Domino debitâ vasallus eundem sine venia in jus vocare possit. Plurimi equidem sunt, qui id affirmant, nec suis destituuntur rationibus Negātiū tamen sententia juri magis consona videtur. Generaliter n. JCtus Modestinus eas, inquit, personas, quib9 reverentia (juris scil. necessitate) præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocare non possumus. *l. generaliter.*13. *ff. de in jus voc.* Accedit ratio publicæ honestatis, de qua vid. *Oldendorp. classf* 1. *act.* 4. *quæst.* 4. *num.*5. *Wesenb. in parat. ff. de in jus voc. n.* 6. *Mynsf. ad* §. *pœnalis.*12. *num.*46. *& ib. Arn. de Reyg. in addit. Hillig. ad Donell. lib.* 23. *comment. cap.*2. *in not. lit. V. p.*1030. quam sententiam in Camerâ Imperiali receptam ipse tradit *Hartm. Hartm. lib.* 2. *pract. for.*

Obs.

Obſ. 45. *Mynſ. & Reyg. ad loc.* Qui poſtremus tamen hodie diverſum obſervari ſcribit in *addit. ad Mynſingeri obſervat. cent.* 4. *obſ.* 92. *Adde Rittershuſ. lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 15. *& ſeq.* qui propter diſcrepantiam ſtyli Cameralis cujusque loci conſuetudinem attendendam, & noſtram ſententiam tutiorem eſſe ait.

LXXVI.

Actionem autem famoſam vaſallus contra Dominum inſtituere non poteſt. *Rittersh. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 6. Unde nec interdicto unde vi experiri poſſe videtur. Difficulter enim illi ipſi quibus cū hoc interdicto experimur, infamiæ quandam notam effugiunt, ob atrocitatem nempe facinoris, quod interdictum hoc in ſe habet. *l. prætor. ait.* 1. §. *interdictum hoc* 43 *ff. de vi & vi armat.* adeoque quod jura de liberto quoad hoc interdictum ſtatuerunt ob rationis paritatē ad vaſallum produci ſolet per modo *d. l. & l. honori* 2. §. *interdictum quoq;* 2. *ff. de obſeq. par. & patron. præſt. Schrader. p.* 6. *c.* 6 *n.* 101. *Rittershuſ. d. loc. quæſt.* 7. Sed tamen textus Juris feudalis *in cap.* 1. *v. ſi verò vaſallus de milit. vaſall. qui contum.* 2. F. 22. Expreſsè contrarium decidit, & hoc actio-

actionis genus admittit, id quod etiam usus observat, modò civilibus verbis actor utatur. *Zas. part. 11. de feud. num. 24. Bronch. cent. 2. misc. controv. aff. 94. v. verior tamen.* ubi in supremo Germaniæ tribunali judicando ita servari testatur *Rosenthal. de feud. concl. 12. n. 43.* Consentit Jus Saxonicum, quo disponitur, ut tali in casu coram judice ordinario Dominus conveniri queat: etiamsi justiciam ipsi denegaverit, vel non fecerit coram paribus Curiæ conventus: multò magis itaque ob debitum conveniri poterit, cum & se defendere, & ad pignorationem procedere possit. *Lehenr. cap. 77. in pr.*

LXXVII.

Similiter vasallus cum Domino suo in judicio contendens juramentum calumniæ ab eo exigere minimè potest, non solum propter textum expressum in *c. un. §. in quib. caus. de consuetud. recti feudi 2. F. 33. Obrecht. in tract. de juram. calum. c. 8. n. 18. Berlich. p. 1. conclus. 31. num. 12.* verum etiam propter illam rationem, quod neque libertus à patrono illud exigere possit *l. si patronus 16. ff. de Jure jur. l. licet famosæ 7. §. nec deferentes. 3. ff.*

de

de obseq. parent. & patron. præst. Et hoc hoc intelligendum est, tam de juramento calumniæ speciali quam generali propter eandem rationem, nimirum quia exigens juramentum calumniæ ab aliquo metuere videtur, ne, illo non exacto aut præstito, calumnietur, qui metus inter Dominum & vasallu propter reverentiam cessare debet. *Rittershus. lib. 2. c. 1. q. 12.*

LXXVIII.

Ob idem etiam honoris & reverentiæ debitum vasallo testimonii dictione contra Dominum interdicimus cū Feudista *c. un. de consuetud. feudi recti. vers. similiter* 2. F 33. Et quidem in causa criminali, qua agitur de capite seu existimatione Domini, indistinctè: In causa vero civili tantum modica, non item si majoris cujusdam præjudicii esset causa, cujus rei ratio hæc assignari posse videtur, quod major animi levitas appareat in eo, majusq; delictum committi videatur ab eo, qui in re seu causa levi reverentiam Domini, testimonium contra eum dicendo, lædit, quam qui in causa ardua seu gravi: *vid. Rittershus. lib. 2. c. 1. q. 10.*

LXXIX.

Sunt, qui honorem hunc & reverentiam feudo etiam per refutationem vel quem alium à lege huic rem destinatum modum extincto, à vasallo exigunt, ob pristinæ scilicet amicitiæ, fidelitatis jurisq; jurandi memoriam ac religionem, cujus reliquiæ durare videntur. Quem tamen non amplius quam ad non offendendum nos teneri arbitramur. *per c.un. de vasal. qui contra const. Loth.* 2. F. 38.

LXXX.

Tenetur quoq; vasallus Domino requirenti literas investituræ edere *Peregrin. cons.* 17. *n.* 3. *vol.* 2. ad quod in Jure Saxonio textus est expressus Lehenr. *c.* 15. *v.* vnd wann der Mann & *ib. Zobel. lit.* C. Quod in feudo longissimo tempore possesso limitat *H. Pist. l.* 2 *q.* 46 *n.* 14. & *seqq.* Quin & omnia quæ feudi nomine tenet à Domino vasallus, suis finibus demonstrare ipsi debet exigenti *Gl. in c.* 1. §. *pen. verb. nisi requisitus. de probib. feud. alien. per Frid.* 2. F. 55. *Zas. p.* 7. *de feud. n.* 52. adeò ut si temerè & sine justa causa ad spacio quatuordecim dierum non faciat, rerum non expressarum jacturam patiatur, Jure Saxonico. Lehenr. *c.* 24.

wann

wann der Herr. *adde c.* 15. *v.* vnd wann der Mann. Quod tamen Jus Domino superiori & mediato non largimur. Lehenr. *cap.* 14. *v.* denn der Mann.

LXXXI.

Vasallo deniq; Domini persona adeò sancta sit; ut ab omni familiaritate & consuetudine inimicorum Domini sese abstineat. *c. un. quot testes sint necess.* 2. F. 57. Proinde illos nec hospitio excipere, nec commeatum per territorium suum, sive feudale sive proprium sit, concedere, multo minus illis annonam præbere debeat; nam si hæc illis exhibeat amicus inimicorum Domini esse & cum ipsis colludere videtur, ille enim qui cum inimicis meis versatur atque amicitiam cum iis contrahit meus quoque inimicus censetur *l. liberi* 28 *in fin.* C. *de in off. test.* Proinde illis qnantum potest (ad impossibilia enim nemo obligatur. *l* 185. *ff. de* R. J.) per se suosq; subditos resistat *Zas. p.* 7. *n* 45.

LXXXII.

Et hæc potiora sunt quę Domino suo vasallus præstare tenetur: Quæ vero e converso Dominus debeat vasallo generalius quidem feudista *in c. un. de form. fidel.*

fidel. 2 F. 6. Dominus, inquit, in his omnibus vicem fideli suo reddere debet: Judicantur enim ad paria, quod & Jus Saxonicum, confirmat *Lehent. c. 77. v.* denn der Herr. Sed ista tamen obligatio adeo non est reciproca, ut Dominus vicissim vasallo suo ad reverentiã, adstringatur: Quin potius omnia quæ vasallus intuitu reverentiæ Domino debitæ facere prohibetur, ea Domino adversus vasallum, adhibito tamen discretionis sale, permissa esse intelliguntur. *Schrader. p. 6. c. 17. n. 14.*

LXXXIII.

Proinde etsi Jure nostro feudali cautum sit, Dominum à vasallo juramentum calumniæ æquè ac vasallum à Domino exigere non posse, *c. un. §. in quibus de consuetud. recti feudi 2. F. 33.* hâc scilicet ratione, quod quisque juris in alium statuerit, eodem ipse uti necesse habeat. Ista tamen dispositio, iis præsertim in locis, ubi Juramentum illud frequentatur, in desuetudinem ferè abiit, adeóq; Dominꝰ â vasallo juramentũ hocce impune exigere potest, ut confirmat *Donell. 24. cõmẽt. 21. n. 2. per l. omnib. 68. ff. de R. J.* Sicut etiam patronus non prohibetur à liberto illud exigere, *Cuj. lib 4 c. 36.*

neque

neq; Dominus Vasallo talem reverentiã qualem Vasallus Domino debet, aut fidelitatem jurat, uti supra passim monuimus. Et hanc sententiam Camera Imperialis quoque observat. *Rutger. Ruland. de commissar. p. 1. lib. 2. c. 14. n. 12.*

LXXXIV.

Dominum evictionis nomine Vasallus obligatum habet, si rem alienam, sive sciverit, sive ignoraverit, vasallo ignoranti, (scienti n. non debetur evictio. *c. un. de investit. de re alien. 2. Feud. 8. c. un. de eviction. 2. F. 80.*) in feudum concesserit, eaq; res postmodum à tertio & quidem vero Domino evicta fuerit, & tunc, factâ evictione Dominus tenetur vasallo aliud feudũ æquè bonum, ac evictum tempore concessionis fuit, *l. bonitatis, 13. ff. de Eviction. VVesenb. ϖ. eod. n. 7.* concedere, aut ejus æstimationem solvere. *d. c. un. de invest. de re alien. 2. F. 8.* dummodo litem motam Domino tempestivè denunciaverit. *c. un. si de feud. vas. ab aliq. 2. F. 25.* si enim non denunciaverit, nullum contra Dominũ regressum habet. *c. fin. de empt. & vendit. VVesenb. ϖ. de eviction. n. 8.* quia sui culpâ rem amisit. *l quod quis 203. ff. de R. J. Schneidew. p. 4. n. 68. Harsm. Pistor. lib. 2. q. 20. p. 2. n. 24.*

Id quod Juri Saxonico conveniens est per text. Lehenr. *cap.* 33. *per tot. & cap.* 111. v. Was aber einem Manne. ubi quidem ratione vasalli scientis alienam rem esse differentiam constituit *Reinh. part.* 3. *diff.* 2. & post ipsum *Coler. decis.* 75 quam tamen textus expresse non habet.

LXXXV.

Præterea ut Dominus fidelitati ex sua parte satisfaciat, necesse est, ut vasallum in possessionem vacuam mittat, aut saltem patiatur ut ipse vasallus possessionem apprehendere possit, *c. un. §. fin. de nov. form. fidel.* 2. F. 7. quod si differat, præter traditionem rei omnem utilitatem vasallo præstabit. *d. §. fin. Mynsing. cent.* 4. *obs.* 61. *n.* 4. Si vero rei tradendæ facultatem non habet, tunc feudum æquivalens ejusdemq; bohitatis surrogare debet, infeudatio enim est contractus ultro citroque obligatorius. *c. un. de investit. de re alien. fact.* 2. F. 8. *Vultej. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. & 12.

LXXXVI.

Confines fundi feudalis tempore investituræ declarari atq; instrumento inseri consultius esse, testatur *Schneidew. p.* 4. *n.* 72. Si vero hoc omissum sit, ac vasallus

sallus rerum feudalium fines ex justa causa ignorat, Dominus vero scit, tunc illum per viam actionis compellere potest, ut confines nominet, inque scriptis indicet. *Bortholt. c.8. n.118.* Idem expressum est Jure Saxonico **Lehenr. cap.15. v. Und wann der Mann.**

LXXXVII.

Coronidis loco ad hanc materiam non inutiliter quæritur, An Vasallus pro feudi investitura laudemium solvere teneatur? Laudemium **die Lehnwahr**/quod alio nomine relevium à relevando vocatur, & ex eo dictum est, quod illo novus possessor à Domino laudetur vel approbetur, de jure feudali communi uti & Saxonico nullo modo debetur, nec ita Dominus pretium aut pecuniam pro investitura facienda ab emptore (is enim, si laudemium persolvendum esset, solvere teneretur, *l. fin. ibiq; gloss. C. de jure emphyteut. Hartm. Pistor. p.1. q.50. n.4.*) exigere potest, quia in libris feudorum hac de re cautum non reperitur, sed investitura ejusq; renovatio gratis facienda est, *secundum comm. Dd. opin.* Secus est si statuto, consuetudine vel pacto contrarium sit introductum & constitutum, quod tamen

men strictè est observandum nec extendendum. *Hartm. Pistor. d. l. n. 61. Rosenthal. cap. 6. concl. 66. Schneidewv. p. 5. n. 60.* Ubi dicit quod hisce in terris non talis sit cōsuetudo, sondern man muß allein aus der Cantzley die Lehnbrieff lösen / vnd nicht dem Herren / sondern der Cantzeley etliche Gülden geben / welche man auch pflegt Lehenwahr zu nennen. Et tantum de feudi forma & effectu.

Corollaria.

1. Vasallagium non facit subditum.
2. In jure feudali unus textus alterum non corrigit.
3. Literæ Investiturarum, linguâ vernaculâ die Lehnbrieff / apud Seniorem & digniorem deponi debent.
4. Vasallus Vasalli mei non est meus Vasallus.
5. Vasallus malè tractans suos subditos feudo privari potest.
6. Vasallus plus juris habet quam usufructuarius.

FINIS.

Collegii Feudalis publici

Disputatio VI.

De

Feudi Acquisitione.

RESPONDENTE

THEODORO LENTENO

Osnabrugensi Westphalo.

THESIS I.

Feudi acquirendi Modi.

FEudi constitutione & confirmatione feudi hactenus: restat ut de constituti acquisitione disputemus. Nam ut aliud est constitutio feudi, aliud constituti acquisitio, *l. usufruct. 6. §. constituitur. 1. junct. l. seq. l. sed & si quid 25. §. fin. ff. de usufruct.* & feudum nondum constitutum acquiri nequit, cum non entis nullae sint qualitates: ita recte primo de constitutione, secundo de illius acquisitione

A tione

tione tractatur, cum natura priora, priore quoq; loco docenda & discenda sint. *Rittersh. lib. 1. part 1. feud. cap. 5. qu. 1.*

II.

Etsi quidem juris Feudalis interpretes, modos feudum constituendi, cum modis feudum acquirendi confundant, idq; etiam Obertum juris nostri Feudalis compilatorem fecisse testentur; Accuratè tamen constitutio feudi ab ejus acquisitione, modi constituendi, à modis acquirendi discerni ac distingui debent. *arg. rubr. tit. 25. lib. 1. Feud. & tit. 33. lib. 2. F.*

III.

Fieri quidem potest interdum, ut utraq; tempore sit simul, *c. 1. in fin. de feudi cognit. 2. F. 1. c. 1. in pr. de consuetud. rect. feud. 2. F. 33.* At naturâ constitutio acquisitione prior est, *d. cap. 1. quib. mod. feud. constit. 2. F. 15. Schneid. in Epit. feud. p. 4. n. 1. Vultejus de Feudis lib. 1. c. 7. n. 1. & 2.*

IV.

Inter vivos. Acquirimus autem Feuda vel inter vivos, vel morientes. Per vivos acquiruntur contractibus (1) veris seu propriis (2) quasi seu impropriis. *arg. cap. 1. in pr. de successione fratr. 2. F. 11. pr. Instit. de rer. divis. §. fin. J. de usu & habit. pr. J. de donat. & §. f. J. per quas person. cuiq; acquir.*

V. In-

V.

Inter veros contractus, primum locum obtinet Donatio; & quin donatio justus sit Feudi acquirendi titulus, nullum est dubium, & hoc consuetudinum feudalium textibus comprobatur. Ex benevolentia enim omnia ferè feuda dantur Vasallis, undè etiam beneficia dicuntur. *c. un. 2. F. 23.* Ut si ex sola & mera animi benignitate ac liberalitate proficiscatur, proculdubio donationis titulum constituat. *l. 1. l. donari 29. ff. de donat. l. donari 81. de R. J.* interdum tamen non è sola, sed pecunia vel alia re accedente proficiscitur, & tunc emergit vel venditio, permutatio, vel pignus. *Contractus proprii. Donatio.*

VI.

Emptione venditione feudum acquiri posse liquet *ex c. 1. in fin. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. de feud. Guard. 1. F. 2. cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. c. 1. de natur. feud. 1. F. 7. c. 1. de benefic. fratr. 1. F. 20. c. 1. qual. olim feud. alien. pot. 2. F. 9. c. 1. in pr. fi de feud. Vasall. ab aliq. interpell. fuer. c. 1. de prob. feud. alien. per Erid. Mozzius. c. 2. nu. 25. de Divis. feud. Hartm. Hartm. tit. de feud. observ. 5. latè Schrader part. 5. feud. cap. 1. n. 3. Horom. Disp. feud. 17. VVesenb. c. 6. n. 2.* *Emptio.*

VII.

Non tantum autem Vasallus à Domino hoc modo feudum acquirit; sed & Vasallus ab alio, accedente tamen Domini consensu. §. *si Vasallus. t. si de feud. defunct. content. sit.* 2. *Feud.* 26. *cap.* 1. *quid juris si post alienat. feud. Vasall. id rec.* 2. *Feud.* 44. C. *Imperialem. in pr. de prohib. feud. alienat. per Frider.* 2. F. 55. quod de subsequentibus modis omnibus, quibus precium intervenit intellectum volumus.

VIII.

Permutatio. Permutatione quæ jure feudali cambium appellatur, quomodo feudum acquiratur, monstrant *c.* 1. §. *cum autem si de inves. feud. controv. fuer. c.* 1. §. *si quis fecerit, quo temp. mil. inves. pet. deb.* 1. F. 22.

IX.

Pignus. Pignore feudum acquiritur, quando Vasallus de re aliqua ob pecuniam mutuo datam pignoris causa investitur, *ut supr. Disp.* 2. *de pignoratitio feudo.*

X.

Acquiritur quoque feudum pignore, quando Vasallus alteri titulo pignoris vel reemptionis cessit feudum, isque à domino investiatur, qui casus esse videtur *Lehenr. cap.* 55. *in pr.* tunc enim

prior

prior vasallus constituto tempore, vel etiam Dominus reluere possunt: Mortuo autem venditore vel debitore, qui pignoravit, sine heredibus masculis, Dominus sine refuso pretio id acquirit. Jure veteri Saxonico: *d. c. 55. vers.* Stirbet aber. quasi investitura in hunc casum non extendatur: cujus tamen contrarium hodie observatur, ut infra de feudi alienatione videbimus.

XL.

Quod si differentiam inter Jus Saxonicum & Civile hic admittere noluerimus, possumus textum *d. c. 55.* de eo casu accipere, quando Dominus de feudo sibi pro pecuniâ creditâ oppignorato alterum investiat, qui reluitione factâ restitutionem promiserit: tunc enim tam oppignoranti quàm Domino licita est reluitio: ita tamen ut mortuo sine heredibus masculis vasallo oppignorante, feudum pleno jure revertatur ad dominum, nec is ad reluitionem ulli teneatur: quin potius pretium adhuc à vasalli heredibus exigere poterit, quamvis pignus extinctum sit. Atque hic intellectus planissimus esse videtur, & nihil contrarietatis vel absurditatis continet,

cum alii, quos Zobelius ibid. & Fachsius adducunt vitio non careant.

XII.

Quod si Dominus de feudo hujusmodi alium rursus ex amore & benevolentiâ investierit, vasallus iste priori reluenti cedere non tenetur, nisi hoc expressè promiserit, vel sub pacto hoc investitura ipsi facta sit, Jure Saxonico. **Lehenr.** *cap.*55. *vers.* **Ein gut / & v. Was aber der Herr.**

XIII.

Stipulatio. Stipulatione solenni si facta sit feudi promissio, dubium nullum est quin & eâ feudum acquiri possit; & quidem ita, ut promissor ad illud præstandum, quod promisit, actione ex stipulatu cogi possit. *Rosenthal. in Synopsi Feud cap.6. concl.3. & 4. Vult lib.1. de feud. c.10. n.9.*

XIV.

Contractus Improprii. Expositis modis feudum acquirendi per contractus veros, seu proprios, necesse est ut agatur de quasi contractibus seu impropriis.

XV.

Transactio. Ad quasi contractus, quibus viventes feuda acquirunt, refertur transactio & præscriptio. Transactione quidem quod Vasallus unus ab alio etiam absente Domino sibi acquirere possit, probatur tex-

tu

tu claro *in §. si Vasallus si de feud. def.* 2. F. 26. *c. unic. de contr. inter Vas. & alium de benef.* 2. F. 43. modo non dolosè & in fraudem Domini fiat *d. c. un.* 2. F. 43. Pecunia verò transactionis nomine data feudalis non erit. *d. §. si Vasallus* 2. F. 26.

XVI.

Præscriptio.

Præscriptionem quoque in beneficiis, ut in cæteris contractibus, currere satis humanum & rationi congruum *c. 1. in prin. An præscript. feud. acquir.* 2. F. 87. isq; acquirendi modus ex qs. contractu nasci videtur, cum ibi non expressus, sed præsumptus, consensus interveniat. *pr. J. de usucap. junct. §. fin. J. de usu & habit.* Vix est enim, ut non videatur alienare qui patitur usucapi. *l. alienationis.* 28. *in pr. ff. de V. S.*

XVII.

A parte Domini.

Intercedit a. præscriptio, vel â parte Domini, vel â parte Vasalli. A parte Domini est, qua Dominus, qui rem quādam allodialem pro feudali agnovit, ejusque nomine servitia & juramentum fidelitatis per 30. annos ab alio exegit, directum dominium in ea præscribit, adeò ut possessor deinceps rem ut feudalem re cognoscere teneatur. *§. si quis per 30. annos. 4. ubi Bl. & Alvarott. si de feud. def.* 2. F. 26. *Zas. part.* 6. *de feud. num.* 32. Et hoc feudum

acquisitum censetur jure recti & proprii feudi *secundum Bl. in l. liberti 1. C. de operis libertor.* Quod etsi nullo juris feudalis textu probari posset, natura tamen correlativorum exigit. Ut autem eadem sit ratio, *ut communiter docent Dd. in §. Si quis per triginta ann. unic. & fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss. in F. 27. Speculator de feud. vers. secunda quæritur. Clar. in §. feud. qu. 9. num. 4. & qu. 45. num. 1. Borchold. cap. 7. p. 3. num. 9. Mozzius de substant. feud. num. 31. Mynsinger. cent. 4. obs. 29. in fin. Panorm. in c. ad audient. de præscr.* quo fit, ut & successio feudalis in eo locum obtineat. *Alvarott. in c. unic. de feud. dat. in vic. leg. commiss. & ita sentire omnes Dd. dicit Duarenus de feud. cap. 8.*

praxis.

XVIII.

A parte Vasalli.

A parte Vasalli præscriptio intercedit, si per 30. annos rem aliquam Domini liberam ut feudalem possedit, & à Domino requisitus, tanquam Vasallus servitia exhibuerit, quamvis de ea re non sit investitus, recte se 30. annorum præscriptionem tuebitur. *cap. 1. in fin. qual. feud. olim pot. alien. 2. F. 9. cap. 1. §. si quis per 30. annos. si de feud. controv. sit inter Dom. & agn. Vasall. 2. F. 26. cap. 1. de consuet. rect. feud.*

feud. 2. F. 33. *c.* 1. *si unus ex fratrib.* 2. F. 83. *Mynsing. d. cent. obs.* 29. *num.* 1. & 2. *Gail* 2. *obsev.* 60. *n.* 4. *Mozz. de subst feud. c* 5 *n.* 31. & *c* 6. *n.* 108. *Schrad. p* 5 *feud. c.* 4 *n.* 4. 6. 11. & *p.* 8. *num.* 55. Jure autem Saxonico triginta anni non sufficiunt, sed requiritur adhuc annus cum sex septimanis & tribus diebus. *Landtr. lib.* 1. *art.* 29. *junct. gloss. lat. & Germ. Const. Elect.* 6. *part.* 2. *Rauch. p.* 2. *quæst.* 24. *n.* 34.

XIX.

Ad hanc igitur præscriptionem feudalem ea etiam, quæ Jure civili in acquisitione rerum incorporalium requiruntur: continua nimirū possessio bona fides & justus titulus seu loco hujus patientia adversarii, quæ pro traditione est, & justæ traditionis nomine indigitatur *in c. un. an præscript. feud. acquir.* 2. F. 87. *adde cap.* 1. *de evict.* 2. F. 80. *c.* 1 *de invest. alien. benef.* 2. F. 96. *Vult.* 1. *de feud. cap.* 9 *n.* 14. Jure autem feudali præterea tria desiderantur. (1.) possessio 30. annorū, eosque completos esse oportet, adeò ut si vel unus dies desit, non sit completa usucapio vel præscriptio. *arg. l.* 26. §. *quoties ff. ex quib. causis m. jor.* (2.) ad feudi præscriptionem requiritur, Ut vasallus *Præsc. Requisita.*

Domino servitium exhibuerit, sive obsequium feudisticum præstiterit, §. *si quis per* 30 2. F. 26. & quidem satis est vel semel intra 30. annos servitium aliquod præstitum fuisse etiamsi non quotannis neque sæpius vasallus servierit, *ut communiter tradiderunt interpretes ad d.* §. *si quis Zas. p.* 6. *n.* 30. Nec præscriptio hæc ab exhibitione servitiorū, sed à cæptæ & apprehensæ possessionis momento incipit, *arg d.* §. *si quis.* 2. F. 26. (3.) deniq; necessarium est possessionem uniformē esse, hoc est semper rem feudalē à possessore habitam, nec possessionis causam mutatam fuisse, *Zas. p.* 6. *de feud. num.* 30. *& Duaren. eod. tract. c.* 8. Nam si alio titulo puta pignoris fundum aliquis possederit, non poterit eum pro feudo usucapere, sive jus feudi in eo præscribere, nisi voluntate Domini res pignorata jure feudali sive feudi loco per 30. annos detineatur. Tunc n. cùm à Domino videatur mutata possessio, præscriptioni locus erit, *c. ult. & ibi Alvar. de feud. dat. n. vic. leg. commiss. Schneidevv. p.* 3. *de feud. in* 51. *Rittersh. lib.* 1. *partit. feud. cap.* 18. *quæst.* 3. *Hart. Pist. lib.* 2. *quæst.* 46. *num. ult.*

20. Sed

XX.

Sed num & Dominus 30. annorum spacio adversus vasallum suum possit libertatem feudi præscribere, intricata admodum est quæstio? Affirmativa arridet, si per 30. annos pro libera, tanquam allodium possederit, nemine ab eo investituram postulante, neque successoribus feudalibus servitia interim præstantibus: tunc enim utile Dominiū cum directo consolidari, verius est, & secundum hanc opinionem in Camera Imperiali jus dici *Mynsing. 4. obs. 28.* testatur *Zas. partit. 6. num. 33. Rosenthal. in Synopf. feud. c. 6. concl. 155. Vultej l. 1. de feud. c. 9 n. 17 Rittersh. in partit. feud. d. c. 18 q. 9.*

Dominus contra vasallum quomodo præsc.

XXI.

At vasallus neque rei ipsius feudalis dominium directum, contra Dominum præscribit, utpote cum is rem ipsam nō verè animo Domini possideat, sed tantum teneat, quia scit rem non suam propriam sed Domini esse; neque à servitiis libertatem & immunitatē, 30. annorū spacio sibi acquirit, *arg. l. 2. C. de præsc. 30. v. 40. annorum § 4. Inst. per quas person. nob. acquir. arg. l. 8. C. de usufr. Rittersh. in d. c. 18. q. 10. Vult. d. c. 9. n. 19.*

Vasallus contra Dominum

22. Si

XXII.

Si tamen quis possideat prædia feudalia, tanquam suum allodium, & quidem bona fide, non ut vasallus, proindeque servitia præstare Domino ea exigente perseveranter recuset, negando feudalia esse prædia; Domino 30. annos tacente, proprietatis Dominium præscribit possessor. Quia jam rem feudalem non Domini, sed suo nomine possidet; sibiq; imputet Dominus quod tanto tempore post interversionem possessionis tacuit, nec præscriptionem vel prohibuit, vel cæptam interrupit. Hoc n. in casu non tam vasallus, quam Domini patientia & tacitus assensus possessionis causam mutasse videtur. *Rosenth. tract. feud. vol. 1. c. 6. concl. 82. n. 15. cum seq. Janus ab Arcedur. in concl. feud. t. 3 conclus. 7. num. 46. Obrecht. Disp. feud. 5. c. 6. th. 123.*

XXIII.

Extraneus. Si verò Vasallus feudum Domino & agnatis non consentientibus alienaverit usucapiendi conditionem accipienti non præbet, cum alienatio illa illicita, rem viciosam & præscribi nesciam efficiat, *c. 1. §. præterea de cap. Conradi. 2. F. 40.*

c. 1.

t. 1. §. nos autem de prohibit. feud. alien. 2. F. 55. & in tit. 83. in extraord. cap. Curt jun. tr. de feud. p. 4. num. 82. Sonbec. de feud. part. 12. num. 156. & seqq. Vultej. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 20.

XXIV.

Tempore tamen quod hominum memoriam excedit, tertius ille, feudo illicitè per Vasallum alienato præscribit. *Duaren. cap. 16. num. 6. in fin. Bocer. p. 2. Class. 5. disp feud. 17. th. 24.*

XXV.

Tertius quoque voluntate vel conniventia Domini accedente, contra vasallum jus feudi rectè præscribit. Ita ut is qui revera investitus est vasallus esse desinat, & tertius ejus loco Domini vasallus efficiatur. *Menoch. consil. 2. n. 312. lib. 1. consil. 181. n. 91. lib. 2. Rosenthal. d. c. 6. concl. 84.*

XXVI.

Res Ecclesiastica.

An verò in hac præscriptione requisitis omnibus in thesi 19. expressis concurrentibus, 30. annorum spacio res etiam Ecclesiastica præscribatur, controversia non caret? Negativam profitentium ingredimur scholam. *Auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Andreas de Isern.*

Publica.

in d.

in d. §. si qui per 30. annos & ibi Alvarot. & alii Zas. p. 6. num. 31. Schenck. Baro ad d. §. si qui num 4. Borchold. c. 7. num. 8. in fin. Schrader. part. 5. c. 4. n. 17. Mynſ. cent. 4. obſerv. 29. num 3. Molinæus in conſvetudinib. Pariſienſib. tit. 1. §. 7. num. 8. verſ. & quod in feudal. atque ita ex juris communis diſpoſitione, cum contrarium conſvetudinibus feudorum traditum non ſit, deſiniendum eſt. Jure enim communi actiones Eccleſiis vel aliis venerabilibus locis competentes præſcriptione 40. annor. tolluntur, *Novell. 111. & Novell. 131. c. 6.* Conſentit Jus Saxonicum, ut eſt in *Gloſſ. Landtr. lib. 1. art. 29. in verb.* auf Eigen vnd Erbe. *ib.* Die Gotteshäuſer vnd Kirchen aber verſchweigen ſich in vierzig Jahren. *Zobel. ibid. lit. B. Conſt. Elect. 5. p. 2.* atque ita pronunciari teſtis eſt *Zanger. p. 3. de except. cap. 10. n. 103.* De civitatibus verò & Rebusp. major controverſia eſt, uti videre eſt ultra prædictos *apud Bald. in d. Auth. quæ actiones n. 4. Cujac. 5. obſerv. 5. Donell. lib. 5. comm. c. ult.* Sed ſtylus pronunciandi idem Jus quoq; in privatis recepit *Conſult. Conſtit. Saxon. t. 29. 5. qu. 10 num. ult. ibidemq; Elect. Augusti p. 2. Conſt. 6. approbavit*, ut ſic in Saxonia triginta annis anno & die contra illas præſcribatur.

27. Ex-

XXVII.

Feudi acquirendi Modi Mortis causa.

Explicatis modis feudum acquirendi inter vivos, consequens est ut ad modū quo mortis causa feudū acquiritur veniamus; Vasallo enim mortuo, is qui in feudo succedit, hoc modo feudū acquirit, *c.un. de succes. fratr. 2. F. 11. rubr. & 2. t. de succes. feud. 1. F. 8. & 2. F. 95. c. 1. inf. de feud cognit. 2. F. 1. pr. de consuet. rect feud. 2. F. 33.*

XXVIII.

Imprimis autem sciendum est antiquam feudorum originem, vel nullam vel tenuem admodum successionē habuisse; Nam initiò, quo feuda introduci cæperunt, Jus vasallorum saltē fuit temporarium, cum in Domini feudum concedentis potestate fuerit feudū concessum quandocunq; vellet precarii instar *arg. l. 1. ff. de precario.* revocare *§. quia 1. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1.* Deinde usu inolevit ut per annum integrum feudū semel concessum firmitatem haberet, *d. §. 1. v.* Postea vero ad vitam tantum vasalli concessum fuit *d. §. 1. deinde.* exemplo ususfructus *l. 1. C. de usufr.* cujus & species est, *c. un. v. hujus a. generis 1. inquib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* Tandē v. tractu tēporis successio etiā in feudis consvetudine recepta est, primo ad certos grados, deinde

deinde in infinitum d. §. 1. cum. seq. de hu qui feud. dare pess. Hunneton. de jure feud. lib. 2. c. 12. Obrecht. disp. feud. 10. th. 22. 23. & seq. de quo infra.

XXIX.

Est autem successio duplex, testamentaria scilicet quæ ex testamento, & legitima quæ ab intestato defertur pr. Inst. de hered. quæ ab intest l. 39. ff. de acquir. vel amitt. hered l. ea quæ 3. §. de illo. 2. ff. pro soc. l. quod autem 6. § proinde 2 ff. quæ in fraud. credit. l. 1. junct. l. veluti. 7 ff de petit hereditat. Val. Forst. in tr. de success lib. 1. c. 7. & 8. conf. Gudd. ed. l. lege obvenire. 130. num. 3. & 4. de V. S. Fachin lib. 6 controv. cap. 41.

XXX.

Successio Testam.

Verum moribus feudalibus ex testamento regulariter non succeditur; discrimè enim jure feudali cautu est, quod de feudis nulla possit fieri ordinatio 1. F. 8. de *succes. feud.* & 2. F. 9. §. *donare qual. olim feu. alien. pot Socin Jun. cons. 72. post n. 4. & n. 40. lib. 1. Jul. Clar. q. 40. §. feud.* nec immerito, quia res feudalis non testantis, sed Domini propria est. 1. F. 9. *qui succes. ren.* At de re aliena nemo potest testari. l. *verbis* 120. *de V. S. Ulp. in fragm. tit. de inteb* 20. §. *testamento* & quia invito

obtinet

vito Domino alius ei vasallus obtrudi, 2. F. 12 *de fratr. de nov. benefic. invest. in fin.* & invitis agnatis præjudicari nequit, 2. F. 39 *de alien. patern feud.* Quod utrumque fieret, si vasallus de feudo prolibitu in testamento disponere posset.

XXXI.

Et hæc regula adeò vera est, ut ne quidem pro anima, multo minus ad aliam piam causam possit disponere, *d. lib.* 2. F. 9. § *donare. Socin. jun cons.* 72. *num.* 33. & 40. *Vol.* 1. *Rol. à Valle cons.* 39. *num.* 5. *Vol.* 2. *Rosenthal. c.* 7. *concl.* 2 *n.* 7. *Decian. cons.* 33. *num.* 49. *Vol.* 1. *Curt. jun. part.* 4. *num.* 125. *Schneidew. p.* 6. *num.* 5. quia hoc ipso magnum fieret Domino præjudicium: Semel enim Ecclesiæ feudum dicatum nunquam ad Dominum reverteretur, quia Ecclesia nunquam moritur. Quin etiamsi de bonis allodialibus & feudalibus conjunctim testaretur vasallus, haudquaquam tamen valeret ipsius dispositio in feudis, salvo manente in allodialibus testamento, prout Scabinos Lipsenses mense Augusto Anno 1612. respondisse refert *Berlich. Decis. p.* 49. *num.* 6.

XXXII.

Cum itaque nec de feudo in testamento disponi, neque feudi legata relinqui queant, utrumne heres ad æstimationem feudi præstandam teneatur ei cui à vasallo feudum legatum fuit, dubia & variis Dd. opinionibus involuta quæstio est? Negantium opinionem sequimur. Feudum enim cum non possit alienari, ac extra commercium sit, c. *Imperial. de prohib. feud. alien. per Frid.* 2. F. 55. Ideò nec æstimatio ejus debetur §. *non solum* 4. *Instit. de legat. Rosenthal. in tr. feud. cap.* 7. *conti.* 3. *num.* 10. *& seq. Curt. jun. part.* 4. *num.* 126. *Sonbet. part.* 12. *n.* 88. *Niell. disp. feud.* 6. *th.* 4. *in fin. Ruding. lib.* 1. *controvers. feud. cap* 31. *Rittershus. cap.* 12. *qu.* 7.

XXXIII.

Si tamen de enixa voluntate testatoris feudi æstimationem præstare volentis constet, ad eam non successor feudi, sed successor bonorum allodialium tenetur. *Ernest. Cothman Resp.* 65. *vol* 2. *n.* 84. *Lindeman. Exercit. feud.* 2. *c.* 5. *th.* 2.

XXXIV.

Dispositio testam. vasalli. Sed cum omnis dispositio testamentaria de feudo sit invalida, ulterius quæ-

quæritur, utrumne Parens inter liberos inæquales feudi partes statuere possit? In allodialibus quidem seu patrimonialibus bonis, ita jus est, ut liceat parentibus ea inæqualiter inter liberos dividere, dummodò neminem in sua legitima portione non ingratum defraudent. *l.* 8. C. *de inoff. testam.* Sed in feudis aliter obtinet, ut scilicet non possit pater uni ex filiis, plus quam aliis assignare, ne filius patrem magis quam ipsum Dominum feudi recognoscat. *Jul. Clar. §. feud. qu.* 40. *num.* 5. *Mozzius cap.* 6. *num.* 80. *Zas. part.* 8. *num.* 62. *Socin. jun. consil.* 72. *num.* 33. *Vol.* 1. Etsi verò *Reinhard. p.* 3. *diff.* 5. aliud Jure Saxonico statutum existimat, da möge der Vater einem Sohn vor dem andern ein Lehen zum voraus wol geben *per text. Landtr. lib.* 1. *art.* 14. id tamen *Coler. p.* 1. *decis.* 78. non admittit, sed textum istum saltem de assignatione patris inter vivos intelligit *ibid. num.* 11. idque usus probat, ut patet ex iis quæ tradit *Hart. Pist p.* 2. *q.* 14. *n.* 78. *in med. & seqq. inprimis verò in verbis final. illius quæstionis.*

XXXV.

Potest tamen vasallus quandoq; non

solum de feudo novo, sed & de feudo antiquo licitè disponere. De novo feudo interveniente consensu Domini, sivè pro pretio sivè gratuitò acceperit, instituendo non tam extraneos quam filios. *Curt. jun. part. 4. num. 132. Clar. d. § feud. quæst. 40. num. 6. & 9. Emphyt. num. 1. & 2. Hartm. Pist. part. 1. quæst. 4. num. 13. cum seqq. & num. 44. cum seq. Mozz. cap. 6. num. 82. Schrad. p. 7. c. 2. n. 19. cum seqq.*

XXXVI.

De feudo antiquo valet vasalli dispositio (1.) quando Dominus testamentum ejus confirmavit, in sui ipsius, sed non agnatorum præjudicium *c. 1. in pr. de alien. feud. fact. Curt. jun. p. 4. num. 127. Clar. d. §. feudum. qu. 41. & q. 42. n. 1. Mozz. cap. 6 num. 85.*

XXXVII.

Valet (2.) vasalli dispositio, quando Domino & agnatis præsentibus & non contradicentibus disponit; hæc dispositio perindè rata est, tam in præjudicium Domini, quam agnatorum, atque si expressè ipsi huic dispositioni consensissent. *Curt. jun. in d. tr. feud. p. 4. num. 128 Schrad. part. 7. cap. 2. num. 16. & 7. Mozz. d. c. de nat. feud. num. 84.*

eò, quia Dominus & agnati contradicendo impedire poterant, ne vasallus de feudo testaretur; & certum est, quod præsens actui & tacens quem contradicendo impedire poterat, eum approbare intelligatur. *l. fidejuss.* 26. §. *pater. pen. & ibi gloss. ff. de pignor. gl. in l. Cajus* 39. *ff. de pignorat act. Br. & Dd. in l. quoties* 29. *ff. solut. matrim. l. semper* 60. *ff. de* R. J.

XXXIIX.

Valet (3.) si alicubi statutum & consuetudo loci vasallo permitteret, de feudo in ultima voluntate disponere, *Zas. intr. feud. p.* 8. *num.* 63. *Curt. in d. tr. feud part.* 4. *num* 109 *arg. l. de quibus* 32. *ff. LL.* §. *sed naturalia Inst. de jure* N. G. & C.

XXXIX.

Multo magis hoc obtinebit (4) in fructibus feudi tam antiqui quam novi, quia in illis neque Domino neque agnatis præjudicium generatur, cum fructus feudi sint vasalli, *cap.* 1. *in fin. in quib. caus. feud. amitt.* 2. F. 23.. Et in pretio ex feudi venditione cum consensu Domini facta, redacto; quia pretium in locum feudi venditi non succedit, *arg. l. qui vas* 48. §. *fin. ff. de*

furt. l. si & rem 22. ff. de petit. hered. gloss. & Bald. in l. 2. C. de rei Vind. Goden. consil. 83. num. 22. & cons. 83. num. 22. & cons. 84. num. 29.

XL.

Procedit denique (5.) in feudo quod datum est vasallo & heredibus ejus ac quibus ipse dederit, *secundum Rol. à Valle consil. 3 num. 11. vol. 1. & consil. 71. num. 6.* ubi enim permittitur alienatio ibi & heredis institutio locum habet, *l. si quis prioris 8. §. certum 2. C. de secund. nupt. Vultej. de feud. cap. 9. num. 156.* Et aliis casibus, de quibus consulendi sunt DD. *Curt. jun. d. p. 4. num. 126. & 130. Clar. d. §. feud. q. 5. num. 2. & q. 31. num. 8. & & q. 40. num. 2. item q. 41. num. 3. & q. 84. Zas. d. p. 8. num. 63. Mozz. d. cap. 6. num. 83. Schrader. d. §. 7. cap. 2. num. 25 34. 44. cum seqq.*

XLI.

Domini. Dominus verò quin alicui testamento feudum relinquere possit, nulla est dubitatio, cum is de proprio jure non alieno disponat, quod inter vivos contrahẽdo, illi licet, id quoq; & in ultima voluntate ei permissum esse debeat.

Instit.

Instit. de Lege Fus. Canin. tell. ubi DD. Wes. de feud c.6.

XLII.

Extra hos ergò casus ab intestato successionis ratio jure feudali obtinet. Etsi enim vasallus, ut modo dictum est, de feudo testandi facultatem non habeat, & tunc propriè intestati causa subsit, cum is qui jure facere testamentum potuit, non fecit, cum privatio præsupponat habitum, tamen & illi qui testari non poterant, si absque testamento decesserint, non impropriè intestati dicuntur. *l. 17. §. fin. ff. de acquir. hered. God. ad l. 64. num. 4. & seqq. ff. de V. S. Valent. Forster. in tr. de success. lib 3. c.4.* *Successio ab intestato.*

XLIII.

Successionis autē ab intestato, quinque potissimum constituuntur ordines. (1.) Descendentium (2.) Ascendentium (3.) Collateralium (4.) Fisci, de quibus singillatim ordine jam videbimus. *Successionis ab intest. ordines.*

XLIV.

Primo loco descendentes non immeritò ponūtur. *in pr. de success. frat. 2. F. 11. in pr. de succ. feud. 1. F. 8. §. 1 in f. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. arg. §. 1. 7. de her. quæ ab intest.*

Quia naturalis ratio, quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit, vocando eos ad debitam successionem, *l. cum ratio 7. ff. de bonis damnat.* Atque ad hos feudi possessio ipso jure transit, quæ aliàs ad dominum olim redire solebat in Saxonia, de quo Lehenr. *cap.* 6. *& cap.* 21. *v. ult.* Hinc eodem quoque Jure filius patri in communi feudo sine novâ investiturâ succedit Lehenr. *cap.* 32. *v.* vnd dieweil auch.

1. Ordo descend.

XLV.

Succedunt autem in Feudis liberi non tantum in sacris parentum existentes, sed & emancipati. Non enim patria potestas, sed concessio Domini liberos omnes ad successionem vocat; neque per emancipationem filius desinit esse filius *l. 3. § si emancipatus & §. seq. ff. de bonorum possess. contr. tab. Rosenthal. tract. feud. cap. 7. conclus. 16. num. 1. & seq. Duaren. de feud. c. 11. num. 3. Rittershus. in partit. feud. c. 15. qu. 1. Wesenbec. de feud cap. 6. num. 9. Alvarott. in cap. 1. §. hoc quoque de iis qui feud. dare poss.*

An succedant Emancipati

46. Suc-

XLVI.

Succedunt porro liberi tam heredes à patre instituti, quam exheredati, aut præteriti; nulla enim patris ordinatio quicquam valet in feudo. *c. unic. in pr. de succes. feud.* 1. F. 8. Et exheredatio adimit tantum hereditatem exheredantis, *l. Papinianus* 8. §. *si quis mortis ff. de inoff. testam. Novell.* 115. *cap.* 3. à qua feudum separatur *c. unic. de controvers. inter Dom. & Empt.* 2. F. 45. *Sonsbec. part.* 9. *n.* 61. *Rosenthal. cap.* 7. *concl.* 10. *n.* 8. *& seq. V Vesenb. cap.* 6. *num.* 9. *Bocer. class.* 5. *disp.* 18. *thes.* 5. *Exheredati.*

XLVII.

Fallit tamen si ejus qualitatis sint feuda, de quibus ordinatio fieri potest, quale est feudum merè hereditarium, in quo cum jure hereditario succedatur, exheredatio quoque justa obtinere poterit, ut non minus ab hoc feudo quam bonis allodialibus removeatur exheredatus, ita tamen ut hoc ex qualitate exheredantis æstimetur. *Rosenth. tr. feud. cap.* 7. *concl.* 10. *num.* 8. *& seq. c.* 1. *de succes. fratr.* 2. F. 11. *Schrad. p.* 7. *c.* 2. *n.* 39.

XLVIII.

Nec hic distinguimus inter liberos, posthumi sint, an vivo patre nati, nec *Posthumi.*

utrum verè nati sint, an verò utero matris defunctæ extracti, *l. quod dicitur* 12. *ff. de liber. & posthum. Schrad. p.7. cap.5. n.13. Alvar. in c. an mut. vel imperf.* Consentit Jus Saxonicum Lehenrecht *cap.* 20. *in pr. adde* Landrecht *lib* 1. *art.*33. *Dan. Moller. lib.*3. *Semestr. cap.*28.

XLIX.

Quomodo fiat successio.

Sed succedunt æqualiter, id est, feudum inter se sicut bona allodialia, in capita pro numero personarum dividunt, si sint ejusdem gradus. *c. unic. de succes. feud.*1.F.8.

L.

Si verò disparis gradus liberi, veluti filii & nepotes concurrunt, proximiores non excludunt remotiores, sed hi cum illis jure repræsentationis succedunt in stirpes, *c. unic. de succes. frat.* 2.F.11. *Borchold. in comment. feud. c.*7. *n.*46. *Sonsbec. de feud. part.*9. *n.*58. *& seq. Duaren. de feud. cap.*11. *num.*5. *Rittershus. in partit. feud. p.*9. *num.*58. quod & Jure Saxonico obtinet, ut maximè textus olim diversum voluisse visus sit. *Zobel. p.*3. *differ.*19. *num.* 23. *& seq. Constit. Elect.*29. *part.*3. *Coler. decis.*45.

LI.

LI.

Quod tamen pacto vel consuetudine immutari potest. Pacto, cum filii inter se conveniunt, ut unus pro parte sua pecuniam accipiat,& alteri totum feudum relinquat.

LII.

Consuetudine ut si primogenitus succedat excluso secundo genito. In quibusdam enim provinciis Europæ, Anglia, Scotia, Gallia, multisq; Hispaniæ in locis jus primogenituræ in feudis quibuscunque obtinet. *Stephan. in Oeconom. jur. feud. c.3. n.30.* *Jus primogenituræ.*

LII.

Sic & in feudis Regalibus primogenitorum potior habetur ratio, *c.* 1. §. *firmiter versic. præterea, de prohib. feud. alien.* 2.F.55.

LIV.

Unde illa gravissima variis opinionum involucris innodata quæstio resultat, si duos quis habens filios, quorum unus sit natus antequam pater ad Regnum vel Ducatum &c. pervenerit: alter vero postea acquisita jam dignitate, Uter horum præferendus sit? Nonnulli pro posteriùs nato multis argumentis pugnant, quorum opinio olim

olim inter Arthemenem & Xerxem, filios Darii in successione Regni Persici, & inter Ludovicum & Galeatium fratres in successione Ducatus Mediolanensis probata. At alii primogenitum præferendum contendunt, quod ordine nascendi, & natura ipsa jus quæsitum habeat, & quod superveniens dignitas patris nocere illi non debeat, sed potius prodesse. Neque jus quæsitum ei per alterius nativitatem eripi posse, ut pluribus notat *Herom. quæst. illust.* 2. Commodè verò hac adhibita distinctione hæc quæstio decidi posse videtur. Ut si extet hac de re aliqua lex scripta tum attendatur, quibus sit concepta verbis; si scilicet filium REGIS VEL PRINCIPIS indefinitè præferens inveniatur, Primogenitus ante dignitatem etiam natus præferatur. Si verò lex expresè FILIVM PRIMOGENITVM REGIS VT REGIS designet, post dignitatem natus potior habeatur. In dubio verò ad primogenitum non habita distinctione temporis acceptæ dignitatis, successio devolvatur. Quod naturali æquitati convenientius est. *Obrecht Disput. feud.* 10. *thes.* 88. *& seq. Rittershus. partit. feud. l.* 1. *c.* 15. *q.* 12. *Thom.*

Linde-

Lindeman Exercit. feud. 2. c. 5. thes. 17. Forster. lib. 4. de succes. c. 24. n. 27. & seq.

LV.

Expeditæ jam quæstioni proxima est illa; An primogeniti nepos, patruo suo jure primogenituræ præferatur? Quæ quæstio semper dubia fuit Jasoni, uti scribit *in l. maximum Vitium 4. vers. tertio nota C. de liber. præter.* Ejusq; decisio Dd. in diversas rapuit sententias. Et licet negativa à multis mordicus defendatur, quos longa serie recenset *Tiraquell. Tract. de jure primogenit. q. 40. n. 15. & seqq. & Rosenth. tract. feud. c. 7. concl. 26. n. 13. ibiq; in addit. sub lit. O. & P.* Juri tamen consona putari debet eorum opinio, qui nepoti favent, & hunc patruo præferunt. Cum non ex LL. XII. Tab. tantum, & jure naturali filius ipso jure personam defuncti repræsentet, *l. 1. §. si filium ff. de suis & legit. l. 2. 3. 4. C. eod. l. scripto 7. ff. si tab. testam.* sed & jure feudorum nepos in filii locum & jus succedat. *c. 1. de succes. feud.* ibi nepotes ex filio loco sui patris. *l. F, 8. Rosenth. d. l. Hotom. illustr. qu. 3. Forster. lib. 2. cap. 18. Menoch. cons. 97. lib. 1. Rittersh. partit. feud. cap. 15. q. 13. Boer. in tr. de jure succed. c. 3. q. 48.*

LVI.

LVI.

Quibusdam verò casibus filii etiamsi legitimè nati sint, à feudi successione repelluntur. Filii enim nati ex ea uxore, cum qua quia fortè est ignobilis, matrimonium eo pacto contractum est, ne filii ex ea nati succedant, sed contenti sint Morganatica, quod Matrimonium alias lege Salica contractum dicunt; ab intestato in feudis non succedunt, existentibus scilicet filiis ex priori thoro Vasalli. *t.unic.de fil.nat.ex matr.*2 F.29.*cap.*1. §.*filii si de feudo defuncti content.*2.F.16.ubi Cujac. textum negativè legendum non sine ratione asserit. *quamvis & affirmativa cum Hottom.ibid. commodè retineri possit. Adde Sonsbec.p.9.n.*50. *Obrecht.Disp.F.*10.*th.*93. *Schrader.part.*7.*cap.*5.*num.*31.

LVII.

A successione F. arcentur, Naturales & Spurij.

Porro in ordine illorum qui à successione feudi removentur, non postremum locum occupant (1) Naturales & Spurii. §. *Naturales si de feud. def.*2. F. 26. *VVesenb. d.c.*6. *n.*10. *Clar.in §.feud. q.*82. *n.*1. *Schrad. p.*7.*cap.*5. *n.*20. *Alex.cons.*2. *& cons.*67.*lib.*1. *& consil.*97.*lib.*2. *Jason in L. si is qui pro empt ore* 5. *num.*246. *ff. de Usucapion.* idque de

natu-

natura feudi esse dicit *Mozz. de natura feud. n.* 90. & esse juris indubitati scribit *Pistor.* 2. *q.* 40. *n.* 1. & juris certi. *Forster.* 6. *de succes.* 12. Ideoque qui se ad feudum admitti petit, non tantum se esse descendentem, probare debet, sed etiam se esse legitimum consuluit *Dec. Cons.* 24. *n.* 53. *versic. tertio dico*; etiamsi Vasallo defuncto nulli supersint liberi legitimi. *Pistor. d. q.* 40. *n.* 3. ex eo quod Domino paribusque curiæ minus sit honorificum, in suo consortio sivè sodalitio, esse homines natalibus suis maculatos. *Afflict. in d.* §. *naturales. num.* 14. *& ibi Schenck. Baro. Pistor. d. q.* 40. *n.* 3.

LVIII.

Quod in tantum verum est, ut ne matri quidem in feudo fœmineo succedant. *Andr. de Isern. d.* §. *naturales n.* 10. *Alvarott. num.* 8. *Laudens. & Præpos. num.* 4. *Curt. Jun.* 2. *p.* 3. *part. princip. num.* 40. *Vult. L.* 1. *de feud. cap.* 9. *num.* 91. *Lib. Hattyser. in Analys. jur. feud. cap.* 7. §. *Naturalis tantum. p. mihi* 34. quæ omnia concordant Juri Saxonico. Atq; hinc est quod Illegitimi non impedire possint successionem Agnatorum, simultaneè investitorū & qui expectativas habent, die Gesing haben.

Lehen-

Lehenrecht *cap.* 20. v. Wo aber ein Sohn. Confer ad hanc materiam *Coler. p. 1. dec.* 50. *& ib. not.*

LIX.

Jure civili autem liberi naturales in allodio succedunt suis matribus (exceptis illustrib. ex SC. Orphitiano §. *novissimè Inst. ad SC. Orph.*) sicut & viceversa mater ad ipsorum bona admittitur ex SC. Tertull. §. *ult. Inst. de SC. Tertull.* Quemadmodum & à paterna successione certis quibusdam casibus non arcentur. *Nov.* 89. *c.* 12. *in med.*

LX.

Legitimati.

Prohibentur (2) Legitimati cujuscunque generis regulariter, etiamsi per subsequens matrimonium legitimati sint, si textus verbis inhæremus, *d.* §. *naturales.* 2. F. 26. quamvis usu hodierno tam in Saxonia, quam in Imperio hi admittantur. *Mynsing. cent.* 5. *observ.* 42. *Gail. lib.* 2. *obs.* 141. *&* 142. *n.* 12. *Hartm. Pist. lib.* 2. *q.* 41. *consult. constit. Saxon. part.* 2. *q.* 35.

LXI.

Usq; adeò à feudi successione arcentur legitimati, ut licet summi principis rescripto, postea specialiter ad feudum reliquis qui extant filiis aut agnatis non con-

consentientibus legitimati sint, aditum ad successionem non habeant, *d. §. naturales. & ibi Dd. Zas. p. 8. n. 74. Sonsbec. p. 9. n. 67. Hartm. Pist. q. 40. n. 4. V Vesenb. cap. 6. n. 11. Schrad. tract. feud. p. 7. c. 5. n. 23.*

LXII.

Princeps enim ex plenitudine potestatis, in præjudicium Domini & agnatorum, naturales liberos ad feuda legitimare non potest, *arg. c. unic. in pr. de natur. feud. 1. F. 7. & c. unic. de alien. feud. 1. F. 13. l. 2. in fin. l. 5. de natal. restit. l. 7. C. de precib. imper. offer. Vult. cap. 9. n. 193. Heig. in comment. ad tit. 1. & seq. Inst. de legitim. agn. succes. cap. 5. n. 174. V Vesenb. de feud. cap. 6. n. 13.* Etsi verò contraria opinio, si præsertim Princeps justam legitimationis causam habeat, valdè etiam sit probabilis, & à multis & eruditis viris defensa uti videre est apud *Mynsing. cent. 5. obs. 42. & Andr. Gail. lib. 2. obs. 142. num. 12. & seqq.* altera tamen humanior est & æquior.

LXIII.

Non admittuntur (3) filii adoptivi in feudis, qualitercunq; etiam fuerint adoptati, ne in arbitrio Vasalli sit, per commentitios ac fictitios liberos Dominum vel agnatos jure suo privare. *c. 1. §. adoptivus si de feud. def. cont. sit inter Dom. & agn.* *Adoptivi.*

Vasalli. ubi Hotom. Alvar. Cujat. & Schenck. Baro. 2. F. 26. Zas. in epitom. feud. part. 8. n. 14. V Vesenb. de feud. c. 6. n. 13. Schrad. p. 7. c. 5. n. 19. quod regulare dicit Menoch. cons. 503. num. 21. vol. 6. & cons. 625. n. 49. vol. 7. vid. Sonsbec. p. 9. n. 63.

LXIV.

Nisi parens naturalis filium adoptaverit, qui alias succederet. Feudistæ in *d. §. adoptivus. Schneid. ad tit. de hered. quæ ab intest.* vel nisi consuetudine loci receptum sit, aut investitura permittat, ut in feudis non minus succedant adoptivi, quam alii liberi *V Vesenb. d. c. 6. de feud. n. 13.*

LXV.

Clerici. Removentur (4) Clerici aut votum religionis assumentes. *c. un. vers. hoc illud de feud. fœm. 2. F. 30. c. unic. de Vasall. milit. qui arm. bell. dep. 2. F. 21. c. un. in fin. an mutus vel aliter Imper. 2. F. 36.* Qui etiam eo ipso feudum amittunt quod habent. *§. qui clericus si de feud. def. content. sit. 2. F. 26.* quam sententiam & jus Feudale Saxon. probat. **Lehenr.** *c. 2. ibi.* **Pfaffen vnd Frawen die sollen Lehenrechts darben. Landrecht** *lib. 1. art. 25. Reinhard. p. 3. Different. jur. civil. & Saxon. diff. 21.* & in Camerâ Imperiali receptam testatur *Mynsing. Cent. 5. obs. 48. n. 8.*

LXVI.

Quod verum est quamvis habitum reli-

religionis clericus postea abjecerit, pro ut expresso textu juris nostri feudalis cautum est. 2.F.30. *Borchold. c.7. n.62. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cent. 3. casu. 231. Hartm. Pistor. q.33.*

LXVII.

Nec interest cujus generis aut conditionis sint, adeo ut & Episcopi & Cardinales & alii Prælati à feudorum successione repellantur: qui licet dignitate, cæteris clericis præluceant, tamen cum in jure feudali quoad hunc passum non magis invenmantur privilegiati, quam alii clerici, ejusdem juris cum illis esse censentur. per *l. tit. 30. lib 2. Feud.* quia clericorum appellatione continentur text. *in c. un. §. item si cler. de capit Corrad. 2. Feud. 40. Rosenth. in Synops. cap. 7. concl. 73. in fin. Vult. d. t. 9. n. 131. Rittershus. in partit. feud. c. 15. q. 23.* Quamvis de consuetudine, nisi renunciatio legitima accedat, in Germania hodiè secus servetur *Vult. d. l.* jure quoque Ponticio feudi acquirendi potestas clericis concessa est. *c. ex transmissa ext. de foro compet.* quod adeò moribus hodiernis cõprobatũ est ut non minorum tãtum sed etiam majorũ feudorũ utpote Ducatuũ, Comitatuũ & similium

sint capaces, ut multis defendit *Bellarm. in lib. controverſ. Eccl. Menoch. conſ. 231. Zaſ. de feud. p. 5. n. 71. 72. & 73.*

LXVIII.

Hanc tamen adhibuit diſtinctionem Collegium facultatis juridicæ in hac Academia, cui denique Electoris Saxoniæ acceſſit confirmatio *in Conſt. Elect. 28. part. 3.* inter Canonicos videlicet **Stiffts vnd Thumbherrn**, & Monachos quod illi feudi participes ſint, cum vel ipſi vel per alios ſervitia præſtare nequeant, hi non item niſi monachali habitu depoſito voti religione ſe liberaverint. *part. 2. quæſt. Saxon. q. 19. Boer. in tr. de jure ſucced. in feud. c. 3. n. 23.*

LXIX.

Ordines. In clericorum ordine cum & contineantur equites Hieroſolymitani ſive Teutonici, Rhodii, Cruciferi, Melitenſes, & ſimilium ordinum, num & illi ad ſucceſſionem Feudorum admitti debeat, non una omnium eſt opinio & ſententia. Affirmantium in numero ſunt *Alvar. in c. 1. verſ. quæro. quid ſi Vaſallus n. 9. & ibid. Bald. n. 4. Afflict. n. 13. de milite Vaſallo. Curt. jun. de feud. p. 3. q. 10. Sonsbec. p. 12. n. 115. Schrad. tr. feud. p. 7. c. 5. n. 30. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 32. num. 39. Roſenth. tr. feud. cap. 7. concl. 30.*

concl. 30. *n.* 9. *& seq. Rittersh. d. c.* 15. *qu.* 24. Negantibus adstipulantur *Alciat. in Resp.* 29. *n.* 6. *vol.* 1. & hanc opinionem latè defendit *Cravett. cons.* 303. *Fachin.* 7. *contr.* 36. *Bocer. in d. tr. de jure succedendi in feud. c.* 3. *q.* 16. Nos distinctionis fœdere hanc cõtroversiam sic expedimus, ut totum hoc judicandum sit, juxta varias ordinum leges & constitutiones, quæ si obstaculo non sint, quo minus ea præstare possint Domino, quæ in juramento fidelitatis continentur, *cap.* 1. *de nova form. fid.* 2. F. 7. tunc eos à successione nõ esse excludendos; Si verò tam duris devincti essent legibus, ut ea quæ à Vasallo juramentum fidelitatis exigit, præstare omnia nõ possent, tunc sanè quia eadem subest ratio, quæ clericum à feudi successione removet, ad feudi successionem non esse admittendos statuimus. *Hartm. Pistor. lib.* 2. *quæst. jur. q.* 33. *n.* 22. *Vult. lib.* 1. *de feud. cap.* 9. *n.* 132. *& seq. versic. verum valde.* ubi addit diligenter attendendum, quid consuetudine sit receptum. Sanè in Electoratu Saxoniæ *ex d. Const.* 28. §. Hieraus folget. illi indistinctè admittuntur.

LXX.

Sunt tamen casus, quibus Clerici à feudorum successione nõ arcentur. Primus

mus est si in feudi constitutione ita cautum sit, ut Clericus etiam succedat vel feudum retineat, ut probat *Ifern. in cap.1. de milit. Vasall. & in c.1. de feud.fœmin.Natta consil.60.n.9.Sonsbec.p.12.n.115. per c.1. §. præterea quid sit investit.* Quod idem est si ita receptum sit consuetudine. *Forster. lib.4. c.23.n.42. de succes.*

LXXI.

Secundus est, cum feudum est francum, ita ut nullum de eo præstandum sit servitium, eo quod cessante ratione exclusionis Clericorum, quæ posita est in servitiis illis militaribus præstandis, cessaret etiam ipsa exclusio. *Jas.in prælud.feud. n.115.Schneidvv.p.6.de succes.destend.n.24. vers.tertio. Forster. c.23.n.40. Felin.in c.in præsent.n.45.Bl.in c. inter dilectos & in auth. nisi rogati in fin. C.ad SC.Trebell.*

LXXII.

Succedunt (z) Clerici in feudum ex quo non militare sed reale servitiū Domino præstatur, puta certa pecuniæ annuæ summa, aut alius census annus, eō quod ibi cesset prohibitionis ratio proposita *in d.t.21. de Vasall. mil. qui arm. bell. dep. & in d.t.36. an mut.vel alias Imperf. Vultej.lib.1.de feud.cap.9.n.137.Rosenth.tr.feud. c.7. cont.30.n.23. Schrad.p.7.c.5.n.30.* Et

præter hos multi adhuc sunt alii casus, de quibus videatur *Forster. lib. 4. de succes. ab intest. cap. 23. n. 33. & seq. Rosenth. d. loco. Curt. jun. in tr. feud. p. 1. n. 24. & seq.*

LXXIII.

Denique à successione feudorum rebellium imperfecti, qui vel animo tales sint vel corpore: §. *item. 2. Episcop. vel abbat. t. Feud. 6. cum fil. An mentis imperfecti. 2. Feud. 26.* Animo imperfecti sunt furiosi & mente capti. Quicum ad servitia quidam præstanda inepti sint, stricti rationis judice Dominus iis servitiis liberandi videtur, potuitne eos ad successionem feudi non admittere? *Duar. 2. f. 36.* Quod maxime procedit in iis qui natura furiosi & hinc inde capti sunt. *Harpr. inst. l. 2. q. 32. n. 23.* At si ex accidente furor, dementia, aut alia vitia supervenerint, idem dicendum esse, utrisi juris rationibus confirmat *Harpr. inst. lib. 2. q. 32. n. 21. 22. 41. & seq.* idque de juris rigore omnino admittendum foret, sed si æquitatis potius, quam stricti Juris rationem habere volumus, ut debemus *l. placuit 8. C. de judic.* ad successionem feudalem illos utique admittendos esse censemus *Schurfl. Cons. 91. cent. 1. Bald. & Dd. ad. cap. 1. quæ mut. vel al. imperf. Borchol. c. 7. t. de succes.*

Animo Imperfecti.

Quid enim, si Vasallus cui proxima successionis spes debetur, & qui, uti Jus Saxonicum exigit, simultaneè jam est investitus casu vel morbo quodam in delirium incidat? Quid si pro Domino & patriâ fortiter pugnando mutus, surdus, claudus efficiatur? Quid si vitium istud Medicorum curâ successuque temporis tollatur? Uti accidentaria hæc tolli posse spes est, quæ in naturalibus planè deficit *Hartm. Pistor. d. quæst. 32. n. 14. in med. & 15. Schurf. Cons. 24. vol. 2.* quæ potissima inter hæc duo diversitatis ratio est. Quid si filios postea perfectos suscipiat? His certè casibus omnibus (quos omnes in propositâ specie contingere posse ratio dictitat) iniquissimum foret, vasallum ejusque posteritatem, feudi successione privandum aliosquè remotiores ipsi præferendos esse: cum interim durante morbo Domino vel ipsemet salutaria consilia suggerere vel per substitutum servitia præstare possit, nec Agnati, quibus nullum jus perfectè quæsitum erat, *Hartm. Pist. d. quæst. 32. n. 43.* conquerendi justam aliquam causam habeant. Nec dissentit Jus Saxonicum *lib. 1.* **Landr.** *art. 4. junct. gloss.* **Lehenr.** *c. 5. n. 7. circ.*

cit. fin. & gloss. c. 30. *ad fin.* qui textus de imperfectis naturâ partim disertè loquuntur, partim commodè & sine vitio explicari possunt.

LXXIV.

His verò prodigum non putamus annumerandum. Etsi enim ratione administrationis furioso æquiparari soleat: Tamen cum nihil obsteт quo minus servitia commodè præstare queat, ratio non permittit, eum à feudi successione removeri. *Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 9. *num.* 112. *in fin.* modo bonorum suorum tam feudalium quam allodialium administratio apud curatorem constituatur. *Vult. d. l.*

LXXV.

Corpore imperfecti sunt surdi, muti, cæci, claudi, & similes, ad servitia præstanda inepti redditi: quos eadem ratio in feudis succedere prohibet, quæ Clericos & animo imperfectos. *d. c.* 2. F. 36. *in f.* Quæ quidem vitia si sint naturalia, sine dubio nocent, sin accidentalia in feudi successione summo jure impedimentum præstarent, nisi æquitas uti dixi, aliud suaderet. Hinc utplurimum Dominus gratiam facere solet *Corpore imperf.*

hujusmodi personis, cum ipsius saltem vertatur præjudicium, uti observavit *Dan. Moller. lib. 3 Semestr. cap. 34.*

LXXV I.

Hermaphroditi seu Androgyni, si in illis sexus masculinus prævaleat, & sit perfectio ad puberta[illegible] succedunt, si vero alii sexum fœmineum plus incalescant non item. *arg. l. [illegible] ff. de statu hom. l. [illegible] C. de fend. cognit. a. l. [illegible] ff. de suis & legit. hered. Rol. à Valle consil. [illegible] Laurent. Sylvan. consil. 9. n. 117. Ruin. d. p. 7 c. 5 num. [illegible] Rotath. d. [illegible] dec. 72. Vult. [illegible] c. 9. n. 62.*

LXXVII.

Nunc ad [illegible] transeamus, [illegible] ita ut filia ut [illegible] ex ut agnati succedant. [illegible] Romanorum jure tamen [illegible] succedunt [illegible] regulariter excludi, [illegible] *mit. l. §. hoc autem est. & §. alia vero. l. F. S. c. unic. vers. ad filias vero. 2. l. u. de succ. feud. Curt. jun. fend. part. 3. in pr. Cep. Parisconsil. 20. n. 8. l. 1. § 1. de fend. fœm. c. 1. in mut. fund. vel. al. imperf. Bl. in l. fin. C. de suis & legit. hered. Rol. à Valle consil. 78. n. 28. Laurent. Sylvan. consil. 9. n. 117. Ruin.*

Textus.

conf.167.n 6.lib.5. Quod & Jure Saxonico obtinet. Erhart. *cap.2.in pr. arg. cap.6. §.21. & 30. Zehent. & Lamer. lib.2.art.58. num.2. inf.*

LXXVIII.

Cur autem jus feudale hoc in casu à jure communi recesserit, non tam factum ob voluntatem eorum, qui hanc consuetudinem introduxerunt, ut vult *gl. in c.1.§.hoc autem verb.à successf.feud. de his qui f.dare poss. Clar.in §.feud q.31 n.1.* quam propter levitatem, consilii in feminis fragilitatem, & secreti custodiendi difficultatem, vocibus [illegible] militaria plane inepiæ fuit, quia sunt infirmæ & imbecilles [illegible] animo imperites, [illegible] consilio anceps. *Cuiac. lib.1. [illegible] n.118 & seq. Cuiac. [illegible] lib.11 c.4.n.2. & c.10.n.10 & seq. Arnisæus in tr. de [illegible] quæ ad mil. cap. de success. destruent. tit.9.*

LXXIX.

Quin nec liberi illarum, quamvis masculi admittuntur; non aliam ob causam, quam quod successiones non fiant per saltus, sed juris ordine obser-

[illegible] vato,

nam

vato, ideoque necesse sit ad hoc, ut gradus sequens admitti possit gradum præcedentem successionis esse capacem *l.1. §. prius de succes. edict. §. placebat Inst. de legit. agn. succes. Mozz. de subst. feudi n.* 80. *Vide & Schneidvv. part. 6. tit. de succes. ab intest. num.* 17. *Rosenth. cap. 7. concl.* 32. *n.* 23. *Schrad. c.* 4. *vers. secundo & num.* 4. *Valent. Forst. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 17. *& lib.* 4. *de de succes. cap.* 23. *num.* 70. *& seqq.*

LXXX.

Interdum tamen illas succedere nulla prohibet ratio. Primo si feudum sit fœmineum, de quo videlicet fœmina primitus investita fuit; namque in illud omnes descendentes ex fœmina, tam masculi quam fœminæ succedunt. *c.1. an marit. succed. uxor* 1.F. 15. *c. un. de nat. succes. in feud.* 2.F. 50. *c. un. de feud. fœm.* 2.F. 30. *c. un. de gr. succed. in feud.* 2.F. 11. *d.c. un. §. filia, ibi vel nisi investitæ fuerint de succes. feud. Curt. jun. part.* 3. *n.* 3. *Sanbec. p.* 9. *num.* 123. *Clar. q.* 73. *n.* 5. *Schneid. p.* 6 *n.* 34. *Schrad. c.* 4. *num.* 48. *Zas. in d. tr. feud. p.* 8. *n.* 39. *Matth. de Afflict. in c.* 1. *§. & quia vidimus n.* 23. *de his qui feud. dare poss. Hartm. Pist. q.* 34. *n.* 12. *&* 13. Quia cum hoc feudum à fœmina originem cæperit, ex ipsoejus naturæ censetur, ut illius fœmina

mina sine pacto sit capax. Quod vero ex rei natura inest, speciali pacto opus non habet cum sint opposita in jure, ex natura negotii & ex pacto inesse, ita sentiunt *Bl. Alv. Præpos. Raven. Belvis. Schenck. & Eguin. Baro. in d. c. unic. de feud. fam. Zas. part.* 8. *n* 59.

LXXXI.

Secundo si filia vel redemerit pecunia feudum, à Domino, vel Dominus ipsam propter amorem vel servitia patris de Feudo investivit. *c.* 1. *quemadm. feud. ad fil. pertin.* 1. F. 24. *Berous c. delecti n.*47. *X. de arbitr. Card. Paris. cons.*4. *n.*42. *lib.*1. *Mozz. de subst. feud. num.*90.

LXXXII.

Et hoc in novo feudo citra conversiã, procedit, quia cum Dominus rerũ suarum liberrimus sit moderator, & arbiter, sanè minus aptæ personæ, quin feudum conferre possit, non est ambigendum. *c. un. quemadm. feud. ad fil pertin.* 1. F. 24. At in feudo antiquo in præjudicium agnatorum vix hoc obtinebit, *c unic. in pr. & §. hoc quoq; de succes. feud.* 1. F. 8. *ut & in §. Titius, si de feud. def. contr.* 2. F. 26. *& in c.* 1. *in pr. de alien. patern. feud.* 2. F. 39. *ibique Dd. And. de Isern. Bald. Alvar.*

Alvar. Mart. Laudens. Præpos. Matth. de Afflict. & plures alii.

LXXXIII.

Tertio si consuetudine introductum fuerit, ut fœminæ succedant in feudo; ut de regno Siciliæ testatur *Curt. jun. in tr. feud. 1. part. 3. partit. princ. num. 10. Las. in d. tr. feud. p. 8. num. 42. Card. Paris. consil. 13. n. 21. & cons. 22. num. 24. lib. 1. Roland. à Valle consil. 3. num. 117.* & in plerisque Silesiæ & Lusatiæ locis, ex generali privilegio quoque introductum est.

LXXXIV.

Succedunt quoque fœminæ in meliorationibus feudi, & impensis à defuncto Vasallo in feuda factis. *c. 1. §. si vasallus. Hic finitur lex 2 F. 28. Ubi Alvarotus. Laudens. Schenck Baro. Berchold. c. 7. n. 73. Schrader. d. p. 7. c. 3. n. 7.*

LXXXV.

Adeò ut si in possessione sint, rem feudalem tamdiu retinere possint, quoad meliorationes receperint. *Bald. d. c. 1. §. si vasallus. Hic finitur lex. Vult. d. c. 9. n. 104.* Sive Domino aperiatur, sive ad agnatos devolvatur; Habet tamen succedens electionem, meliorationes solvere velit, aut pati ut tollantur. *Rosenth. c. 10.*

c. 10. tench. 121. in fin. illasque factas esse probari debet *Schrad. p. 2 p. 9. sect. 2. n. 60.*

LXXXVI.

De fructibus aliud asserendum, in his enim fœmina non admittitur, cum fructus tanquam accessorium ejus esse debeant, cujus & fundus tanquam principale, *c. un. circa fin. in quib. caus. feud. amitt. 2 F. 23.* Ac proinde filius adita hereditate omnes fructus tanquam Dominii proprium retinere debet. *Mynsing. c. 6. obs. ult. num. 8. Wurms. de feud. tit. 51. obs. 22. n. 3 per l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. cred.* Sed de his infra plenius.

LXXXVII.

2. *Ordo Ascendentium.*

Expedito jam ordine successionis Descendentium consequens est ut ad ascendentium in feudum successionis ordinem veniamus. Ubi sciendum est, quod licet legibus civilibus ascendentes ad descendentium ordinem admittantur, §. 1. *auth. de hered. quæ ab intest. Auth. defuncto C. ad SC. Tertull. l. nametsi parentibus 15. in pr. ff. de inoffic. testam.* Consuetudinibus tamen feudorum, nulla ascendentium in feudis est successio. *c. un. in pr. ubi Isern. num. 1. & Schenok. Baro de natur. succes. feud. Sonbec. p. 9. num. 48. Borchold. cap. 7. num. 9. Schrad.*

*p.7.c.6.n.*1. *Hartm. Hartm. de feud. obs.*16. *& seq.* quod pro regula ponit *Mozz. de natur. feud. num.* 103. firmam concluſionem & regulam dicit *Schneid.p.6.de succeſſ. ascend.*

LXXXIIX.

Excipimus tamen caſus aliquot, quibus & his feuda deferuntur. Primus eſt ſi pacto expreſſo in inveſtitura mortuo filio ſucceſſio feudi patri ſit permiſſa *c. unic. patr. in feud. fil.* 2. F. 84. Cum enim hoc interveniente pacto quilibet extraneus ad ſucceſſionem feudi admittatur, *c.un.de feud.non hab.*2.F.48. multo magis id in parente obtinebit *Curt. jun. parv 3.de feud.*

LXXXIX.

Secundus eſt ſi ſtatutum vel conſuetudo loci aſcendentes ad ſucceſſionem liberorum in feudis vocet. Licet ejusmodi conſuetudo inter feudales noſtras non reperiatur, cum conſuetudines omnes nec breviter dici, nec libello iſto comprehendi potuerint. *c. un.* 2. F. 1. Nam quod pacto fit, idem & ſtatuto fieri poteſt *arg. l.* 28. *verſic invenimus etenim & ibid. Dd. C.de fidejuſſor. Mudæus ad § quædam n.*16.*Inſt.de Act.*

90. Ter-

XC.

Tertius est quando filius respectu patris, & ob benemerita ipsius fuit investitus, tunc quoque filio decedente sine herede masculo, pater in feudo succedit. *Alvarott. in c. un. & ibid. Matth. de Afflict. num. 2. de natur. succes. feud. part. 2. partit. princ. 3. num. 44. arg. l. dotem quam dedit 6. ff. de collat. bon. l. fin. C. de usufr. l. sed si plures* 10. §. *arrogato & ibi Br. Alex. & Jason. ff. de vulg. & pup. substit.* meritorum quippe ratione multa permittuntur, quæ alias vix permitterentur, ut tradit prolixè *Tiraq. in l. unquam. super verbo donatione largitus. num.* 11. *& seq. C. de revocand. donat.*

XCI.

Quartus est quando pater feudum filii nomine refutavit, ut de eo filius investiretur: tum enim si vivo patre filius sine liberis est mortuus, Feudum ad patrem revertitur. *Jacob. de Ardizon. in Epitom. de feud. c. 237. de succes. feud. §. ascendentes.* Atque ita in supremo judicio imperii aliquando in facti contingentia determinatum fuisse testatur Mynsing. *cent. 3 obs. 93.*

XCII.

Licet autem ascendentes in linea recta in feudis regulariter non succedant, aliud tamen observatur in ascendentibus per lineam transversam & collateralibus, nam hi in feudis antiquis transversaliter ad successionem admittuntur. Veluti si vasallus non reliquit descendentes, neque collaterales descendentium sed collaterales ascendentium, ut patruum, vel patruum magnum, hi à feudi successione non excluduntur *per text. in c. unic in fin. Constit. feud. Domini Loth. Imp. 1. F. 19. & ibidem Baldus num. 2. Laudens. num. 7. Alvarot. num. 1. And de Isern num. 2. & 4. Borchold. cap. 7. num 95. Hotom. de feud. obs. 16. num. 5. Rittersh. in partit. feud. c. 12. q. 9.*

XCIII.

Huic jam ordini tertius qui collateralium est succedit, illorum verò alii dicuntur agnati, qui scilicet per virilis, alii cognati qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur. §. *sunt autem Instit. de legit. agnat. rubr. & §. qua part. 1. Instit. de succes. cognat. rubr. tit. de legit. agnat. succes. &* N. 118. *c. si igitur 2. versic. reliquum est.* Et hi sane licet

de

dè jure civili pariter ad successionem admittantur. *l. pen. C. de legit. hered. & N. 118. cap. 4.* de jure tamen feudali cognati plane excluduntur, soliqué agnati succedunt §. *hoc autem 3. de succes. feud. c. un. vers. ad filias, vers. ad cognatos de succes. fratr.* 2. F. 11. nisi fortassis ejusmodi sit feudum vel eo pacto acquisitum. *d. c. unic.* 2. F. 11.

XCIV.

Cur autem à feudi successione removeantur cognati, rationem hanc interpretes esse contendunt, (1.) ut familiæ conserventur, quæ propagantur per agnatos, non etiam per cognatos. (2.) cum cognati descendant à fœminis, quæ à feudi successione regulariter excluduntur, non possunt & ipsi admitti, cum absurdum sit, plus juris habere successorem, quàm habuit ejus antecessor, & nemo plus commodi relinquere, possit heredi, quam ipse habuit. *l. 54. l. 120. l. 160. §. ult. l. 175. §. 1. de R. J.*

XCV.

Unde etiam fit ut frater uterinus, cum concurrentibus pluribus fratribus,

bus, per matrem modo jungatur, atque ita cognationis saltem non verò agnationis jura prætendere possit. *l. JCtus* 10. §. *secundo gradu* 13 *ff. de grad.* in feudo succedere nequeat. *Alvarott. in* §. 1. *de succes. feud.* 2. F. 8. Consanguineus verò cum per patrem junctus, agnationis jus habeat, à Germanis excludi nequit, sed una cum illis succedit. Nec refert hic quod *auth. cessante* C. *de legit. hered.* germanos omninò ex uno tantum parentum junctos excludat; Etenim cum, ut in thes. præced. dictum est in feudorum successionibus jus solummodo agnationis spectetur, consanguineus verò frater æquè fratrem suum defunctum, aliosque agnatos, jure agnationis attingat, atque utrinq; conjunctus *d. l.* 10 §. *cognationis* 6. *ff. de grad.* ratio ipsa hunc admitti debere dictitat; quod ipsum quoque Saxon. moribus servari patet. *ex gl. latin. ad text. German. Landtr. lib.* 2. *art.* 1. *lit. a. vers. quod scias. Schneidvv. de feud. p.* 6. *princ. partit.* 2. *c.* 4. *num.* 7.

XCVI.

In aliis porro quæ in collateralium successione observanda veniunt, jus feu-

feudale novi sibi nihil constituit, sed successionem rerum allodialium sequitur *arg. c. unic. vers. legum.* 2. F. 1. Unde si defunctus quis fratrem vivum, & alterius fratris demortui filios relinquit, hi propter jus repræsentationis simul, in stirpes tamen, succedunt. *c. un. in pr. de succes. feud.* 1. F. 8. *c. un. §. si capitanei. de feud. March.* 1. F. 14. *c. un. vers. hu vero deficientibus de succes. fratr.* 2. F. 11. Et hoc jus repręsentationis de jure Saxon. utut in allodialibus locum non habeat quippe in quibus defuncti frater ut proximior, fratris prædefuncti liberos excludit. Landtr *lib.* 17 *art.* 17. *vers.* Wenn sich aber ein Erbe verschwestert / in feudis tamen servari certum est. *arg. c.* 32. Leehent. *ubi gl. Coler. p.* 1. *decis.* 48. *num.* 4. *Constit. Electoral.* 29. *p.* 3. *ubi Moller. n.* 1. *& seqq.*

XCVII.

Fratrum vero liberi inter se modo si concurrunt, in capita, seu viriles portiones succedunt, *secundum l.* 14. §. *in his igitur* 1. *l. fin. cum autem* 3. *vers. illud etiam observando. C. de legitim. hered.* § *hoc etiam* 4. *Instit. de legitim. agn. succes.* Novell. *Imp. Carol. V. in Comit. Spirens. Anno* 1529. *edit.*

edit. tit. Keyſerliche *Conſtitution* vnd Satzung/ wie Brüder oder Schweſter Kinder/ jhres Vetters Bruders oder Schweſter *&c. Schrad. p. 7. c. 7. n. 16.* quod in Saxonia ſemper fuit indubitatū. Landtr. *lib. 1. art. 17 ib.* Wenn ſich ein Erbe. *Zobel p. 3. diff. 17. n. 17. & ſeq. Col. deciſ. 51.* hanc tamen ſuccedendi rationem de jure Saxonico, ſimultaneam omnino requirere inveſtituram tradit Fachſius & in Dicaſteriis ita pronunciari Weſenb. notat.

XCIIX.

Hiſce prædictis perſonis deficientibus, proximi quique agnati, ſecundum gradus ſui prærogativam vocantur, *c. un. de natur. ſucceſſ. 2. F. 50. c. un verſ. his verò, ibi deinde agnati. de ſucceſſ. fratr 2. F. 11.* niſi fortè una linea alteri prælata & plures collectivo vocabulo vocati ſint *arg. c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20. de quo copioſè tractat. Hartm. Piſt. L. 2. q. 22. n. 13. & ſeqq. & p. 3. q. 23. per tot.* Qui tamen antiquitus quidē, ad quartum, usque, gradum tantum, §. *hoc quoq;* 1. 1. F. 8. poſtea ad ſeptimū uſq; *d. §. 1. & §. 4. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1.* ſuccedere potuerunt. Hodiè vero in infinitum *d. §. 4. 1. F. 52. c. un. 2. F. 60. & c. un. ſi vaſſus feudo privetur. 2. F. 31.* quæ opi-

nio

mio in Camerâ quoque Imperiali ſervatur. *Mynſing. cent.* 2. *obſ.* 95. *Gail* 2. *obſ.* 150. & in terris Saxoniæ. *Weſenb. ad* § 1. *Inſt. de ſucceſſ. cognat. Hartm. Piſt. d part.* 2. *qu.* 19. *n.* 26. & 39. *Zobel. part* 3. *differ.* 19. *n.* 12.

XCIX.

Graduum computatio.

Cum autem ſupputatio graduum cognationis, alia ſit ſecundum Cæſareum jus, alia verò ſecundum jus Pontificiũ, hæque ab invicem plurimum differant; quæritur hîc non ſine cauſa; utra ſupputatio in jure feudali obſervari debeat, quæ quæſtio etſi multis multorum interpretum opinionibus, in utramque partem quaſi fluctibus agitetur; cæteris tamen prævalere & textuum autoritate, & rationum pondere, exiſtimamus illorum ſententiam, qui civilem potius quam Canonicam obſervari debere contendunt, per expreſſum juris feudalis textum *in c.* 1. *in fin. an ille qui interf. fratr. Dom. ſui.* 2. F. 37. *c. un.* §. 1. *de ſucceſſ. feud.* 1. F. 8. *collat. cum.* §. *hoc quoque ſciendum lib.* 1. *tit.* 1. Ubi patrueles in quarto gradu conſtituuntur; quod non de alio quam juris civilis gradu intelligi poteſt. *Vult. c.* 9. *n.* 236. *Roſenth.*

c.7. concl.57. Duaren. c.11. n.14. Niell. disp. feud.5.th.1. Et hæc sententia in Camera Imperial.præjudiciis probata, ideoque recepta est *teste Rosenth. d.c.7. concl.57. n. 9. Cothm. cons. 28. n.331.vol.1. Hartm. Pist. lib.3.q.23. n.25.*

C.

Succeff. Collat.in Feud.nov.

Hæc tamen hactenus de successione Collateralium dicta, in feudo quidem paterno sive antiquo verissima esse patet *ex d.c.un. de natur. succeff.2.F.50. Myns sing. ad §. fin.n.6. Inst.de succeff. cognat.* In feudo verò novo non procedere inde liquet, quod in hoc nulla planè collateralium sit successio, sed vasallo sine masculo decedente, feudum, eo etiam casu, quando fratres aliive agnati, id una, vel duabus investituris simul acceperunt, simulq; habitant (quanquam habitationis communio, fructuum communionem induçat,) ad Dominum revertitur §. *cum verò 2. de his qui feud. dar. §. filia 2. de succeff. feud. 1.F.8. c.unic. de fratr. de nov. benef.2.F.12 c.unic. de benef. fratr.1.* F.20. Cum novum feudum acquirens, sibi & suis heredibus prospicere voluisse censeatur. *c.1. de duob fratr. à c.invest.2.* F.18. inter quos collaterales non numerantur. §. *sui autē Inst. de hered.qual.& diff.*

Et

Et hoc jure Saxonico magis obtinet, quippe quo jure nulla collateralium successio, etiam in feudo antiquo cognita est, sed simultanea investitura, Gesampte Hand in hujusmodi successione quilibet opus habet. *arg. Lehnr. cap. 6. c. 21. in fin. & cap. 32. Zobel. p. 3. different. 19. num. 4. & 13. Matth. Coler. Decis. 52. num. 2. & seqq. Hartman. Pist. Lib. 2. quæst. 19. num. 26. & seqq.*

CI.

Prædicta tamen inter feudum novum & antiquum differentia non procedit, si vel (1) expressim in investitura dictum vel pactum sit, ut collaterales etiam proximi succedant. *d. §. filia. 2. de succes. feud. 1. F. 8. §. fin. de feud. March. 1. F. 14. c. un. de benef. fratr. 1. F. 20. c. un. de fratr. de nov. benef. 2. F. 12.* vel (2) omnium fratrum pecunia, sciente Domino emptum sit. *d. c. un. de benefic. fratr. 1. F. 20.* vel (3) simul illud in militia acquisierint. *d. c. un. in fin. 1. F. 20.* & hisce casibus illos admitti posse & debere, *per dd. cc.* liquet

CII.

Feuda tamen illa quæ omnem successionem respuunt, hactenus posita non admittunt, cujusmodi sunt Guardiæ, Castaldiæ, Cameræ, Cavenæ, Soldatæ,

& alia feuda personalia, quibus saltem ususfruct. ad vitam Vasalli, vel tempus certò præfinitum transfertur. *c. un. de feud. Guard. 1. F. 2. Zas. p. ult. de feud. n. 3. 30. & 38.*

CIII.

4. Ordo Conjugum.

Sequitur jam quartus ordo, conjugum scilicet, qui in feudis regulariter nullam meretur successionem, tam de jure communi, *c. unic. in fin. de investit. quam Tit. 2. F. 13. Schneid. p. 6. Feud. in fin. n. 1. 2. & seqq. c. un. in princ. an mar. succed. ux. 1. F. 15. Schrad. p. 7. c. 7. num. 24. Sonsbec. p. 9. num. 166. Hartm. Hartm. tit. de feud. obs. 16. n. 13. t. de succes. quam Saxonico. Berlich. p. 3. concl. pract. 27. n. 35.*

CIV.

Adeò, ut licet alias ex statuto, mortua uxore vel viro sine liberis, vir lucretur dotem, aut uxor certam partem ex bonis mariti, illa tamen ex feudo non debeantur. *Bl. & Laudens. in c. un. an marit. suc. Ux. 1. F. 15. Sonsb. d. n. 166. Schneidw. p. 6. in f. n. 3. Schrad. d. n. 24.*

CV.

Succedunt tamen sibi invicem in feudo cōjuges, si specialiter de illo feudo, de cujus successione quæritur, investiti fuerint,

rint, d. c. un. in pr. ibi nisi specialiter investiti fuerint, & ibi Dd. an marit. succ. Ux. 1. F. 15. c. un. §. jugales. cas. quib. fæm. in feud. succed. 4. F. 104. Schneid. d. p. 6. in fin. num. 6. Hartm. Hartm. d. obs. 16. n. 14. h. e. Si quilibet ex illis de toto & tanquam de proprio & recto feudo investitus est, **wenn jhn durch den Herrn ein recht Lehn daran geliehen oder Gedinge.** *ut Saxo ait. cap. 55.* **Lehnr. v. Stirbet aber &c.** *Schneidvv. d. n. 6.*

CVI.

Deinde succedunt si feudum sit ejus qualitatis, ut etiam quilibet extraneus admittatur: vel si feudum à primo acquirente quæsitum, pro se & heredibus quibuscunq; *per l. 1. & Auth. C. unde vir & ux. Schrad. d. p. 7. c. 7. n. 24. Niell. Disp. feud. 6. thes. 3. lit. F.*

CVII.

Tertio succedunt, si speciali pacto successio utriusque conjugis in literis investituræ expressa est. *Schneidvv. d. n. 6.* Quo pacto Comitatum Catzenelnbogen per Henricum Hassiæ Landgravium ab Episcopo Herbipolensi invito socero de eo cum uxore ita investitum, ad Landgravios Hassiæ translatum esse,

post

post Duaren. cap. 9. de feud. num. 19. tradit Rittershus. p. 1. cap. 16. quæst. 20.

CVIII.

Quartò succedunt, si æqualiter investiti sint conjuges de feudo, ita tamen, ut scindatur feudum, & dimidiam saltem partem superstes retineat. *d. cap. 1. de invest. fact. marit. 2. F. 85. & §. jugales. 2. v. in cæteris. t. Casus quib. fœmin. in feud. succed. 2. F. 104.*

CIX.

Extra hos casus nullo in feudis successionis jure gaudet maritus, quamvis de feudo uxoris, ut dotali vel re paraphernali investitus sit: vel pro uxore fidelitatis juramentum domino præstiterit: vel uxori in prædio aliquo dotalitium constitutum ejusdemq; maritus particeps factus sit, uti fieri solet: **Hie müssen mit den Weibern angreiffen/wann ihnen Leibgeding auff Lehen bewilliget wird von dem Herrn.** *Zobel. part. 2. differ. 27* Id enim pro integrandâ saltem uxoris persona fit, quæ feudi capax non est, & alias morib. nostris peculiari substituto opus haberet, **Sie muß einen Lehenträger haben.** Maritus autem hisce casibus bonorum feudalium legitimus administrator est,

est, & fructus feudi vel fundi dotalis pro oneribus & servitiis quæ ferre cogitur, lucratur: quæ omnia plenius explicantur jure feudali Saxonico *cap.* 56. & 76. *per tot. ubi Gloss. & Zobel. in addit. ut & d. differ.* 27. *n.* 1. & 7.

CX.

Succesßio & commoda Uxor. de jur. Saxon.

Uxor tamen vasalli jure Saxonico meliori jure in successione feudi fruitur. Namque I. Dotalitium, **das Leibgedinge**/ ipsi constituendum est, quo consequitur, usumfructum vel totius alicujus prædii feudalis, vel certorum proventuum, Domini, & si illi proventus usitatum modum excedere debent, agnatorum quoque consensu constitutum. **Lehenrecht** *cap.* 31. *in pr. & cap.* 2. *p.* **Kommet aber. Landr.** *Lib.* 1. *art.* 2. *& ib. Gloss. num.* 2. *& Gloss.* **Lehenrecht** *d. cap.* 31. *n.* 2. *junct. Gloss.* **Weichb.** *art.* 22. *num.* 21. **Notschitz** *in tr. de dotalit. art.* 1. *n.* 19. Quis verò usitatus proventuum modus sit, & quæ præterea huc pertinent, videatur ultra prædict. *in Const. Elect.* 42. 43. & 44. *part.* 2. *ibidemque Dan. Moller. & Reinh. Rosam. Schneidvv. ad t. Inst. de heredit. quæ ab intest. Rubr. de succes. int. vir & ux. n.* 43.

Coler.

*Coler.decis.*60. *& Matth.Berlich. p.*2. *concl.* 50. *&* 52.

CXI.

II. Consequitur uxor ex feudo sponsalitiam largitatem, die Morgengabe/ quæ consistit in omnis generis pecudibus fœmellis, sepibus & carpentatis ædificiis, das Feldgänge Weibliche Vieh/ Zeune vnd Zimmer. **Landr.** *Lib.*1.*art.*24. *ubi Gloss. vide* Rotschitz *in tract. de dotalitio art.*17. *& ib.* Jac. Schultes *in addit. Coler. decis.*60. *Schneidvv. d.loc. n.*41. *Berlich. p.*3. *concl.*28. *n.*80. *& seqq.*

CXII.

III. Lucratur ex feudo Commessibilia, Mußtheil/quæ sunt cibaria domestica, in omnibus prædiis tempore mortis mariti reperta, quorum partem dimidiam post tricesimum superstitem uxor percipit, Landrecht *Lib.*1. *art.* 22. §. Nach diesem. *Adde Constit.Elect.*34.35.36. *part.*3. Rotschitz *d. tr. art.*18. *& seq. Coler. d. decis. num.*65. *& seqq.*

CXIII.

IV. Utensilia seu Geradam, & quidem plenam, die volle Gerade. Landrecht *Lib.*1. *art.*24. *Schneidvv.d.loc.num.*40. Quæ autem

autem ad plenam Geradam pertineant videre est *apud* Rotschitz *in tract.* Von der Gerade. *& ibid. Schneidvv. art.* 11. *&* 2. *seqq. Coler. d. decis.* 60. *num.* 3. *& seqq. & num.* 57. *Hartm. Pist. Lib.* 1. *quæst.* 31. *& seqq. Berlich. part.* 3. *concl.* 28. *Andr.* Goldtbeck *de Jure Gerad. cap.* 4.

CXIV.

De his verò utensilibus nil nisi lectum ad res expeditorias sive culcitram militarem den Heerpühl dare tenetur uxor proximo maritî defuncti agnato. Landrecht *d. L.* 1. *art.* 22. Weichb. *art.* 25. *Andr.* Goldtbeck *d. tr. cap.* 5. *Rubr. de speciebus quas uxor. &c. num.* 1. *& seqq.*

CXV.

Sed hæc omnia locum non obtinent, si statuto, consuetudine, pactis dotalibus vel testamento ab uxore approbato aliquid ex his mutatū sit & aliter dispositum. *Gloss.* Landr. *Lib.* 1. *art.* 24. *num.* 4. *vers.* Diß ist gesagt. *Constit. Elect.* 37. *part.* 3. *ubi Dan. Moller. Berlich. part.* 3. *concl.* 50. *num.* 1. *& seqq.*

CXVI.

Quinti denique ordinis, Fisci nimirum successio, in feudis cognita non est, *Sonsbec. part.* 9. *de feud. num.* 116. *Vult.* 1. F. 4. *num.* 123. §. Ordo Fisci.

num. 123. nisi quis fortè eò referre velit caducitatis casum, quando Vasallus absque agnato decedens, vel culpam committens, feudum ad Dominum transfert: de quo infra de feudi amissione: vel Res expeditorias vasalli sine agnatis mortui das Heergeräthte: id enim Dominus, ad quem feudum revertitur, ante fiscum occupat, & quando defunctus varia habuit feuda, tum quilibet Dominus eas, quas in feudo suo ostendit lucratur, quod sic practicari scribit *Gloss. Lat. ad text. Germ. L. 1. Landr. art.* 28. *lit. B. in med. & Coler. decis.* 72. *in fin.*

CXVII.

Præterea jus accrescendi an & quomodo tam in feudo antiquo quam novo locum habeat videre licet apud Schrad. *in d. tr. Feud. p.* 7. *c.* 1. *n.* 11. *& seqq.* Rosenthal. *d. l. c.* 6. *concl.* 73. 74. 75 *&* 76. Vultej. *d. cap.* 9. *num.* 244. Thom. Lindem. *exercit. feud.* 2. *cap.* 5. *th. ult.*

FINIS.

Collegii Feudalis publici

Disputatio VII.

De
Feudi Conſervatione.

Respondente

Johanne VVolfgango Pfeil/ Gundelfingâ-Briſgaudio.

Thesis I.

ACtum eſt in præcedente diſputatione de Feudi *Acquiſitione;* ſequitur ut juſto ordine de Ejus *Cõſervatione,* agamus. Omnis enim tractatio juſtum deſiderat ordinem, ſine quo mera ingeritur obſcuritas. *arg. l. 1. in pr. ff. ſi tab. teſt. null.* in quo tamen genere, præſertim Juris Feudalis Scriptores, multùm videntur peccaſſe, dum utiles quidem, commentabilesq;, minùs tamen ordinatas compilationes nobis reliquerunt. *Claud. Seyſſel. in Præfat.*

spec. feud. Post *Acquisitionem* autem meritò de *Conservatione* sollicitos nos esse ordo postulat, cùm totum Jus aut in acquirendo, aut in conservando aut in minuendo consistat: & aut hoc agatur, quemadmodum quid cujusq; fiat; aut quemadmodum quis rem vel jus suum conservet, aut verò amittat & alienet, *ut inquit Ulp. in L. ult. ff. de LL.*

II.

Illā autem Conservatio potissimùm fit dupliciter: per Feudi recognitionem, seu Investiturae renovationem: Deinde per servitiorum praestationem: quibus tertium, Possessionis nimirum retentionem, adjicimus.

III.

Renovatio Investiturae fit, quando mutatâ Domini vel Vasalli personâ feudum recognoscitur: eaq; omninò petenda. *c.* 1. §. *praeterea si quis. De prob. feud. al. per Frid.* 2. F. 55. *c.* 1. *De prob. feud. al. per Loth.* 2. F. 52, atque adeo necessaria, ut etiam nonnulli eam de feudi substantia esse tradiderint *Zas. p.* 1. *de feud. num.* 8. *Mozz. de subst. feud. n.* 3. In feudo enim est praestanda fidelitas, i. e. juramentum fidelitatis. *c. un.* 2. F. 4. quod quia personale est, perso-

nam

nam defuncti non egreditur: ab herede igitur Vasalli de novo præstandum. Hinc addi solet in literis Investiturarum hæc clausula: Vnd sol dem Lehen/ so offt sie zu fall kommen / rechte folge thun. *Hattiser. in anal. juris feud. cap. 9.*

IV.

Illam jure communi feudali petit Vasallus, qui tempore mortis Domini in reali possessione feudi est: *pr. tit. quo temp. mil. investit, pet. 1. F. 22. pr. tit. quæ fuit prim. caus. 2. F. 24. pr. tit. de capit. Conrad. 2. F. 40. §. fin. de prohib. feud. al. per Loth. 2. F. 52. Hart. Pist. lib. 20. q. 20. num. 31.*

V.

Jure Sax. præterea & is, qui simultaneam investituram habet, cum etiam is sit Vasallus. *c. 1. in pr. vers. Præterea si quis in feudat. De proh. feud. al. per Frid. 2. F. 55. Constit. Elect. 45. part. 2. Zang. par. 3. de Except. cap. 26. num. 252. & num. 327. cum seq.* Neque verò in Electoratu saltem, sed & alibi in Saxonia renovatio hæc necessaria est, **Muß die Lehen miethen/ vñ vmb der gesambten Handbelehnung wider ansuchen/ oder der gesambten Hand folge thun:**

thun: id quod per textum **Lehenrecht** *cap.* 32. *in verb.* **Es ſey dann das einem /** *&c.* jam pridem reſpondendo confirmarunt *Schurff. cent.* 1. *conſ.* 16. *Mod. Piſt. vol.* 2. *conſ.* 40. *q.* 1. *n.* 19. *Pruckm. vol.* 1. *conſ.* 39. *num.* 122. *Köppen. deciſ.* 47. *n.* 5. *& ſeqq. quo & Hartm. Piſt. inclinat lib.* 2. *q.* 20. *n.* 32. *& ſeq. & Francofurtenſes ſub q.* 27. *n.* 10. & de generali Saxoniæ conſuetudine jam olim teſtatus eſt *Reinhard. p.* 3. *differ.* 27. Idque hodiè conſtitutione Electoris Saxoniæ, qui interpres eſt Juris Saxonici, cùm clarè deciſum ſit, omni caret dubio.

VI.

Nec facit in contrarium *textus cap.* 5. **Lehenr.** *in pr.* is enim de expectativa, **vom Geding/** nec de ſimultanea inveſtitura, **geſambten Hand /** loquitur: quæ multis modis differre monſtrat *Hartm. Piſt. d. quæſt.* 20. *n.* 2. *n.* 10. *circa fin. & paſſ. & quæſt.* 31. *per tot.* Expectativæ enim renovationem, niſi poſſeſſor mortuus fuerit, expeditum eſt *d. c.* 5. **Lehenrecht.** ubi ratio additur, & *cap.* 57. *in pr. d. Conſtit. Elect.* 45. §. **So viel aber.** *Hartm. Piſt. d. quæſt.* 31. *per tot.*

VII.

VII.

Quod si Vasallus decedat pluribus relictis hæredibus, omnes & singuli investituram petere debent, sive feudum divisis inter se partibus possideant, sive pro indiviso. *c.* 1. §. 1. *& præterea. de prob. feud. ai. per Frid.* 2.F.55. §. 4. *v. omnes filii. & de feud. def. content.* 2.F.26. *V Vesenb. cap.* 8. *num.*20. Nec obstat, quod plures heredes unius defuncti vasalli personam sustineant, ut volunt *Alv. & Schenck Baro in d.* §. *omnes filii. unus. c.*1. *si plures sint Domini.* 2.F.77. Eo enim ipso, quod heredes partes suas feudi possident, censentur esse Vasalli: meritò igitur pro iisdem partibus Domino Juramentum fidelitatis præstare compellentur. *d.* §. *omnes filii Zas. p. 7. n.* 10. *Schneidvv. p.*1. *n.*10. *Schrad. p.* 6. *c.*1. *n.* 6. Hinc sequitur, quod si unus ex hæredibus pro sua parte investituram petat, & ad præstationem se offerat, Dominus jure eum repellere non possit, dum usque etiam reliqui coheredes veniant, *Hartm. Pist. q.* 47. *num.*14. *Vult. lib.*1. *feud. cap. 7. n.*92.

VIII.

Jure Sax. in arbitrio Domini est, an uni, an verò omnibus Vasalli liberis, &

si puberes sint, cui ex illis conferre feudum paternum velit: Impuberes verò ipsi unum eligunt; quod si Dominus hoc casu eligit, reliquis non præjudicat. **Lehenr. c. 29. v. Der Herr. & v. Sinnet aber.** Id verò non, nisi quoad fidelitatis & servitiorum præstationem obtinere debet. Mortuo enim illo reliqui nihilominus succedunt. *Zob. ibid. in pr. & lit. C.* & per unum saltem de feudo communi investituræ renovationem petunt, servitiaq; præstant: **Lehenrecht** *cap.* 12. *in fin.* Sed hodiè id omne non in Domini, sed Vasalli heredum arbitrio est, adeoque totus hic articulus consuetudine abrogatus, & ad jus commune reditum.

IX.

Possunt enim jure communi plures Vasalli eo casu, quo feudum ab omnibus possidetur, per Procuratorem omnium nomine ad hoc constitutum, & investituræ renovationem petere, & juramentum fidelitatis exhibere. *c.* 1. §. *fin. Per quos fiat investit.* 2. F. 3. *Const.* 1. §. *nomina. de Pac. Constant. Zas. p.* 7. *num.* 20. *Vultej. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 32. quod tamen hactenus verum crediderim, nisi Dominus ipsam desideret Vasalli præsentiam, quo casu Vasallus

lus ipse comparere, & fidelitatem personaliter jurare tenetur. *post Hartm. Pist. Mozz. Schrad. & alios. Vult. d. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 32. *in fin.* Illud quoq; verum, & notoria Germanis consuetudine confirmatum est, Civitatis vel universitatis nomine rectè à Syndico præstari hoc juramentum. *Hartm. Hartm. lib.* 2. *pract. obs. tit.* 51. *obs.* 35. *Bernh. V. Vurmser de feud. obs.* 27. *Sonsbec. p.* m. *n.* 15.

XI.

Hoc tamen notandum est, quod Procurator, qui in animam Vasalli juramentum fidelitatis præstandum suscipit, ad eum actum mandatum speciale habere & exhibere debeat. *Zas. p.* 7. *n.* 20. *Hartm. Rist. q.* 47. *n.* 58. *Geil.* 1. *obs.* 83. *in fin. qui quotidianam hoc asserit.*

XII.

Illud extra controversiam est, quod unus heredum, ad quem feudum ex divisione pervenit, solus investituram petat, fidelitatem juret, obsequiaq; & servitia præstet, *per text. in d.* §. *Omnes filii. si de feud. cont. sit. Concordat l. si plures heredes. in pr. ff. de vi & vi arm. V. Vesenb. cap.* &

n.9. Borch. c.7. n.33. Rosenth. c.6. conclus.26. Schenck Baro ad d. §. omnes filii n.3.

XII.

Jure Saxon. aliter dispositum est, nimirum ut divisione feudi facta non novus possessor saltem, sed omnes, qui jus conjunctæ manus habent, illius renovationem petere teneantur. *per text. expres. in Const. Elect. 45. p. 2. §. Gleicher gestalt. & ibi Dan. Moller. n. 6. & seq. Hartm. Pist. lib. 2. q. 20. n. 33. & seqq.*

XIII.

Idem obtinet, si per venditionem possessor mutetur, quamvis non extraneus, sed agnatus & antea investitus sit: nam & tunc tàm is, quàm reliqui agnati, qui consenserunt, ad renovationem hanc astringuntur jure Saxon. *d. Constit. 45. §. Wann dann jemands. Hartm. Pist. d. loc. n. 23.* Jure vero communi sufficit, si Emptor renovationem investituræ petat, & demonstret. *Curt. p. 4. de feud. n. 149.*

XIV.

Tunc quoq; petenda est jure Sax. investituræ renovatio, cum feudi qualitas ita mutatur, ut ex antiquo novum fiat: quod accidit, ubi patre & filiis cōsentiētibus Dominus filios in vitâ patris de eo ipso

ipso feudo, tanquam de novo investie vit: quam qualitatem demum à morte patris consequitur. Lehent. *cap.* 35. *in pr.* vel si pater in favorem & gratiam filii feudum refutaverit uni ex filiis, cui hoc assignare voluit. Lehent. *c.* 37. *in pr.* nam hujusmodi mutationem consentientibus omnibus, quorum interest etiam jure communi fieri posse post alios docet *Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 8. *n.* 7.

XV.

Hæc omnia procedunt, ubi novus vasallus major est & sui Juris. Quod si vero minor sit, fidelitatem facere non cogatur, inquit textus *in v. si minori. tit. si de feud. defunct. content. sit.* 2. F. 26 sed minor ibi dicitur, non qui ætatis annum nondum complevit vigesimum quintum, sed decimum quartum, uti colligere licet ex § *seq. si quis decesserit.* & clarius explicat *c. Imperialem in pr. v. praterea si quis in feudatus. de prob. feud. al. per Frid.* 2. F. 55. idque procul dubio ex jure Sax. descendit, quo in materia feudali major dicitur, qui complevit annos ætatis tredecim cum sex septimanis, & sic attigit propè decimum quartū. Lehent. *cap.* 26 *in pr.* & *v.* Niemand kan: quemad-

modum consuetudo ut plurimum istius anni completionem admittit, & tunc vocatur Lehenmündig: qui hanc renovationem sub pœna privationis feudi præstare debet *dd. textib. & Weichb. art. 26. Schrad. p. 6. de feud. c. 2. n. 28. Rosenth. c. 6. concl. 40. n. 1.* Nisi restitutionis in integrũ auxilio juvetur. *Curt. p. 4. de feud. n. 46. Jul. Clar. in §. feudum q. 49. n. 5. Rosenth. d. l. n. 4. Schneid p. 5. de feud. n. 30. Vult. lib. 1. c. 7. num. 66.*

XVI.

Impubes jure communi à feudi renovatione, & fidelitatis jurejurando excusatur, adeò ut nec is, nec alius id facere teneatur *d. v. si minori & seq. 2. F. 26. de pr. v. præterea 2. F. 55.* Jure Sax. verò tutor pro pupillo ad feudi renovationem, & juramenti præstationem dilationem usq; ad tempus pubertatis petere obstrictus est, müssen indult suchen/ quæ etiam ipsis concedi solet: Wird denen Vormünder dem Gebrauch nach ein Bekendtniß oder Miethzettel zugestellet / daß die empfahung der Lehen jhren Mündlein ohngefährlichen seyn sol / biß sie jhre mündige Jahr erreichen / *Schneidvv. p. 3. de feud. num. 101.* Atque hoc in Curiis

Sax.

Sax. & Branden. quòtidiano usu ita observatur.

XVII.

Quod si Dominus impuberem, pubertati proximum, ultrò admittere velit ad hanc feudi renovationem, ipsi utique erit integrum: *uti per text. in l. qui jurasse 26. ff. de jurej. & alios probat Schneid. d. num.* 101. *Zas. p.* 5. *n.* 66. *Vult. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 64. quemadmodum & si tutor pupilli nomine ad jurejurandum istud se offerat *l.* 1. §. *sufficit.* 2 *ff. de adm. tut. Vult. d. loc. n.* 34.

XIIX.

Illud hoc loco silentio involvendum non est, quod circa tutelam vasalli Impuberis olim istud specialiter jure Sax. cautum sit, ut Dominus ipsius esset tutor legitimus, qui omnes ex illius feudo fructus lucrabatur. Lehenr. *c.* 26. *in pr. v.* der Herr sol auch: Quemadmodum adhuc hodiè in Bohemia tutor quivis id, quod ultra pupilli alimenta ex fructibus bonorum ipsius supereſt, acquirit. Sed jus istud Sax. immutatum hodiè est, & jus commune in usum revocatum, *Zobel. ad cap.* 26. *lit. H. & part.* 2. *differ.* 12. *num.* 2. & 8. adeò, ut si vel maximè Dominus tutor sit, non minus

tamen

tamen atque alius rationes reddere teneatur, quomodo in causa Nobilis cujusdam G. A. à W. Contra ejus tutorem & Dominum feudi Comitem C. à G. anno 1561. responsum fuisse testatur. *Matth. Coler. p. 2. de process. execut. cap. 3. num. 306.*

XIX.

Petitur autem renovatio ista à Domino feudi, si ex persona vasalli mutatio facta sit *pr. t. Quæ fait prim. caus. 2. F. 24. & pr. t. de Capit. Corrad. 2 F. 40.* quam is nemini, ne plebeio quidem, si semel in vasallum receptus sit, denegare debet. Lehenr. c. 2. v. welcher man. & c. 23. v. wenn aber ein Herr. *adde Const. Elect. 45. §.* gleicher gestalt. *in fin. ib.* die jhnen auch ohn weigerlich *p. 2. Hartm. Pist. lib. 2. quæst. 20. num. 34.*

XX.

Si vero in persona Domini mutatio præcesserit, ab ejus herede aut successore omninò petenda est. *pr. t. Quo temp. mil. invest. pet. in verb. à filio vel successore Domini. 1. F. 22. pr. tit. quæ fuit prim. caus. 2. F. 24 d. pr. de Capit. Corrad. 2. F. 40.* Hinc est, quod jure Sax. si Dominus inter medius superiori feudum refutaverit, vasallus

fallus novum suum Dominum adire debeat intra tempus consuetum. Lehent. *c.* 48. *in pr. & c.* 14. *v.* Möchte aber *&c.* modo is priori æqualis sit: aliàs enim si dignitate inferior sit, antecessori vel patri suo nō legitimus, feudum ab illo recognoscere nō tenetur Lehent. *c.* 20. *v.* wo aber ein Sohn *&c. vid.* Lehent. *c.* 25 *in pr.*

XXI.

Atque hoc, si unus tantùm sit hæres vel Dominus, expeditum satis est: si verò plures sint defuncto Domino hæredes, aliud atque aliud observatur. Alii renovationem investituræ petendam ab omnibus, omnibusque fidelitatem præstandam asserunt *Sonsbec. p.* 11. *n.* 16. *Wes. c.* 8. *n.* 22. & 26. *Jas. in L. de pupillo* 5. §. *si plurium* 6. *ff. de op. nov. nunc. Zas. p.* 7. *num.* 12. Alii aliter, & unum tantùm heredum recognoscendum sentiunt *gl. in d.* §. *omnes filii* 2. F. 26. eamque secuti *ibid. Bald. Isern. & Jacob de Belvis. Baro Schenck. n.* 8. *Hart Pist. q.* 47. *num.* 22. & 23. Utraq; sententia licet sua habeat insignia. Nulli tamen nos applaudimus; sed rem ita temperamus, ut vasallus quidem uni tantum heredum debita possit præstare feudi obsequia *c.* 1. §. *præterea.* 2. F. 55.

dum,

dummodo is à Cohæredibus communi omnium nomine ſpecialiter ad hoc ſit conſtitutus *Vult. lib.*1.*c.*7.*n.*94. ne vaſallus plurium Dominorum obſequiis cũ maximo ſuo diſpendio obruatur *d.c.*1.§. *præterea.*2.F.55. neve ex perſonis hæredum condicio obligationis mutetur, vel durior vaſalli efficiatur condicio *per l.*4.*ff.de V.O.l.*2.§.*incertã ff.de præt. ſtip. l.damni* §.5.*ff.de damn.infect.* Et hoc inveteratâ in Germaniâ conſuetudine receptum teſtatur *Zaſ.p.*7.*n.*11.

XXII.

Quod ſi inter ſeſe diſſentiant Cohæredes, vaſalli erit electio, cuinam ex hæredibus Domini pro ſe & cæterorum nomine fidelitatem promittere velit. *Vult.*1.*c.*7.*n.*95.*in fin.Hartm.Piſt.q.*47 *n.*26. *Jul.Clar. q.*49.*n.*11. *& com.Feudiſt.* Planè jure Sax. Dominum ſuperiorem adire debet vaſallus, & petere, ut ipſe definiat, cui ex hæredibus fidelitatis juramentum ſit offerendum *cap.* 29. Lehenr. *ibi.* das muß der oberſte Herr ſcheiden / an welchen jhrer einen er ſie weiſen ſol. *Hartm. Piſt.q.*47.*n.*28.

XXIII.

Præterea ſuperiorem adire debet vaſal-

vasallus, si Dominus intermedius esse desierit, vel moriendo sine heredibus feudalibus, vel refutando in manibus Domini, vel condemnationem patiendo: ut vel superior investituram renovet, vel alium Dominum, priori tamen æqualem, constituat: quod si intra annum & diem non faciat, alium præter superiorem vasallus agnoscere non tenetur, jure Sax. Lehenr. *cap.* 25. *in pr.* & *v.* Welcher Herr aber *&c.* & *c.* 27. *in fin.*

XXIV.

Si verò inæqualem priori Dominus constituere velit, intra anni spacium, quo renovatio investituræ petenda, contradicere tenetur vasallus coràm superiore: ubi ad requisitionem factam vel institutum judicium per priorem Dominum vasallus causam recusationis suæ profiteri debet, num defectum naturalium, vel dignitatis imminutionem ex subjectione inferiori facta prætendat. Utrumq; autem testib9 probandum est: prius quidem septem, posterius tribus, & quidem juratis, nisi vasalli Domini sint. Quod si probando

obti-

obtinuerit, recognoscere istum non tenetur, sed aliud æqualem: secus vero si non obtinuerit. Lehenr. *c.* 81. *per tot.* Semel autem ab inæquali, puta Rustico, Clerico, vel fœmina investitus, quāvis Nobilis sit, ipsos recognoscere debet: non verò illorum successores, nisi feuda teneant Regalia, ab Imperio vel Rege data: vel nisi inferiora feuda sint Ecclesiastica, Burgensatica & Franca. Lehenr. *c.* 2. *v.* Ob ein Mann *&c. usq; ad fin.* quæ tamen in desuetudinem ferè abierunt, & ad juris communis consonantiam redacta.

XXV.

Sed & tunc superior adeundus est, si intermedius Dominus vasallo jus feudi negaverit, inque investituræ renovatione exprimere recusaverit, *jure nostro Sax.* Lehenr. *c.* 15. *in pr.* Quemadmodum in aliis quoque causis vasallus à superiore, omisso intermedio, feudi renovationem repetere potest, quas recenset *Zobel.* Lehenr. *c* 47. *lit. A. confer.* Lehenr. *cap.* 49. *à pr. & c.* 69. *v.* Der Mann verbricht.

XXVI.

Quamvis autem in vestitura, de no-

vo

vo feudofacienda, requiratur, ut Dantis persona sit habilis ac idonea, id est, ut liberam habeat bonorum suorum administrationem, *ut est in pr. vers. novi. 2. F. 3. Schrader. p. 6. cap. 1. num. 31. Wesenb. cap. 8. num. 12.* id tamen in investitura de veteri feudo facienda secus est. Pupilli enim, qui infantiam excesserunt, vel minores, feudum vetus sine Tutoris vel Curatoris consensu rectè renovant *per pr. cap. 1. 2. F. 3.* qui textus cum non distinguat, nec nostrum erit distinguere. *Jacob. in verb. qui quidem investiti num. 48. & seq. Zas. p. 5. num. 37. atq; ita Bald. Alvar. Isern. & Dd. comm. tenere, testatur. Borch. cap. 5. num. 43. Rosenth. cap. 3. conclus. 8. Vult. 1. cap. 3. num. 7. Diss. Sonsbec. p. 6. num. 19. cum seqq. Duar. & alii.* qui ut vel maximè concedant, pupilli condicionem quidem non fieri deteriorem; interim tamen nec meliorem eandem hîc fieri opinantur. At semper requiri authoritatem Tutoris, quamdiu condicio Pupilli non reddatur melior. *per l. obligari 9. §. 2. ff. de auth. Tut. l. 28. in pr. ff de pact.* Cæterum rectè iis respondet *Vultejus* in renovatione investituræ veteris ne fingi quidem ullum ca-

sum posse, quô Pupillo renovatio ista possit esse damnosa: imò nisi fieret, Pupilli condicio potiùs redderetur deterior, cum debitam sibi pet eam acquirat servitiorum præstationem, aliaque sibi exhibenda obsequia *d. lib. 1. cap. 3. num. 7. vers. quod 4. &c.* Concordat ad amussim jus nostrum Sax. quod tunc superiorem adire prohibet, ut & si maxime Dominus impubis investituræ renovationem à superiore nondum petierit. Lehenr. *cap. 25. v.* Wann ein Herr *&c.*

XXVII.

Quare autem feudum renovari oporteat, causæ potiores sunt hæ. 1. ne vetustate temporis obscuretur, & dubium reddatur jus Domini. *Hattiser. in anal. feud. cap. 9. in exeg. num. 1. Rosenth. cap. 6. concl. 47.* 2. Ut hoc veluti signo admoneantur vasalli, reverentiam Domino esse præstandam *Schneidvv. p. 5. num. 4 Mozz. de subst. feud. num. 4.* 3. Ut sciat vasallus, non tàm successionis jure, quam beneficio Domini se feudum obtinere. *Rosenth. d. cap. 6. conclus. 47.* 4. Ut

4. Ut vasallus Dominum evictionis nomine perpetuò obligatum habeat. *pr. de invest. in real. fact.* 2. F. 25. idque in persona investientis indistinctè verum est, sive ignoraverit, sive compertum habuerit, rem, cujus investituram concessit, alieni esse Domini: omnes enim scire debent, quod suum non est, hoc ad alios omnibus modis pertinere. *l. fin. C. unde vi.* Ad personam verò investiti quod attinet, si quidem sciens de re aliena fuerit investitus, contra Dominum evicto feudo nullum habebit regressum, verum temeritati suæ hanc jacturam imputabit, cum scienti & volenti nulla videantur facta injuria. *l.* 1. §. *ff. de injur. neque dolus. l.* 34. *C. de transact.* Secus si ignorans: hîc enim rectè contra investientem aget, ut aut feudum paris æstimationis, aut pecuniam, comparando feudo sufficientem, consequatur. *d. pr.* 2. F. 8. *Schenck. Baro. ibid. n.* 2. 5. Ut novo jure-jurando & promissione ad fidelitatem & servitia obligetur vasallus, & contra Dominnus, ad quæ & ipse astrictus

est vasallo: quam enim expectat fidem, eandem & vasallo præstare cogitur Dominus *c. un. de form. Fid.* 2. F. 6. facit tritum illud Germanorum, Trew Herr/ trew Knecht.

XXVIII.

Et licet vasallus mortuus jurasset fidelitatem pro se & successoribus suis, adhuc tamen necessaria est renovatio juramenti fidelitatis *Vult.* 1. *cap.* 7. *num.* 88. *Schneidvv. p.* 5. *num.* 7. non enim virtus juramenti transit in hæredes, neque egreditur personam jurantis, quia in feudis debentur onera personalia, quorum obligatio moritur cum ipso vasallo, sicuti reliquæ operarum promissiones *l. un.* §. *rea.* C. *de Cad. toll. l.* 2. *in fin ff. de usu & usufr. legat. VVesenb. c.* 8. *num.* 123. *Vultej.* 1. *cap.* 7. *num.* 58. *Pist.* 2. *quæst.* 47. *num.* 1. *Hattiser. cap.* 9. *faciunt ea, quæ pulchrè Geil.* 2. *obs.* 152.

XXIX.

Non sufficit autem pro libitu renovationem peti, sed & forma & modus petendi & renovandi tam à parte vasalli, quàm & ipsius Domini diligenter observandus.

XXX.

A parte vasalli requiritur, ut honorificè, reverenter & obsequiosè, h. e. cum debitâ honoris præfatione, juxta cujusvis regionis vel Curiæ consuetudinem, adeat Dominum, vel ejus Vicarium, referens, obiisse patrem vel agnatum suum, seque ei successorem esse legitimum in feudo: & investituram sibi renovari petat *c. un. v. quomodo enim. in quib. caus. feud. am. 2. F. 23. Schneid. p. 5. num. 77. Vult. 1 cap. 7. num.* 102. *Zas. p. 7. num.* 13. *gl. in c. nullæ per quos fin. inves.* ubi exprimit formam petendi: *Illustrissime Princeps, Reverende Domine, pro eum omni reverentiâ debitâ investituram feudi, quod à te teneo & possideo,* Si feu- est antiquum; si novum, dicat: *quod à te possidere debeo: Et fidelitatem tibi facere sum paratus &c.* quæ fidelitatis, & ad hanc pertinentium servitiorum, oblatio jure Sax. necessaria videtur; id enim disertè scriptum est *in cap.* 22. Lehenr. *in pr.* ubi modus & forma antiquis Saxonibus, hanc renovationem petentibus, usitata refertur. *adde cap.* 35. *v.* Darumb. Inclinat etiam eò jus feud. commune. *d. v. quomodo.* 2. F. 23. *& pr.*

tamen atque alius rationes reddere teneatur, quomodo in causa Nobilis cujusdam G. A. à W. Contra ejus tutorem & Dominum feudi Comitem C. à G. anno 1561. responsum fuisse testatur. *Matth. Coler. p. 2. de process. execut. cap. 3. num. 306.*

XIX.

Petitur autem renovatio ista à Domino feudi, si ex persona vasalli mutatio facta sit *pr.t. Quæ fuit prim. caus. 2. F. 24. & pr.t. de Capit. Corrad. 2 F. 40.* quam is nemini, ne plebeio quidem, si semel in vasallum receptus sit, denegare debet. Lehenr. c. 2. v. welcher man. & c. 23. v. wenn aber ein Herr. *adde Const. Elect.* 45. §. gleicher gestalt. *in fin. ib.* die jhnen auch ohn weigerlich *p. 2. Hartm. Pist. lib. 2. quæst. 20. num. 34.*

XX.

Si vero in persona Domini mutatio præcesserit, ab ejus herede aut successore omninò petenda est. *pr. t. Quo temp. mil. invest. pet. in verb. à filio vel successore Domini. 1. F. 22. pr. tit. quæ fuit prim. caus. 2. F. 24 d. pr. de Capit. Corrad. 2. F. 40.* Hinc est, quod jure Sax. si Dominus inter medius superiori feudum refutaverit, vasallus

fallus novum suum Dominum adire debeat intra tempus consuetum. Lehent. c. 48. *in pr. & c.* 14 *v.* Möchte aber &c. modo is priori æqualis sit: aliàs enim si dignitate inferior sit, antecessori vel patri suo nō legitimus, feudum ab illo recognoscere nō tenetur Lehent. c. 20. v. wo aber ein Sohn &c. *vid.* Lehent. c. 25 *in pr.*

XXI.

Atque hoc, si unus tantùm sit hæres vel Dominus, expeditum satis est: si verò plures sint defuncto Domino hæredes, aliud atque aliud observatur. Alii renovationem investituræ petendam ab omnibus, omnibusque fidelitatem præstandam asserunt *Sonsbec. p.* 11. *n.* 16. *Wes. c.* 8. *n.* 22. & 26. *Jas. in L. de pupille* 5. §. *si plurium* 6. *ff. de op. nov. nunc. Zas. p.* 7. *num.* 12. Alii aliter, & unum tantùm heredum recognoscendum sentiunt *gl. in d.* §. *omnes filii* 2. F. 26. eamque secuti *ibid. Bald. Isern.* & *Jacob de Belvis. Baro Schenck. n.* 8. *Hart Pist. q.* 47. *num.* 22. & 23. Utraq; sententia licet sua habeat insignia. Nulli tamen nos applaudimus; sed rem ita temperamus, ut vasallus quidem uni tantum heredum debita possit præstare feudi obsequia 6. 1. §. *præterea.* 2. F. 55.

dum,

dummodo is à Cohæredibus communi omnium nomine ſpecialiter ad hoc ſit conſtitutus *Vult. lib.*1.*c.*7.*n.*94. ne vaſallus plurium Dominorum obſequiis cũ maximo ſuo diſpendio obruatur *d.c.*1.§. *præterea.*2.*F.*55. neve ex perſonis hæredum condicio obligationis mutetur, vel durior vaſalli efficiatur condicio *per l.*4.*ff.de V.O.l.*2.§.*incertã ff.de præt. ſtip. l.damni* §.5.*ff.de damn.infect.* Et hoc inveteratâ in Germaniâ conſuetudine receptum teſtatur *Zaſ.p.*7.*n.*11.

XXII.

Quod ſi inter ſeſe diſſentiant Cohæredes, vaſalli erit electio, cuinam ex hæredibus Domini pro ſe & cæterorum nomine fidelitatem promittere velit. *Vult.*1.*c.*7.*n.*95.*in fin.Hartm.Piſt.q.*47 *n.*26. *Jul.Clar.q.*49.*n.*11. *& com.Feudiſt.* Planè jure Sax. Dominum ſuperiorem adire debet vaſallus, & petere, ut ipſe definiat, cui ex hæredibus fidelitatis juramentum ſit offerendum *cap.*29. Lehenr. *ibi.* das muß der oberſte Herr ſcheiden / an welchen ihrer einen er ſie weiſen ſol. *Hartm. Piſt.q.*47.*n.*28.

XXIII.

Præterea ſuperiorem adire debet vaſal-

vasallus, si Dominus intermedius esse desierit, vel moriendo sine heredibus feudalibus, vel refutando in manibus Domini, vel condemnationem patiendo: ut vel superior investituram renovet, vel alium Dominum, priori tamen æqualem, constituat: quod si intra annum & diem non faciat, alium præter superiorem vasallus agnoscere non tenetur, jure Sax. Lehenr. *cap.* 25. *in pr.* & *v.* Welcher Herr aber *&c.* & *c.* 27. *in fin.*

XXIV.

Si verò inæqualem priori Dominus constituere velit, intra anni spacium, quo renovatio investituræ petenda, contradicere tenetur vasallus coràm superiore: ubi ad requisitionem factam vel institutum judicium per priorem Dominum vasallus causam recusationis suæ profiteri debet, num defectum naturalium, vel dignitatis imminutionem ex subjectione inferiori facta prætendat. Utrumq; autem testib9 probandum est: prius quidem septem, posterius tribus, & quidem juratis, nisi vasalli Domini sint. Quod si probando obti-

obtinuerit, recognoscere istum non tenetur, sed aliud æqualem: secus vero si non obtinuerit. Lehenr. *c.* 81. *per tot.* Semel autem ab inæquali, puta Rustico, Clerico, vel fœmina investitus, quāvis Nobilis sit, ipsos recognoscere debet: non verò illorum successores, nisi feuda teneant Regalia, ab Imperio vel Rege data: vel nisi inferiora feuda sint Ecclesiastica, Burgensatica & Franca. Lehenr. *c.* 2. *v.* Ob ein Mann *&c. usq; ad fin.* quæ tamen in desuetudinem ferè abierunt, & ad juris communis consonantiam redacta.

XXV.

Sed & tunc superior adeundus est, si intermedius Dominus vasallo jus feudi negaverit, inque investituræ renovatione exprimere recusaverit, *jure nostro Sax.* Lehenr. *c.* 15. *in pr.* Quemadmodum in aliis quoque causis vasallus à superiore, omisso intermedio, feudi renovationem repetere potest, quas recenset *Zobel.* Lehenr. *c* 47. *lit. A. confer.* Lehenr. *cap.* 49. *à pr. & c.* 69. *v.* Der Mann verbricht.

XXVI.

Quamvis autem in vestitura, de novo

vo feudo facienda, requiratur, ut Dantis persona sit habilis ac idonea, id est, ut liberam habeat bonorum suorum administrationem, *ut est in pr. vers. novi. 2. F. 3. Schrader. p. 6. cap. 1. num. 31. Wesenb. cap. 8. num. 12.* id tamen in investitura de veteri feudo facienda secus est. Pupilli enim, qui infantiam excesserunt, vel minores, feudum vetus sine Tutoris vel Curatoris consensu rectè renovant *per pr. cap. 1. 2. F. 3.* qui textus cum non distinguat, nec nostrum erit distinguere. *Jacob. in verb. qui quidem investiti num. 48. & seq. Zas. p. 5. num. 37. atq; ita Bald. Alvar. Isern. & Dd. comm. tenere, testatur. Borch. cap. 5. num. 43. Rosenth. cap. 3. concluf. 8. Vult. 1. cap. 3. num. 7. Diff. Sonsbec. p. 6. num. 19. cum seqq. Duar. & alii.* qui ut vel maximè concedant, pupilli condicionem quidem non fieri deteriorem; interim tamen nec meliorem eandem hìc fieri opinantur. At semper requiri authoritatem Tutoris, quamdiu condicio Pupilli non reddatur melior. *per l. obligari 9. §. 2. ff. de auth. Tut. l. 28. in pr. ff de pact.* Cæterum rectè iis respondet *Vultejus* in renovationę investiturę veteris ne fingi quidem ullum ca-

sum posse, quô Pupillo renovatio ista possit esse damnosa: imò nisi fieret, Pupilli condicio potiùs redderetur deterior, cum debitam sibi per eam acquirat servitiorum præstationem, aliaque sibi exhibenda obsequia *d. lib. 1. cap. 3. num. 7. vers. quod a. &c.* Concordat ad amussim jus nostrum Sax. quod tunc superiorem adire prohibet, ut & si maxime Dominus impubis investituræ renovationem à superiore nondum petierit. Lehenr. *cap. 25. v.* Wann ein Herr *&c.*

XXVII.

Quare autem feudum renovari oporteat, causæ potiores sunt hæ. 1. ne vetustate temporis obscuretur, & dubium reddatur jus Domini. *Hattiser. in anal. feud. cap. 9 in exeg. num. 1. Rosenth. cap. 6. concl. 47.* 2. Ut hoc veluti signo admoneantur vasalli, reverentiam Domino esse præstandam *Schneidvv. p. 5. num. 4 Mozz. de subst. feud. num. 4.* 3. Ut sciat vasallus, non tàm successionis jure, quam beneficio Domini se feudum obtinere. *Rosenth. d. cap. 6. conclus. 47.*

4. Ut

4. Ut vasallus Dominum evictionis nomine perpetuò obligatum habeat. *pr. de invest. in real. fact. 2. F.* 25. idque in persona investientis indistinctè verum est, sive ignoraverit, sive compertum habuerit, rem, cujus investituram concessit, alieni esse Domini: omnes enim scire debent, quod suum non est, hoc ad alios omnibus modis pertinere. *l. fin. C. unde vi.* Ad personam verò investiti quod attinet, si quidem sciens de re aliena fuerit investitus, contra Dominum evicto feudo nullum habebit regressum, verum temeritati suæ hanc jacturam imputabit, cum scienti & volenti nulla videantur facta injuria. *l. 1. §. ff. de injur. neque dolus. l. 34. C. de transact.* Secus si ignorans: hîc enim rectè contra investientem aget, ut aut feudum paris æstimationis, aut pecuniam, comparando feudo sufficientem, consequatur. *d. pr. 2. F. 8. Schenck. Baro. ibid. n. 2.* 5. Ut novo jure-jurando & promissione ad fidelitatem & servitia obligetur vasallus, & contra Dominnus, ad quæ & ipse astrictus

XXX.

A parte vasalli requiritur, ut honorificè, reverenter & obsequiosè, h. e. cum debitâ honoris præfatione, juxta cujusvis regionis vel Curiæ consuetudinem, adeat Dominum, vel ejus Vicarium, referens, obiisse patrem vel agnatum suum, seque ei successorem esse legitimum in feudo: & investituram sibi renovari petat *c. un. v. quomodo enim. in quib. caus. feud. am.* 2. F. 23. *Schneid. p.* 5. *num.* 77. *Vult.* 1 *cap.* 7. *num.* 102. *Zas. p.* 7. *num.* 13. *gl. in c. nulla per quos fin. inv.* ubi exprimit formam petendi: *Illustrissime Princeps, Reverende Domine, peto eum omni reverentiâ debitâ investituram feudi, quod à te teneo & possideo.* Si feu- est antiquum; si novum, dicat: *quod à te possidere debeo: Et fidelitatem tibi facere sum paratus &c.* quæ fidelitatis, & ad hanc pertinentium servitiorum, oblatio jure Sax. necessaria videtur; id enim disertè scriptum est *in cap.* 22. Lehenr. *in pr.* ubi modus & forma antiquis Saxonibus, hanc renovationem petentibus, usitata refertur. *adde cap.* 35. *v.* Darumb. Inclinat etiam eò jus feud. commune. *d. v. quomodo.* 2. F. 23. *& pr.*

2. F. 24. Sed hæc sub petitione renovationis contineri communiter Dd. persuasum est. *Vultej. d. loc. Ant. Matth. disp. feud. 8. th. 8. lit. C.* quæ opinio humanior, quàm verior. *Vid. Finckelth. disp. 7. th. 22.* Illud præterea jus Sax. requirit, ut servitia feudo cohærentia simul offerantur Lehenr. *cap. 64.* quod ut expressè fiat, hodiè necesse non est.

XXXI.

A parte Domini requiritur 1. ut locum congruum vasallo designet, non incommodum, pestilentem, vel inimicum. Locus enim, quem citra vitæ vel famæ periculum adire vasallus nequit, excusationem præbet. *arg. cap. ad supplicationem 9. X. de renunc. & ibid. Gloss. cap. 9. dist. 88. Schrad. p. 6. cap. 2. num. 38. Zas. p. 6. num. 29.* Jure quoque Sax. certus locus huic actui destinatus non est. In omnibus enim locis, sibi subjectis Dominus investituræ renovationem facit, exceptis templis, Cæmeteriis & locis inhonestis. Lehenr. *cap. 23. in fin.*

XXXII.

Deinde requiritur, ut Dominus in-

præ-

præsentia parium Curiæ, vel aliorum testium *cap. un.* 2. F. 32. profiteatur, se investituram ipsi renovare, traditis novæ investituræ literis *Zas. p. 7. num.* 5. *Curt. Jun. p. 7. quæst.* 9. in quibus tamen literis semper spectanda est investitura prima, quæ radix est & fundamentum omnium sequentium, & renovatio ad eam conformanda, quæ novi nihil addit, sed id, quod invenit, confirmat. *Zas. p* 5. *num* 60. *Sensb. p.* 9. *n.* 11. *Schenck Baro ad cap.* 1. 2. F. 24. *Schrader. p.* 6. *cap.* 3. *num.* 29. *& seq. Rosenth. cap.* 6. *concluf.* 114. *Vult.* 1. *cap.* 7. *num.* 105. Nisi aliud inter Dominum & vasallum expressè fuerit conventum: pacta namque dant legem contractibus. Idem est jure Sax. præterquam quod moribus nostris vasallo renovationem petenti breve testatum, vulgò Mierhzettel / dari interim soleat, donec literæ investiturarum perficiantur.

XXXIII.

Neque tamen hæc omnia sufficiunt, sed insuper requiritur, ut tempore legitimo petatur: nec enim va-

sallus eousque expectare debet, donec ad investituræ renovationem accipiendam citetur. *VVes. cap.* 8.

XXXIV.

Sed illam intra annum & diem ultrò petere debet *pr. tit. Quæ fuit prim. caus.* 2. F. 24. *pr. tit.* 2. F. 40. §. *fin.* 2. F. 55. Verum hisce textibus valdè obstare videtur *pr.* 1. F. 22. ubi dicitur, intra annum & mensem investituram esse petendam Dd. comm. ex Verbo *Miles* distinctionem desumpserunt, existimantes, Paganis tantùm annum & diem esse præfinitum: Militibus verò ultra annum mensem adhuc integrum privilegii loco concessum *VVesenb. cap.* 8. *num.* 3. *Borch. cap.* 7. *num.* 32. *Mynsing. cent.* 5. *observ.* 9. *num.* 1. *Sonsbec. p.* 11. *num.* 7. *Rosenth. cap.* 6. *conclus.* 54. Verum cum inter militem & Paganum in consuetudinibus feudalibus distinctio non sit satis apta; siquidem militis appellatione etiam vasallus intelligatur, dum tàm in illo, quàm aliis textibus non alii vasallo Pagano, sed Domino semper opponitur, *ut in pr. Const. feud.* 1. F. 19. *pr. &* §. 1. *ac* §. *morib.* 2. *junct. a rubr. tit. si de F. def.*

def. content. 2.F.26. *in pr. tit. Caſus in quib. fœm.* 2.F.105. *junct.* §. *fin. de Capit. qui Cur. vend.* 2.F.51. *Cujac. ad d.t.*2.F.22. *in fin. Hottom. in Dictionar. verb. Miles. Calv. in Lex. de verb. feud. eod. verb. Miles.* probabile eſt, ſicut reliqua jura feudalia pleraque, ita & hoc capitulum ex Saxonum conſuetudinibus eſſe depromptum, in quibus annus & dies Vaſallo ad petendam inveſtituræ renovationem præfinitus eſt. Lehnr. *cap.*22. *in pr.* ubi dicitur. **Nach des Vatters Todt ſol der Sohn binnen Jahr vnd Tag zu dem Lehen Herren kommen / vnd ſol jhme anbieten ſeine Ritterdienſt vnd Mannſchafft/** *&c.* Dies autem ille non naturaliter ſed civiliter eſt intelligendus, ut contineat 6. Septimanas, cum 3. diebus: ut diſertè probat *cap.* 25. Lehenr. *ibi.* **Wann jhn aber der Herr in Jahr vnd Tag/** *&c. & ibi.* **binnen ſechs Wochen vnd einem Jahr.** *&* Weichb. *art.*21. *in princ. & art.*4. *junct. gl. ibid.* Lehenr. *cap.*4. *ibid.* **Dieſe Heerfart ſol man verkündigen vnd außbieten ſechs Wochen / ein Jahr vnd drey Tag zuvor/** *&c.* quod non intelligens cōpilator *d.tit.*22. vel Practicus aliquis, uſu tamen compertum habens, non protinus tamen elapſo anno & die naturali

præscribi huic renovationi, sed septimanas aliquot, puta quatuor indulgeri, antequam privationis pœna commerita, debeatur, ausu non minus temerario, quam erroneo pro *Diem* substituit *Mensem*. Atque hanc sententiam eò firmius retineo, quod video illam Consultiss. Viro Dn. Sigismundo Finckelthaus. Amico meo singulari, *in Controv. feud. Disput. 7. th. 16. in fin.* probari. Unde appareret, inutilem esse sudorem interpretum, conciliationem aliam illorum textuum, aut rationem, aut dies anno adjectus sit, quærentium, aut inter rigorem & æquitatem, Jus & usum, tempus feudi petendi vel amittendi, vel denique inter paganum & militem, aut, ut alîi, inter Vasallum actu militantem, vel non militantem, distinguentium: quamvis non ignorem, distinctionem istam tàm altas egisse radices, ut pro communi habeatur, & secundum eam in Camera Imp. judicetur; *Clar. in §. feudum. q. 49. num. 2. Mynsi. Cent. 5. obs. 9.*

XXXV.

Quod si Vasallus intra id tempus investituram petere neglexerit, feudum amit-

amittit. *cap.* 1. 2. *Feud.* 24. *cap.* 1. 1. *Feud.* 22. *cap.* 1. 2. *Feud.* 40. *Zas. p.* 10. *num.* 18. *Vult.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. *Borchold. cap.* 7. *num.* 4. Sed & nec moram post tempus purgare poterit. *Schrad. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 9. *Borchold. cap.* 3. *nu.* 32. *Jason. ad d. l.* 2. C. *de jur. Emph. num.* 72. *cum seqq.* Jure quoque Saxon. Lehenrecht *cap.* 29. *vers.* Welches der Kinder eins. quia in omnibus dispositionibus, in quibus dies & pœna adjecta est; & in omnibus casibus, in quibus propter actum legitimo tempore non explicatum, privatio fit à Lege, moræ purgatio nequaquam admittitur. *l.* 23. *v. de illo ff. de O. & A. l.* 23. *ff. de recept. arbit. l.* 4. §. *fin. ff. de L. commiss. l.* 19. *ff. de Leg.* 2. *Schrad. d. loc. num.* 11. *Diff. Vult.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. *v. Cæterum.* qui hoc jus insignis rigoris, & odii plenum, esse dicit. Unde modicum tempus ex æquitate non facilè ad feudi privationem usurpare debere existimamus. *per not. Zobel. ad d. cap.* 25. Lehenrecht *lit.* M. Hinc in curiis nostris magis ad pœnam aliquam pecuniariam Vasallo infligendam, quam feudi privationem procedere solent Domini.

XXXVI.

XXXVI.

Tempus autem illud Dominus invito Vasallo minuere vel coarctare minimè potest: tùm quia dilatio à LL. concessa, Vasallo absque justa causa aufferri non debet: tùm quia in diem debitum ante diem invito debitore peti vel exigi non potest *c. indultum. de R. J. in* 6. §. *omnia. 2. Instit. de V. O. l.* 41. *cum l. seq. ff. eod. facit. l.* 4. §. *si quis ff. de re jud. Vultej.* 1. *cap.* 7. *num.* 62. *Borch cap.* 7. *n.* 36. *Schneidvv. p.* 5. *n.* 36. Secus est ex dispositione Juris Sax. quo indistinctè Domino permittitur hoc tempus minuere, & Vasallo breviorem terminum assignare Lehenr. *cap.* 22. *v. ult. & cap.* 50. *v.* Deßgleichen/ *&c. & cap.* 57. *vers.* Denn als der Mann. *Reinh. part.* 3 *diff.* 11. *Coler. decis.* 83. *Schneidvv. Vult. dd. loc.* Toties autem annum istud tempus indulgetur Vasallo, quoties Domini fit mutatio, & si successivè Domini uno anno mutentur. Lehenr. *cap.* 5. *v.* Als mancher. *& ibid. Zobel. lit. k. & R. & cap.* 44. *in fin.*

XXXVII.

Porrò sciendum est, tempus illud Vasallo currere à tempore scientiæ, quando nimirum comperit, feudum sibi quæsitum

tum eſſe, aut alium priori Domino ſucceſſiſſe. Secus ſi ignoraverit: ignorantia enim facti, ſicut in aliis juris partibus, ita & hîc locum ſibi vindicat. *gloſſ. in c. 1. in verb. annum. Quo temp. mil. 1. F. 22. Zaſ. p. 7. n. 2. Sonsbec. p. 11. num. 10. Schneidvv. p. 5. n. 27. Geil. 2. obſ. 48. num. 8. & 9. Mynſ. cent. 5. obſ. 9. Vult. 1. cap. 7. n. 68. Hartm. Hartm. de feud. obſ. 12. v. habet n. hereſ. & obſ. 8. in pr.* Quæ omnia Juri Sax. conſentanea ſunt. *Lehenr. cap. 50. v.* Stirbet. *& cap. 48. verſ.* Deß Mannes Jahrzeit.

XXXVIII.

Et denique omnis juſta cauſa excuſat Vaſallum ejusque heredem, ne tempus ipſum premat: terminus enim legalis nunquam eſt peremptorius, ſi probetur legitimum impedimentum: quod & jus Sax. admittit. *Lehenr. cap. 29. v.* Welches. *ibid.* Er könne dann Ehehafft noht vnd verhinderung anzeigen / vnd dieſelbe bey ſeinem Eydt erhalten. Nec ſolum à principio Vaſallum excuſat, ſed etiamſi in ipſo anni curſu interceſſerit impedimentum. *c. 1. 2. F. 55. & pr. 1. F. 22. Mynſ. d. Cent. 5. obſ. 9. n. 3. & 4. Vult. 1. c. 7. num. 72. Zaſ. p. 7. n. 3. Schrad. p. 6. c. 2. num. 56. & ſeq. Borch. c. 8. n. 7. & 32.*

XXXIX.

XXXIX.

Ex his intelligitur verum esse, quod vulgo dicitur, tempus petendæ investituræ definitum, utile esse quoad impedimenta & justam ignorantiam: continuum, si impedimenta cessaverint, & Vasallus feudum sibi quæsitum sciverit. *Zas. p.7. num.3. Vult. l. c.7. n.71. Schneidvv. p.5. num.55. Mynf. d. Cent.5. obf.9. n.5. Sonsb. p.11. n.10.*

XL.

Inter justas causas 1. recensetur Mors, Vasallo intra vel post annum & diem petendæ investituræ contingens: ita ut successor Vasalli continuare tempus Prædecessoris non debeat, sed novus ipsi annus currat. *pr. tit. 1. F. 22. arg. l. fin. ff. si quis Caut. in jud. sist. Nov. 22. cap. 20. in pr. Mynf. d. Cent.5. obf.9. n.6. Zas. p.7. n.4. Alvar. in c. un. n.8. 2. F.24. Schneid. p.5. num.30. verf. declaranda. Sonsb. p.11. num.12.* Jure quoq; Sax. **Lehenr.** *cap.27. & c.44. in pr.*

XLI.

2. Inimicitiæ Capitales inter Dominum & Vasallum exortæ. *cap.1. 1. Feud.22.* Ut si de statu aut capite quæstio moveretur, vel etiam de omnibus bonis vel majo-

majore parte. §. *inimicitiæ* 11. *cum* §. *seq. Inst. de Excus. tut. gl. in l. licet. ff. de arbitr. Borch. cap.*8. *n.*13. modò culpâ Vasalli istæ non extiterint. *Feudist. comm. in c. un.* 1.F. 22. *Borch. cap.* 8. *n.*15. *Schneidvv. p.*5. *n.*45. *Schrad. p.*6.*cap.*2.*num.*34. *Vult.*1.*cap.*7.*n.*75. *Sonsb.p.*11. *n.*20. *facit l.*25. §.4. *ff. locat. l.*8. §. *fin. l.*14.*l.*43. *ff.de proc.* adeò, ut Vasallus ne literis quidem salvi conductus à Domino datis, fidere cogatur. *Borch. d.cap.*8. *n.*11. *Vult.*1. *c.*7. *n.*75. *Rosenth.c.*6. *concl.*94. *Schrad.p.*6.*cap.*2.*n.*36.

XLII.

3. Infantia Domini, si tutorem non habeat, vel etiam Vasalli. *d. pr. ibi* vel infantia. 1. F. 22. id quod ad pupillarem usque ætatem extenditur. *cap.*5. *in pr. tit.* 2. *F.*6. Puberi tamen cujusque ætatis tàm minori, quàm majori 25. annis tempus illud ipso jure currit: licet minor 25. ann. regulariter habeat beneficium restitutionis in integrum: major non item, nisi ex alia justa, quàm ætatis, causa. *Zas. p.*7. *num.* 8. *Vultejus* 1. *cap.*7. *num.* 66. *Schneidvv. p.* 5. *num.* 30. *Diss. Sonsbec. p.*11. *num.* 22. *quem refutat ibid. Halbritter.*

XLIII.

XLIII.

4. Incarceratio, & morbus Vasalli sonticus. *VVesenb. cap. 8. n. 7. Zas. p. 7. n. 4. Schneidvv. p. 6. cap. 2.* etiamsi incarceratio culpa Vasalli sit facta: quo tamen in casu procuratorem mittere tenetur, si facultatem mittendi habeat. *Rosenth. cap. 6. concl. 90. Vult. 1. cap. 7. num. 78. Schrad. d. loc. n. 45. Lehenr. c. 24.*

XLIV.

5. Justa absentia, quæ variis ex causis Vasallo contingere potest, utpote si Reip. Militiæ, aut studiorum gratia absit. *pr. tit. 1. F. 22. ubi Feudist. comm. l. 9. l. 23. l. 44. ff. de proc. l. absentia 144. ff. de R. J.* quoniam nemini officium suum debet esse damnosum. *l. 1. Ex quib. caus. major.* sic jure Sax. qui Imperio militat, justam habet excusationem. Lehenr. *cap. 23. ibi.* **in der zeit/ wann jhme des Reichs dienst zu recht geboten wird.** Illud sanè dubio non caret, quod si Vasallus Procuratorem domi reliquisset, an & tùm currat annus & dies. *gl. in d. cap. 1. tit. 1. F. 22.* dubium studiosi animum ad propriam veritatis investigationem remittit: Nobis Sonsbecii sententia videtur æquissima, sive reliquerit Vasallus procuratorem, sive non,

non, Eum semper excusandum. *p.* 11. *n.* 20. *per text. l.* 26. §. *fin. ff. Ex quib. caus. major.* quem sequitur *Vult. 1. cap. 7. num.* 74. Non enim stulti melioris conditionis esse debent, quàm sapientes *l.* 4. *ff. quod ui aut clàm. VVesenb. in* ☞. *Ex quib. caus. major. num.* 5. Cæterum absentia Domini, in qua non distinguitur, utrum justa vel injusta, simpliciter Vasallo excusationem præbet. *Dd. in cap.* 1. *tit.* 1. *Feud.* 22. Etiam Sax. jure, illa tamen, ut intra id tempus, à die reditus vel certè scientiæ illius, renovationem petat Lehenrecht *cap.* 50. *in pr.* Qui si in provincia quidem sit, sed tamen latitet, ad domum Vasallus petitionem suam instituere debet, jure Saxon. Lehenr. *d. c.* 50. *v.* Verbirget sich auch/ *&c.* Quod si Procuratorem vel Vicarium Domi reliquerit, illum Vasallus adire, & renovationem petere tenetur, aliàs non excusatur. *Schneid. p.* 5. *num.* 39. *Sonsb. p.* 11. *num.* 8. *Vult. 1. cap.* 7. *num.* 74.

XLV.

6. Justus metus, qui sc: in Constantissimum Virum cadere possit: ut sunt latronum incursus, bellum, captivitas, vis fluminis, pestis, aliæque similes cau-

sæ, justum impedimentum præbent. *arg. l.2. §.1. cum §.§. seqq. l.4. §.2. ff. si quis caut. l.8. §. fin. cum l. seq. ff. de proc. VVesenb. cap.8. num.67. Rosenth. concl.6. num.99. Schrader. p.6. c.6. num.34. Vult. 1. cap.7. n.83.*

XLVI.

7. Infamia Domini justam meretur excusationem, quod tamen de maxima infamia, quæ per excommunicationem, similemve modum irrogatur, intelligendum. *Vult. 1. cap.7. n.73. Schneidvv. p.5. n.47.* quia excommunicati ab omni fidelium communione extorres habentur. *Becht. tr. de secur. & salv. cond. th.110.* Vasalli autem infamia ipsum non excusat, ne videlicet ex suo delicto lucrum sentiat. *l.23. ff. de neg. gest. l. verum. §. tempus. ff. pro soc.* id quod naturali æquitati refragatur. *l.1. ff. de except. dol.*

XLVII.

8. Si duo contendant de hereditate Domini defuncti, Vasallus petitionem investituræ protestando sibi reservare, eamque differre potest, quoad constiterit, uter ex illis sit successurus Domino defuncto, à quo postmodum investitu-ram petat. *Sonsb. p.11. n.22. v. fallit quinto. Schrad.*

Schrad. p. 6. c. 22. Vult. l. c. 7. n. 77. Zas. p. 7. n. 7. Diss. Rosenthal. & alii, quos refert Vult. d. loc.

XLVIII.

9. Recusatio Domini, investituræ renovationem denegantis Jur. Sax. **Lehenr.** *cap.* 22. *v.* **Ob dann der Herr.** Nam si semel petiit renovationem, non currit ipsi amplius tempus istud, sed excusatus est, donec citetur. **Lehenrecht** *cap.* 24. *v.* **Der Mann aber.** *& cap.* 50. *v.* **Also kan.** *ubi Zobel. lit. D.* nisi Dominus impubes sit, qui, quamvis recuset, post pubertatem tamen intra annum denuò petere debet Vasallus investituram, nisi feudo privari velit. **Lehenr.** *cap.* 26. *in fin.*

XLIX.

Tandem tempus anni & diei non incipit Vasallo currere, nisi ab eo die, quo Dominus ipsemet investitus est. **Lehenr.** *cap.* 25. *v.* **Eines jeglichen.** *& v.* **Ein jeglich Mann.** Vel Vasallus adiit hæreditatem Vasalli prædefuncti, eo in casu, quo feudum est hereditarium, vel ab hereditate separari non potest. *Curt. de feud. p. 4. num.* 57. modo adritionem studiosè & fraudulenter non differat. *Alvar. in cap. 1. Quæ fuit prim. caus. num.* 12. *Hartman. Hartm. de feud. pract. observ.* 12. *in fin.*

Vult. 1. cap. 7. num. 79. vid. Schrad. p. 6. c. 2. num. 17. Et hæc de investituræ renovatione.

L.

Secundò feudum conservatur servitiorum præstatione: ad hoc enim feudum dari solet, ut Vasallus ejusque heredes Domino fideliter inserviant. *in fin. tit. 2. F. 23.* etiamsi in concessione feudi de iis nihil dictum sit: de natura enim feudi est, ut servitia præstentur. *t. un. §. firmiter. De prob. feud. al. per Frid. Zas. p. 12. num.* 36. At quæ rei naturaliter insunt, tacitè veniunt. *Borchol. cap. 1. num.* 29. Et qualitas feudis cognata in dubio semper in est ipsis, nisi per pacta improprietur. *Zas. d. p. 12. num.* 1. ad exemplum liberti, patrono operas præstantis. *t. t. ff. de op. libert. Rittersh. lib. 2. part. feud. cap. 1, n. 17. Diff. Andr. de Isern. in d. cap. 1. num. 8. & seqq. in Quib. Caus. feud. am. Vult. 1. cap. 6. num. 13.* Aliud est in feudo Franco, & censitico, de quo non præstantur servitia, nisi speciliter promissæ. *Lehent. cap. 74.*

LI.

Illa autem servitia nihil aliud sunt, quam operæ, quas Vasallus propter feudum sibi concessum ad utilitatem Domini

mini fideliter præstare tenetur. *c. 1. v. ult. 2. F. 25.*

LII.

Servitia autem illa sunt duplicia: Togata, & non Militaria, vel Militaria. *arg. c. un. 2. F. 7.*

LIII.

Non militaria seu Togata sunt operæ, ad quas Vasallus extra militiam obstrictus est, quæ consistunt in Consiliorum suggestione, auxilii necessarii præstatione, & secretorum occultatione. *c. un. 2. F. 8.*

LIV.

Ad Consiliorum suggestionem referimus Jurisdicendi promptitudinem: Debet enim Vasallus in causis inter Dominum & Vasallum alium vertentibus, cum aliis paribus Curiæ electus, jus dicere. *cap. 1. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. cap. 1. §. ult. Quo temp. mil. 1. F. 22. cap. 1. de Controv. ap. par. term. 2. Feud. 16. cap. 1. de Controv. int. Episc. & Vas. 2. F. 20. §. si inter. tit. de alien. feud. par. 2. F. 39. §. pen. de proh. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* Idque clariùs à Vasallo, ut servitium, requiritur jure Sax. Lehenr. c. 4. v. Der Mann sol *& cap. 9. in pr. ib.* Vnd im Brthel finden. Deinde referi-

mus huc patrocinandi necessitatem eod. jure Sax. per text. expressum. *Lehenr. c. 9. in pr.*

LV.

Auxiliorum necessitas ex omnis generis casuum humanorum contingentiâ oritur. Unde sequitur, quod Vasallus Dominum, quocunq; modo periclitantem, juvare teneatur: *c. 1. Qual. jur. deb. Vas. 2. Feud. 5. cum 2. c.c. seqq.* cui consequens est, Vasallum Domino egenti alimenta pro feudi qualitate suppeditare debere; nisi feudo velit excidere. Nam propter quas causas filius exheredari à patre potest, propter easdem, in Dominum commissas, Vasallus feudo privatur. *c. un. §. prædictis. Quæ fuit prim. caus. benef. am. 2. Feud. 24.* Notum autem est, quod filius, si tempore necessitatis non aluerit patrem, exhæredari possit. *Novell. 115. cap. 3.* Confirmat hoc, quod Vasallus in necessitatibus Domino succurrere cogendus sit. *c. un. §. licet. si de feud. def. 2. F. 26.* Major autem nulla necessitas quàm famis, quæ omnium rerum clades atque acerbitates superat, *affirmante Josepho lib. 6. de bell. Judaic. cap. 14.*

Dein-

Deinde incolumitas Domini, ad quam conservandam religionis vinculo sese fidelis astrinxit, absque necessariis vitæ victusque subsidiis consistere nequit, imò alimenta qui denegat, necare dicitur *l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* ad eorundem quoque præstationem jure merito Vasallus tenebitur: Idq; eo magis, quod libertum ad subministranda alimenta nō tantum patrono, verum ejus quoq; liberis teneri constet. *l. si quis 5. §. solent 18. d.l. alimenta 6. §. 1. juncta l. fin. ff. de agnosc. & alend. lib. Martin. Coler. de aliment. lib. 1. c. 13. n. 95. & seqq. Rittersh. lib. 2. c. 1. quæst. 40. Schrad. p. 6. c. 6. n. 94.* ubi saltem relativè negantium sententiam posuit, aliàs sibiipsi esset contrarius. *p. 9. c. 8. num. 12.*

LVI.

Ampliantur prædicta, ut etiam Vasallus cogi ac compelli possit secundum quantitatem feudi quid contribuere, quo dos congruens filiæ nubenti Domini, sibipse egenus sit, nec de patrimonio suo præstare possit, constituatur: nam & hoc, ut filiabus conveniens dos constituatur, ad honorem & honestatem Domini spectat, sed

certum est, quod fidelis infidelitatis juramento illud, quod Domino honestum esset, in memoria habere debeat. *c. un. in pr. de form. fidelit.* 2. F. 6. Vasallus igitur vigore & ratione fidelitatis Dominum in dote filiæ constituenda juvare compellitur. *Schrad. p. 6. c. 6. n.* 102. *Rittersh. lib. 2. c. 1. q. 37. V Vesenb. cap.* 10. *num.* 18.

LVII.

Vasallus etiam Dominum à latrunculis vel hostibus absque culpâ vel dolo suo captum, redimere cogitur. *c. un. §. item si delator. quæ fuit prima causa benef. amitt.* 2. F. 24. si videlicet Dominus captus & incluſus se nullo modo, vel absque magno & gravi bonorum suorum dispendio, ab hostibus liberare possit: aliàs si Dominus patrimonium sufficiens ad redimendum se ab hostibus habeat, Vasallus lytrum pro illo solvere non tenetur, cum ab eo non aliter quam in subsidium quid exigatur. *Schneidevv. p. 5. num.* 121. *Schrad. p. 9. cap.* 8. *n.* 8. *Rittershus. lib. 2. c. 1. q. 42. V Vesenb. c.* 10. *n.* 17.

LVIII.

Idem concludendum statuimus Vasallum obstrictum esse, Dominum ob causam æris alieni carceratum, detentum

tum & incluſum, quo potuerit modo, liberare, propter generalitatem textus *in d. c. un.* §. *Item ſi delator* 2. F. 24. cujus verbis meritò inhæremus, nec diſtinctionem invito legislatore iisdem affingimus, idque adjuti textu in *Nov.* 115. *c. aliud quoq;* 3. §. *ſi quemlibet* & ex qua textus noſter feudalis depromptus eſt, *Rittersh. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 42. Debito tamen Dominum liberare, vel ipſi mutuo dare ita non tenetur §. *licet. ſi de feud. defunct. cont. ſit.* 2. F. 26. idque clarius deciſum Jure Saxonico Lehenr. *cap.* 55. *v.* der Mann. & Landtr. *lib.* 1. *art.* 9. ubi idem de filio ſucceſſore aſſeritur, quod is debita patris exſolvere non cogatur, id quod tamen hodie in Electoratu noſtro mutatum eſt. Torgawiſch Außſchriben. *tit.* Welcher geſtalt die Agnaten *p.* 22. *Conſt. Elect.* 47. *part.* 2 quemadmodum & jam antea uſu non ſervabatur. *Zobel. ad cap.* 58. Lehenr. *lit. A. in med.*

LIX.

Vaſallo denique Domini perſona adeò ſancta ſit, ut ab omni familiaritate & conſuetudine inimicorum Domini abſtineat *c. un. quot teſt. ſint neceſſar.* 2. F. 57. Proinde illos nec hoſpitio exci-

pere, nec commeatum per territorium suum, sive feudale sive proprium sit, concedere, multo minus illis præbere debet: nam si prædicta illis exhibeat, amicus inimicorum Domini esse, ac cum ipsis colludere videtur: Illis igitur quantum potest (ad impossibilia enim nemo obligatur *l.* 185 *ff. de* R. J.) per se suosque subditos resistat. *Schrad. p.* 6 *cap.* 6. *num.* 92. *Rittershus. lib.* 2. *c.* 1. *qu.* 43. *Schneidew. p.* 8. *num.* 55.

LX.

Ad secretorum occultationem pertinet, ne temerè consilia Domini eliminet, multò minus ea hostibus prodat *d. c.* 1. *qualit. incer. deb. vasall.* 2. F. 5. *cum* 2. *seq.* Nec enim meliora sunt consilia, quam illa, quæ ignorat Adversarius *Val. Max. lib.* 3. *cap.* 26. Unde si credentiam (seu arcanum) Domini in illius damnum scienter manifestaverit vasallus, feudo privandus dicitur *in cap.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* 1. F. 17.

LXI.

Militaria servitia sunt operæ, quas hostilitatis tempore regulariter vasallus Domino debet, quæ ignis & armis ple-

plerunque præstantur, vulgò Ritters-dienste. *pr. t. hic finitur lex.* 2. F. 27.

LXII.

Utraque sunt vel definita vel indefinita. *c. un. in fin.* 2. F. 23.

LXIII.

Definita sunt, quando nominatim & specialiter in feudi constitutione sive investitura expressa sunt servitia. & hoc casu ad alia præstanda obligatus non est, quia inclusio unius, est exclusio alterius. §. *ult. & ibi gl. de cap. qui cur. vend.* 2. F. 51. *Rittersh. lib.* 2. *part. feud. c.* 1. *n.* 17.

LXIV.

Indefinita sunt, quando in feudi constitutione nominatim & specialiter expressum non est, qualia debeant esse servitia.

LXV.

Sunt etiam quædam servitia dividua, quadam individua.

LXVI.

Dividua sunt, quæ pro partibus præstari possunt, ut si vasalli pecuniam, commeatum, tormenta &c. ad bellum conferre, equos aliquot mittere, vel simile quid præstare tenentur: quo casu quilibet pro sua parte ea præstare potest. 67. In-

sæ, justum impedimentum præbent. *arg. l. 2. §. 1. cum §. §. seqq. l. 4. §. 2. ff. si quis caut. l. 8. §. fin. cum l. seq. ff. de proc. VVesenb. cap. 8. num. 67. Rosenth. concl. 6. num. 99. Schrader. p. 6. c. 6. num. 34. Vult. 1. cap. 7. n. 83.*

XLVI.

7. Infamia Domini justam meretur excusationem, quod tamen de maxima infamia, quæ per excommunicationem, similemve modum irrogatur, intelligendum. *Vult. 1. cap. 7. n. 73. Schneidvv. p. 5. n. 47.* quia excommunicati ab omni fidelium communione extorres habentur. *Becht. tr. de secur. & salv. cond. th. 110.* Vasalli autem infamia ipsum non excusat, ne videlicet ex suo delicto lucrum sentiat. *l. 23. ff. de neg. gest. l. verum. §. tempus. ff. pro soc.* id quod naturali æquitati refragatur. *l. 1. ff. de except. dol.*

XLVII.

8. Si duo contendant de hereditate Domini defuncti, Vasallus petitionem investituræ protestando sibi reservare, eamque differre potest, quoad constiterit, uter ex illis sit successurus Domino defuncto, à quo postmodum investitu-ram petat. *Sonsb. p. 11. n. 22. v. fallit quinto. Schrad.*

Schrad. p.6. c.22. Vult.1. c. 7. n. 77. Zas. p.7. n.7. Diss. Rosenthal. & alii, quos refert Vult. d.loc.

XLVIII.

9. Recusatio Domini, investiturae renovationem denegantis Jur.Sax. **Lehenr.** *cap.* 22. *v.* **Ob dann der Herr.** Nam si semel petiit renovationem, non currit ipsi amplius tempus istud, sed excusatus est, donec citetur. **Lehenrecht** *cap.* 24. *v.* **Der Mann aber.** *&* *cap.* 50. *v.* **Also kan.** *ubi Zobel. lit. D.* nisi Dominus impubes sit, qui, quamvis recuset, post pubertatem tamen intra annum denuo petere debet Vasallus investituram, nisi feudo privari velit. **Lehenr.** *cap.* 26. *in fin.*

XLIX.

Tandem tempus anni & diei non incipit Vasallo currere, nisi ab eo die, quo Dominus ipsemet investitus est. **Lehenr.** *cap.* 25. *v.* **Eines jeglichen.** *&* *v.* **Ein jeglich Mann.** Vel Vasallus adiit haereditatem Vasalli praedefuncti, eo in casu, quo feudum est hereditarium, vel ab hereditate separari non potest. *Curt. de feud. p. 4. num.* 57. modo aditionem studiosè & fraudulenter non differat. *Alvar. in cap.* 1. *Quae fuit prim. caus. num.* 12. *Hartman. Hartm. de feud. pract. observ.* 12. *in fin.*

Vult. 1. cap. 7. num. 79. vid. Schrad. p. 6. c. 2. num. 17. Et hæc de investituræ renovatione.

L.

Secundò feudum conservatur servitiorum præstatione: ad hoc enim feudum dari solet, ut Vasallus ejusque heredes Domino fideliter inserviant. *in fin. tit. 2. F. 23.* etiamsi in concessione feudi de iis nihil dictum sit: de natura enim feudi est, ut servitia præstentur. *t. un. §. firmiter. De prob. feud. al. per Frid. Zas. p. 12. num. 36.* At quæ rei naturaliter insunt, tacitè veniunt. *Borchol. cap. 1. num. 29.* Et qualitas feudis cognata in dubio semper in est ipsis, nisi per pacta improprietur. *Zas. d. p. 12. num. 1.* ad exemplum liberti, patrono operas præstantis. *t. t. ff. de op. libert. Rittersh. lib. 2. part. feud. cap. 1, n. 17. Diff. Andr. de Isern. in d. cap. 1. num. 8. & seqq. in Quib. Caus. feud. am. Vult. 1. cap. 6. num. 13.* Aliud est in feudo Franco, & censitico, de quo non præstantur servitia, nisi specialiter promissæ. *Tesaur. cap. 74.*

LI.

Illa autem servitia nihil aliud sunt, quam operæ, quas Vasallus propter feudum sibi concessum ad utilitatem Domini

mini fideliter præstare tenetur. *c. 1. v. ult. 2. F. 25.*

LII.

Servitia autem illa sunt duplicia: Togata, & non Militaria, vel Militaria, *arg. c. un. 2. F. 7.*

LIII.

Non militaria seu Togata sunt operæ, ad quas Vasallus extra militiam obstrictus est, quæ consistunt in Consiliorum suggestione, auxilii necessarii præstatione, & secretorum occultatione. *c. un. 2. F. 8.*

LIV.

Ad Consiliorum suggestionem referimus Jurisdicendi promptitudinem: Debet enim Vasallus in causis inter Dominum & Vasallum alium vertentibus, cum aliis paribus Curiæ electus, jus dicere. *cap. 1. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. cap. 1. §. ult. Quo temp. mil. 1. F. 22. cap. 1. de Controv. ap. par. term. 2. Feud. 16. cap. 1. de Controv. int. Episc. & Vas. 2. F. 20. §. si inter. tit. de alien. feud. par. 2. F. 39. §. pen. de proh. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* Idque clariùs à Vasallo, ut servitium, requiritur jure Sax. Lehenr. c. 4. v. Der Mann sol & *cap. 9. in pr. ib.* Vnd im Brthel finden. Deinde referi-

mus huc patrocinandi neceſſitatem eod. jure Sax. per text. expreſſum. *Lehenr. c. 9. in pr.*

LV.

Auxiliorum neceſſitas ex omnis generis caſuum humanorum contingentiâ oritur. Unde ſequitur, quod Vaſallus Dominum, quocunq; modo periclitantem, juvare teneatur. *c. 1. Qual. jur. deb. Vaſ. 2. Feud. 5. cum 2. c.c. ſeqq.* cui conſequens eſt, Vaſallum Domino egenti alimenta pro feudi qualitate ſuppeditare debere; niſi feudo velit excidere. Nam propter quas cauſas filius exheredari à patre poteſt, propter easdem, in Dominum commiſſas, Vaſallus feudo privatur. *c. un. §. prædictis. Quæ fuit prim. cauſ. benef. am. 2. Feud. 24.* Notum autem eſt, quod filius, ſi tempore neceſſitatis non aluerit patrem, exhæredari poſſit. *Novell. 115. cap. 3.* Confirmat hoc, quod Vaſallus in neceſſitatibus Domino ſuccurrere cogendus ſit. *c. un. §. licet. ſi de feud. def. 2. F. 26.* Major autem nulla neceſſitas quàm famis, quæ omnium rerum clades atque acerbitates ſuperat, *affirmante Joſepho lib. 6. de bell. Judaic. cap. 14.* Dein-

Deinde incolumitas Domini, ad quam conservandam religionis vinculo sese fidelis astrinxit, absque necessariis vitæ victusque subsidiis consistere nequit, imò alimenta qui denegat, necare dicitur *l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* ad eorundem quoque præstationem jure merito Vasallus tenebitur: Idq; eò magis, quod libertum ad subministranda alimenta nō tantum patrono, verum ejus quoq; liberis teneri constet. *l. si quis 5. §. solent 18. d.l. alimenta 6. §. 1. juncta l. fin. ff. de agnosc. & alend. lib. Martin. Coler. de aliment. lib. 1. c. 13. n. 95. & seqq. Rittersh. lib. 2. c. 1. quæst. 40. Schrad. p. 6. c. 6. n. 94.* ubi saltem relativè negantium sententiam posuit, aliâs sibiipsi esset contrarius. *p. 9. c. 8. num. 12.*

LVI.

Ampliantur prædicta, ut etiam Vasallus cogi ac compelli possit secundum quantitatem feudi quid contribuere, quo dos congruens filiæ nubenti Domini, sipse egenus sit, nec de patrimonio suo præstare possit, constituatur: nam & hoc, ut filiabus conveniens dos constituatur, ad honorem & honestatem Domini spectat, sed

certum est, quod fidelis infidelitatis juramento illud, quod Domino honestum esset, in memoria habere debeat. *c. un. in pr. de form. fidelit.* 2. F. 6. Vasallus igitur vigore & ratione fidelitatis Dominum in dote filiæ constituenda juvare compellitur. *Schrad. p. 5. c. 6. n.* 102. *Rittersh. lib. 2. c. 1. q. 37. V Vesenb. cap. 10. num.* 18.

LVII.

Vasallus etiam Dominum à latrunculis vel hostibus absque culpâ vel dolo suo captum, redimere cogitur. *c. un. §. item si delator. quæ fuit prima causa benef. amitt.* 2. F. 24. si videlicet Dominus captus & inclusus se nullo modo, vel absque magno & gravi bonorum suorum dispendio, ab hostibus liberare possit: aliàs si Dominus patrimonium sufficiens ad redimendum se ab hostibus habeat, Vasallus lytrum pro illo solvere non tenetur, cum ab eo non aliter quam in subsidium quid exigatur. *Schneidew. p. 5. num.* 121. *Schrad. p. 9. cap. 8. n.* 8. *Rittershus. lib. 2. c. 1. q. 42. V Vesenb. c.* 10. *n.* 17.

LVIII.

Idem concludendum statuimus Vasallum obstrictum esse, Dominum ob causam æris alieni carceratum, detentum

tum & inclusum, quo potuerit modo, liberare, propter generalitatem textus *in d. c. un.* §. *Item si delator* 2. F. 24. cujus verbis meritò inhæremus, nec distinctionem invito legislatore iisdem affingimus, idque adjuti textu in *Nov.* 115. *c. aliud quoq;* 3. §. *si quemlibet* & ex qua textus noster feudalis depromptus est, *Rittersh. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 42. Debito tamen Dominum liberare, vel ipsi mutuo dare ita non tenetur §. *licet. si de feud. defunct. cont. sit.* 2. F. 26. idque clarius decisum Jure Saxonico Lehenr. *cap.* 55. *v.* der Mann. & Landr. *lib.* 1. *art.* 9. ubi idem de filio successore asseritur, quod is debita patris exsolvere non cogatur, id quod tamen hodie in Electoratu nostro mutatum est. Torgawisch Außschriben. *tit.* Welcher gestalt die Agnaten *p.* 22. *Const. Elect.* 47. *part.* 2 quemadmodum & jam antea usu non servabatur. *Zobel. ad cap.* 58. Lehenr. *lit. A. in med.*

LIX.

Vasallo deniq; Domini persona adeò sancta sit, ut ab omni familiaritate & consuetudine inimicorum Domini abstineat *c. un. quot test. sint necessar.* 2. F. 57. Proinde illos nec hospitio exci-

plerunque præstantur, vulgò Ritters dienste. *pr. t. hic finitur lex.* 2. F. 27.

LXII.

Utraque sunt vel definita vel indefinita. *c. un. in fin.* 2. F. 23.

LXIII.

Definita sunt, quando nominatim & specialiter in feudi constitutione sive investitura expressa sunt servitia & hoc casu ad alia præstanda obligatus non est, quia inclusio unius, est exclusio alterius. §. *ult. & ibi gl. de cap. qui cur. vend.* 2. F. 51. *Rittersh. Lib.* 2. *part. feud c.* 1. *n.* 17.

LXIV.

Indefinita sunt, quando in feudi constitutione nominatum & specialiter expressum non est, quælia debeant esse servitia.

LXV.

Sunt etiam quædam servitia dividua, quadam individua.

LXVI.

Dividua sunt, quæ pro partibus præstari possunt, ut si vasalli pecuniam, commeatum, tormenta &c. ad bellum conferre, equos aliquot mittere, vel simile quid præstare tenentur: quo casu quilibet pro sua parte ea præstare potest. 67. In-

LXVII.

Individua sunt, quæ in facto consistunt, ut puta in eundo ad bellum, exercitum ducendo.

LXIIX.

Est & singulare genus servitiorum, quod præstant vasalli Imperii electo Romanorum Imperatori, Romam consequendæ coronæ gratiâ expeditionem moventi, vulgò den Römerzug appellamus: tunc enim quilibet vasallus Dominum suum comitari, aut alium acceptabilem Domino mittere, vel certè tertiam partem, ex constitutione Conradi, aut juxta Friderici sanctionem, medietatem fructuum unius anni, sub pœna amissionis feudi, persolvere tenetur. *c. un. de cap. Conrad.* 2. F. 40. §. *firmiter. de prob. feud. al. per Frid.* 2. F. 55. Cui ferè per omnia concordat jus Sax. nisi quod ad decimam partem redituũ restringit contributionem istam militarem: cæterum rem totam, plenius explicat *cap.* 4. Lehenr. *à prin. Colex. decis.* 91. *Schneid. p.* 5. *num.* 114. Et vocatur ista contributio Heer oder Königstewer/ aliàs Hossenditiæ Ossen Dienst in cujus verbi derivationem inquirunt *Zabel exerc.*

exerc. feud. 7. th. 4. Anth. Matth. disp. 7. th. 6. lit. E. Wehner. in pract. obs. & Besold. in thesauro pract. lit. O. Eodem verbo subsequentibus temporibus ista expeditio ad viginti mille pedites, & quatuor mille Equites, ad sex menses constitutus, & unicuiq; Statui Imperii pro qualitate bonorum certus militum numers adscriptus est, quem vel mittere, vel pro quovis equite duodecim, & pedite, quatuor florenos solvere debet. Reichs-Absch. zu Wormbs *de anno* 1521. §. auch haben vns. *Coler. d. loc* Sed hodiè, postquam usus hujus expeditionis Romanæ inolevit, contributio ista ad alias Imperii necessitates, puta adversus Turcam, transfertur: nomine tamen & modo collectandi retento, eoque aucto pro temporum & Reip. necessitate, ût dicatur, auff den Einfachen/ Doppelten &c. Römerzug. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno* 1594. §. Wiewol nun *Item anno* 1598. §. so ist doch von jhnen. & *anno* 1603. §. Nichts desto weniger aber. *Adde Recessus de anno* 1541. 1567. 1570. 1567. 1582.

LXIX.

Ad servitiorum præstationem quilibet, *Qui præstet.*

bet vasallus regulariter tenetur, §. *fin. in quib. caus. feud. amitt.* 2. F. 23. Etiam de propriis bonis, de quibus quis se investiri curavit Lehent. *c.* 78. *v.* ein jeglicher Mann. Inhæret enim hæc serviciorum præstatio personæ vasalli, adeò, ut quamvis propter debitum creditor immissus, ipsius nomine fructus percipiat, vasallus tamen servitia obire debeat. *Vid. Geil.* 1. *obs.* 117. *num.* 6. *Hartm. Pist. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 5. *Dan. Moller. lib.* 3. *Semestr. c.* 33. nisi Dominus fructus percipiat. *Schneid. p.* 5. *n.* 107.

LXX.

Hinc regulariter vasallus in propria persona servire debet, nōper substitutū. *Matth. de Afflict. ad* §. *si quis decesserit.* 5. *si de feud. def. cont.* 2. F. 26. *Schenck. Baro ad* §. *firmiter.* 2. F. 55. *n.* 2. *Rosent. c.* 8. *concl.* 9. & 9. Nisi justum subsit impedimentum, puta morbi, ætatis, vel simile. *Schneid. p.* 5. *num.* 105. & 108. Jure Sax. impubes per tutorem servire tenetur. Lehenr. *cap.* 26. §. Sie sollen auch. *Coler. decis.* 88. Vel si feudi incapax sit, ut Clericus, fœmina &c. qui tamen per substitutos servire debent jure comm. *arg. c.* 1. *de vas. mil. qui arm. bellic. dep.* 2. F. 21. §. *si minori. & seq. si de pers.*

perf. def cont. 2.F.26. *& c.*1. *An mut. vel ab imperf.* 2. F. 36. *Ant. Matth. disp.* 7. *th.* 3. Sed de consuetudine cessantibus etiam impedimentis, plerumq; substitutus mitti solet: quod ita de facto observari, jam tum suo tẽpore vidit Schneidevvinus, ut testatur *p.* 5. *n.* 96. *in fin.* Illud de muliere investita jure Sax. peculiariter dispositum est, quod ne per substitutum quidem servire, sed pecuniam saltem præstare debeat. *Lehenr. c.* 34.

LXXI.

An autem vasalli paupertas sufficiens est excusatio à servitiis Domino præstandis? Planê immunem illum putamus, si sc. tanta sit paupertas, ut arma & equos comparare, aut substitutum mittere vel contribuere nequeat, nam si fecerit, quod potuerit, meritò excusabitur. *l. si ideo* 7. C. *de his quib. ut indig.* dummodo tamen absque dolo, culpa, sive prodigalitate sua, ad hanc impotentiam redactus sit; non si horum quoddam ipsi imputari potest; ne dolus suus ipsi patrocinetur. *l. quo lucidius* 1. §. 1. *ff. de dol. mal. & met. except. Schrad.* 9. 6 *c.* 6. *n.* 28. *Rosent. c* 8. *concl.* 9. *n.* 1. *&* 2. *Schneid. p.* 5. *n.* 105. *Goth. Anton. disp.* F. 7. *th.* 7. *lit.* F. *Rittersh. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 44. *in fin.*

72. Ju-

LXXII.

Jure Sax. quoque excusatus est vasallus à servitiis, si Dominus justitiam ipsi facere neglexerit, vel damnum in ipsius expeditione acceptum non resarcierit, ut inf. dicitur per text. Lehenr. *cap.* 4. *v.* Wer ein Pferd. *usq; fin.* quod tamen usus non servat.

LXXIII.

Servitia autem illius sumptibus & expensis præstanda sunt, cujus in tenore investituræ facta fuit mentio, sive sit Dominus, sive vasallus, cum pactiones sint leges contractuum. *l. depositum* 1. §. *si convenerit* 6. *præterea. Quid sit invest.* 2. F. 2. Non extante pacto, quid consuetudo cujusque loci obtineat, inspiciamus *c. un. Ut. vas. sumpt.* 2. F. 107. Si autem horum nullum occurrit, propriis sumptibus ex natura feudi vasallus servitia præstat, si modo feudum sit opulentum, & sufficiens ad talia servitia *arg l. suo victu.* 18 *ff. de op. lib.* Secus autem est, quando feudum tenue & exiguum est, tunc Domini sumptibus, quod æquitas suadet, servit Domino *arg. d. l.* 18. *secundum comm. Dd. sententiã. Schrad.* p. 6. *num.* 15. *Rosenth. c.* 18. *concl.* 24. *Schneid.*

p. 5.

p. ſ. n. 111. *Veſenb. c.* 10. *n.* 13. *Vult. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 44. De Jure Sax. Vaſallus indiſtinctè Domini impenſis ſervitium præſtat: Der Herr gibt ſeinen Lehenleuten/ wann ſie bey jhme ankommen ſind / vnd mit jhm ziehen / Futter / Mahl / vnd Huffſchlag. *Zobel. p.* 3. *diff.* 24. *num.* 7. *Coler. deciſ.* 82. *Schneidvv. d. loc. Et Inſtit. de ſervil. cognat. num.* 10. Equos tamen & arma ad opera militaria ipſe ſuis expenſis comparare neceſſe habet.

LXXIV.

Prædicta omni dubio carent, quando Dominus in ſuo territorio ac provincia verſatur, ſed extra territorium bellum (ratione illorum tantum, quorum *in c. un. de nov. form. fid.* 2. F. 7. mentio fit.) ſuſcipienti, non autem ſaltem peregrinanti, ut opinatur *Weſenb. c.* 10. *num.* 13. ſuccurrat, & quidem ſumptibus Domini indiſtinctè, licet feudum ſit opulentum *d. c. un.* 2. F. 107. *Schneid. d. loc. Roſenth. d. c.* 8 *concl.* 24. *num.* 5. *& concl.* 25. *Sonsb. p.* 11. *n* 44. *Schrad. d. loc. Vult. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 44.

LXXV.

Si vaſallus damnum amiſſione equorum, armorum alienarumvæ rerum ad

expeditionem necessariarum, in expeditione passus sit, nullum regressum contra Dominum habeat: ex debito enim adstrictus est adjuvare Dominum: casus igitur fortuitus Domino non imputatur. *Jur. Sax.* contrarium statutum est, adeò, quamdiu Dominus damnum non restituit, vasallus ei servire non cogitur. Wenn der Mann ein Pferdt / oder etwas anders an seines Herren dienst verlohren / das jhme doch nicht vergolten ist: dieweil ist er dem Herren zu dienen oder Lehenrecht zu pflegen nicht schuldig. Textus extat in Lehenrecht *cap.* 4. *v.* Wer ein Pferdt. *ibiq; gl. german. num.* 29. *Zob. p.* 3. *diff.* 24. *num.* 6. *Rosenth. cap.* 8. *concl.* 22. *num.* 2. *Coler. decis.* 81. *Schneidvv. p.* 5. *num.* 109. *Et Inst. de servil. cognat num.* 10. Hoc tamen jus non observari *tradit* Rittersh. *lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 35.

LXXVI.

Nostri Principes, nempe Elector, cæteriqúe Sax. Duces hac in re sibi commodè prospexerunt: certa enim cuiq; feudo constituerunt servitia, ut unusquisque vasallus secundum Feudi sui conditionem facultatesq; unum, duos, tres, pluresve Equos alat, & quasi in-

pro-

procinctu sit, quo vocatus cum hisce equis compareat, solentque vulgo in æstimationibus feudorum mille aurei pro uno equo poni, quasi is de horum fructibus aut pensionibus annuis ali queat. Quod si qui sint Nobiles, qui non habent ejuscemodi magna opulentaque feuda, nec tantum è fructibus feudi sui consequi valeant, ut quilibet unum equum ad expeditionem alere possit, tunc duo tres vel plures unum Equum Domino alere, & ad jussum tempore necessitatis eidem unà cum milite mittere tenentur atque hæc veniunt ex conventione Domini cum suis vasallis. *Alv. in cap.* 1. *num.* 7. *ibi. quæro an vasallus tenetur servire Domino &c. De nov. form fid. Zobel. in gl. d. cap.* 4. *Lehenr. sub lit. B. ad verb.* Sechs Wochen. *Jacob. Schult. in addit. ad Coler. decis.* 82.

LXXVII.

Debet autem vasallus servire Domino, sive is unus sive plures sint. Quod si vasallus unus à pluribus ac diversis feuda diversa recognoscat, ipsiq; Domini inter se bella moveāt, ipse in persona antiquiori, si de eo certò constet, servitia exhibebit, cōtra Dominū vel Domi-

nos posteriores, *c. Imperialem. §. illud quoque. & ibi Schenck Baro. n. 3. de prohib. feud. al. per Frid. 2. F. 55. Rosenth. cap. 8. concl. 15. num. 6. Hartm. Pist. lib. 2 quæst. 47. n. 34.*

LXXVIII.

Sed an etiam posterioribus Dominis vel tributum conferre, vel per substitutum servire tali casu possit ac debeat, sunt qui affirmant, quoniam hoc casu vasallus auxilium contra antiquiorem præstare non videatur, licet posteriorem per substitutum vel tributi collationem juvet, siquidem hoc non nocendi animo, sed sibi saltem consulendi causa faciat, ne scilicet posterius feudum amittat: *per l. 1. §. denique ff. de aq. pluv. arc. l. 19. §. 3. ff. de neg. gest.* Verum enimvero, cum vasallus non tantum, qui ipse, sed etiam qui per alium, contra Dominum quid facit aut committit, eundem lædere dicatur, & Dominum antiquiorem in omni juramento fidelitatis exceptum jura feudalia expresse velint *c. imperialem. § illud quoque de prohib. feud. al per Frid. 2. F. 55. c. un. §. contra omnes. Hic fin. lex 2. F. 28.* idcirco nos vasallum vel ad servitiorum exhibitionem, vel tributi collationem poste-

posterioribus Dominis non tantùm non teneri, sed ne quidem, licet velit, id sine feudi prioris amissione posse, arbitramur. *Rosenth. cap.* 8. *concl.* 16. *num.* 2. 4. 5. *& seqq. Schrader. p.* 6. *cap.* 6. *num* 20. *vers. secundo v. casu. Hartm. Pist. d. quæst.* 47. *num.* 39. qui *num.* 37. id ad illum casum restringit, quo Dominus posterior scienter feudum contulerit vasallo habenti antiquiorem Dominum. Ignoranti verò præstandum esse interesse à vasallo. Ideoque monet omnes vasallos, ut antiquiorem semper & nominatim excipiant.

LXXIX.

Aliter se res habet, si Dominus antiquior unus pluresve non invicem, sed contra alios ac diversos uno eodemque tempore bellum gerunt, tunc omnibus, & antiquiori quidem Domino in persona, posterioribus verò per substitutos sive contributionem vasallus succurrere tenetur. Hæ enim obligationis cum diversæ & separatæ sint, fidelis uni serviendo ab obligatione, qua alteri tenetur, liberari non potest. *arg. l.* 1. 2. 3. *&* 97. *ff. de sol. Schrad. p.* 6. *c.* 6.

num. 19. *Rosenth. cap.* 8. *conclus.* 16. *num.* 72. *Hartm. Pist. ibid. num.* 40. *Idem jus Sax. statuit. cap.* 46. Lehenr. ubi dicitur Ob ein ein Mann zween LehenHerren hat / oder mehr / die jhme alle des Reichs Dienst gebieten vnd verkündigen: Welcher vnter jhnen jhme dann solches zum ersten verkündiget / mit dem sol er eigener Person ziehen / aber dem Andern sol er Heerstewr geben / vnd die Reyse mit Geldt lösen.

LXXX.

Vasallus ab Imperio feudum habet à servitiis excusatur, quando contingit, quod duo pluresve Impp. diversis ab Electoribꝰ prolatis votis simul eligantur, cujus rei exemplum nobis demonstratur in Ludovico Bavaro, ac Friderico Duce Austriæ. Item in Carolo V. & Frid. I V. Saxon. Et hoc modo, quo adunus fuerit confirmatus, alter verò reprobatus, vasallus neutri servitia exhibere tenetur. *Schrad. p.* 6. *cap.* 6. *n.* 61. *Rosenth. c.* 8. *concl.* 9. *num.* 9.

LXXXI.

Libertatem omnimodam vasallus præscriptione consequitur, si nimirum interpellatus & requisitus ad servitia à Domino, illa recusavit, posteaque

per

per longissimum tempus, quod est 30. ann. feudum possedit, nec illa servitia præstitit. Vel si Dominus servitiis vasalli indigeret, ac reliquos suos vasallos ad servitia requisivit, hunc autem vasallum solum immunem reliquisset, vel si Dominus auxiliis destitutus nullos alios haberet vasallos, nec tamen per 30. annos suum interpellavit vasallum; hoc enim modo effecit, ut ipsi aliqua desidiæ imputari possit. *Schrad. p. 6. cap. 6. num. 62. Rittersh. lib 2. cap. 1. quæst. 44 Schneid p 5. num. 97 Rosenth. cap. 8. concluſ. 9 num. 20.*

LXXXII.

Incrementa feudi & accessiones ad vasallum, nisi pactum obstet, pertinere certi juris est *cap. un. §. si qui. 5. 1. F. 4. Schrad. p. 5. cap. 6. num. 26. Rittersh. lib 2. cap. 2. quæst. 6.* Unde an ratione hujus incrementi vasallus ad plura & majora servitia Domino obligetur, quæstionis est? Nos negamus, *arg. l. fin. C. de Alluv. Schrad. d. loc num. 28. Rittersh. d. loc. q. 5.*

LXXXIII.

Cum servitia maximè exhibeantur, belli tempore, uti dictum, inter hæc etiam refertur assistentia, Domino in rixa privata præstita: Guerra n. tàm publicũ bel-

bellum, quam privatam rixam significat. *teste Hotom. in Lex. verb. feud.*

LXXXIV.

Non tamen priùs tenetur ad servitia, quam requiratur à Domino: sed eo silente, vasallus quoque longos in annos tacere potest: nisi sciat vasallus Domino magnum imminere periculũ: tunc enim ultrò suppetias ei ferret. *cap. 6. §. licet 2. F. 26. ubi Schenck à Tautenberg num. 1. & 2. §. non cogitur. 2. F. 37. cap. 1. vers. Etsi scivero. 2. F. 7. Zas. p. 7. num. 27. Borch. cap. 1. num. 24 Vult. 1. cap. 10. num. 33. vers. fin.* quod tamen ita accipiendum putem: si aut ignarus sit Dominus periculi sibi imminentis: aut sciat quidem, sed non possit vasallum ad auxilium sibi ferendum evocare *Dd. dd. loc.* Et fit illa requisitio permandatum seu Edictum publicum, vel tympani aut tubæ sonitum pro cujusque loci consuetudine. De consuetudine schicket man zu einem jeden Lehenman einen sonderlichen Auffgebots Brieff / oder wann es so eilends vorfellet / schicket man dasselbe in offener Form von einem Edelman zu dem andern / die dem Boten Bekentniß geben müssen /

müſſen / das jhnen ſolcher offener Auffgebotsbrieff zukom̃en ſey. *Schn. p. 5. n. 99.* Illud quoq; Sax. Jure peculiare eſt, quod Dominus non poſſit Vaſallum requirere ad ſervitia Imperio præſtanda, niſi ipſe prius à ſuperiore fuerit requiſitus. *Lehenr. cap. 46. v. ult.*

LXXXV.

Non tamen ſemper & in quovis bello Domino ſuppetias ferre tenetur: Aut enim conſtat, juſtam eſſe cauſam Domini, & tunc omninò eum Vaſallus juvare tenetur; Aut palàm injuſta eſt belli, & inprimis offenſivi, cauſa: utpote ſi Dominus injuſtè alium offendat, in hac ſpecie minimè ei ſerviet: invitaretur enim Vaſallus hoc modo ad delinquendum. *Geil. 1. de P. P. cap. 4. n. 10. & 11.* Aut denique de injuſtitia cauſæ dubitatur, & adhuc Dominum juvare obſtrictus eſt. *pr. tit. 2. F. 28. Schenck Baro 3. F. 5. n. 20. Sonsbec. p. 11. n. 25. cum ſeq. Zaſ. p. 7. n. 27. cum ſeq. Borch. c. 7. n. 44. cum ſeq. Vult. 1. c. 10. n. 25. Schrad. p. 6. c. 6. n. 16. V. Veſenb. cap. 10. n. 10. Rittersh. lib. 2. c. 1. q. 20.*

LXXXVI.

Neque Proſcriptis ſeu Bannitis Vaſalli ſervire tenentur, *c. Domino. tit. 2. F. 28.*

Zas. p.7. n. 40. quia velut communes Imperii hostes declarati omnem securitatem amittunt. *Becht. d. tr. de sec. & salv. cond. thes.* 116. *cum seqq.* Et Vasallus omni sacramento & fide solutus est: imò si quis Bannito auxilium præstare præsumeret, eodem se reatu ac nexu banni involveret, teneréturq; pœna Receptatorum. *Geil.* 2. *de P.P. cap.* 15. *Rittershus. lib.* 2. *part. feud. cap.* 1. *num.* 21. nisi impetraverit banni absolutionem: tunc enim in pristinum statum restitui, eoque jura & bona feudalia recuperare debet. *d.t.* 2.F.28. *in verb. nisi restitut. fuerit, l.fin.* §. *C.f. de sent. pass. & rest. constitut. de P. P. tit.* die Poen der Friedbrecher. & *Ord. Cam. p.*2. *tit.* 28. *Schenck Baro* 3.F.6. *n.* 21. *cum seqq.* quinq; alias fallentias pulchrè *Bech. in d. loc.*

LXXXVII.

Adversus quem.

Debet autem Vasallus servitia præstare Domino ipsumque juvare contra omnes. *c. un. Hic fin. Lex.* 2. *Feud.* 28. *& in cap.*1. *ibi, contra omnem hominem. De nov. form. fidel.* 2.*Feud.*7. Cum enim feudum ideò concedatur, ut Vasallas fideliter serviat Domino, & hic modò contra hunc, modò contra alium, prout tempus

&

& occasio tulerit, ac necessitas imminentis periculi postulaverit, alterius servitio indigeat; meritò introductum est, ut Vasallus teneatur juvare Dominum contra omnes, qui eum oppugnant. *Andr. Kohl. in tract. de servit. feud. part. 3. num.* 1.

LXXXVIII.

Verum cum nulla regula tàm firma sit, quæ non suas patiatur Exceptiones: verba siquidem civiliter sunt intelligenda, & quædam in sermone tacitè excipiuntur. *l.* 1. *ff. de R. J. l.* 4. *ff. de serv. l.* 2. *C. de noxal. act. l. ut gradatim.* §. 1. *ff. de nun. & hon. Eberhar. in top. leg. loc. ab absurdo. Old. in tract. de Jure singulari per tot.* ideoque & hæc Regula, suas recipit limitationes.

LXXXIX.

Primò itaque non tenetur Vasallus Dominum juvare contra seipsum, cùm in omni dispositione & pactis in genere initis semper persona loquentis excipiatur. *l.* 29. §. *ult. ff. de pignor. & hypoth. Ord. comm. in cap.* 1. *Hîc fin. Lex.* 2. *Feud.* 28. *l.* 18. *ubi Bal. de solut. Zas. p.* 7. *n.* 34. *Borch. c.* 1. *n.* 41. incipiatque à se ipsa ordinata charitas.

l. 6.

l. 6. C. de serv. & aq. Imò si quis promisisset juvare Dominum contra se ipsum ; non audiretur, cum illa promissio sit turpis, adeoq; per se nulla. *Bald. in cap. 1. §. fin. de prob. feud. al. per Frid. 2. F. 55. I ult. I. c. 10. n. 28. Borch. d. cap. 7. n. 41. V Vesenb. cap. 10. n. 11. Rittershus. lib. 2. c. 1. q 25.*

XC.

2. Licet Patria Vasalli non reperiatur excepta; tamen non cogitur contra illam Vasallus Domino servitia militaria præstare: cuiq; enim patria est suavissima. *l. qui habebat. 101. ff. de legat. 3.* & Patriæ salute nihil chariùs cuiquam esse debet ; longèq; Parentum charitati præferenda. *l. 35. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. 19. §. 7. ff. de capt. & postlim. rev.* cùm, ut Cic. inquit, patriæ charitas omnium charitates complectatur. *Schneidvv. p. 5. n. 86. Rosenth. c. 8. concl. 15. n. 5. Sonsb. p. 11. n. 34. Schenck Bar. 2. F. 7. n. 4. Borch. c. 7. n. 42.*

XCI.

3. Contrà Imperatorem Vasallus Dominum juvare non tenetur, cum Imperiali Majestate nihil sit majus vel sanctius. *c. 1. de nov. form. fidel. ibi.* Excepto Imperatore. 2. F. 7. unde tacitè etiam in quovis juramẽto fidelitatis exceptus intelli-

telligitur. *c. Imperialem. §. ult. de prob. feud. al. per Frid. 2. Feud. 55. c. 1. §. fin. Hic fin. Lex. 2. F. 28. l. fin. C. de LL.* quod etiam extendunt ad Regem vel Principem, superiorem non recognoscentem. *Vult. 1. cap. 10. n. 29.* nec sine ratione; in omni enim juramento superioris auctoritas excepta videtur. *c. venientis. c. petitio. ext. de Jurejur. c. venerabilem in f. ext. de elect.*

XCII.

4. Limitatur in Domino antiquiore, quem Vasallus in fidelitate, posteriori præstitâ, tacitè excepisse intelligitur: in omni enim juramento censentur excepta ea, quæ prius quis jurato promisit. *c. intellecto. ext. de jurejur. c. licet mulieres. eod. in 6.* ideoque contra illum novo Domino servitia militaria præstare neutiquam tenetur. *c. un. Hic fin. Lex. 2 Feud. 28. Schenck Baro 2. F. 6. n. 4. Vult. 1. cap. 10. n. 30.* imo si posteriorem adjuverit contra priorem, feudo privabitur. *Zas. p. 7. n. 23. cum seq. Schrad. p. 6. cap. 6. n. 20. Hartm. Pist. q. 47. n. 35. & seq.*

XCIII.

An etiam contra Patrem? ita Comm. tenent *per c. 1. tit. de nov. form. fidel. 2. F. 7. ibi, adversus omnem hominem. & §. fin. hic finitur*

finitur lex, 2.*Feud*.28. Verum hæc opinio, utpote juri divino, Naturali & Civili contraria, recipienda non videtur. Jure namque Divino & naturali jubemur parentes honorare. *l*.2. *ff. de just. & jur.* At jura naturalia immutabilia sunt. §. *Sed naturalia* 13. *Inst. de J.N.G. & C.* Et Vasallus tenetur Dominum juvare, quantum possibile est. *c. un. ibi*, pro posse meo, *& ibi*, sicut potero. *de nov. form. fid.* Patri autem resistere filium non posse rectè dicimus, cum facta, quæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam, & contra bonos mores sunt, nec posse nos facere credendum sit: ut eleganter loquitur JC. Papin. *in L.* 15. *ff. de condic. & dem.* Tum etiam Persona Patris & Filii censentur una & eadem, & ita Vasallus Dominum juvando contra Patrem, videretur eum adjuvare contra seipsum: ad quod tamen eum non teneri, supra dictum. Nec obstat textus 2.F.7. generalitas, quia pro absurditate vitanda restringenda est generalis dispositio: nos movemur *d.*§.*f.* 2.F.28. Hunc n. corruptū esse existimat *Cujac.* & in antiquioribus libris vocem Patris dum reperiri testatur: nec apud *Ardizonem c.*66. istam haberi fatetur. *Rosenth. c.*8. *concl.*10. Idq; exinde

de fit verisimile, quod Glossa nullam explicationē super isto verbo habet, quod proculdubio, ut rem magni momenti, nō neglexisset: unde & in Gothofredi editionibus duabus virgulis incluſa reperitur. Quod si tamen textuum verbis omnino inhærendum esset, non absonum foret illos civiliter intelligere cum *Vultejo l.1.c.10.n.33.* de auxilio Domino præstando, non qui alium offendit, sed qui ipse, & quidem injustè offenditur. Pater n. Dominum Vasalli injustè offendens, agit contra jus naturale, quo hominem ab homine beneficio potiùs affici, quam lædi æquum est. *l.7.ff.de serv. expert.* ut ita indignus censeatur is, qui contra jus naturale agens, beneficium juris naturalis expectet. *arg.l.auxilium 37.ff. de min. Vult. d.loc.*

XCIV.

Neq; etiam contra filium Dominum adjuvabit, cum par sit impietas filio & Patri necem afferre. *arg. l.1. ff ad L.Pomp. de parricid.* Deinde Pater & Filius censentur una eademque persona, & filius pars quodammodo corporis ejus est: Cum igitur pro Domino nemo cōtra seipsum stare cogatur, non quoq; tenetur Vasallus pugnare contra filium, nisi

filius

filius quid contra Rempub. moliatur, vel ad patriam delendam venerit, ut loquitur *Marcellus in d. l. 35. ff. de relig. & sumpt. fun.* patria enim, *ut Cic. ait*, est antiquior parens: tunc enim Vasallus Dominum contra filium, ut & contra patrem juvare potest. *per d. §. fin. 2. Feud. 28.* quem ita explicare juris ratio postulat. *Zas. p. 7. de feud. num. 30. & seq. Schrad. p. 6. cap. 5. Rosenth. d. c. 8. concl. 14. Schneid. p. 5. num. 87. Rittersh. Lib. 2. cap. 1. q. 27.*

XCV.

Tandem Tertiò, ad feudi conservationem quoque pertinere diximus, Possessionis retentionem. Idque maximè Jure Saxonico, quo omnis Juris feudalis vis in feudi justâ possessione sita est: **Lehenr. cap. 13. in fin. in verb. Allein daß er solches in seinen rechten gewehren behalten hette.** Adeò ut ne filii quidem absque possessione feudi jus in illo legitimum retinere possint, **denn sie (die Kinder) ohne die besitzung vnd gewehr des Lehens/ keine Lehensgerechtigkeit an dem Gute gehaben mögen/ &c.** ut inquit *Saxo cap. 35.* **Lehenr. v. Denn sie.**

XCVI.

XCVI.

Etsi verò plures vel coheredes vel simultaneè investiti jus in feudo habere possunt (quemadmodum & jus infeudandi ad plures interdum Dominos spectat) ad unum tamen justa feudi possessio pertinet. **Lehenr.** *cap.* 14. *in pr.* nisi plures, puta pater & filius; unus vel plures communem possessionem acquisiverùt: tunc enim illis post mortem patris prodest. **Lehenrecht** *cap.* 35. *v. ult.*

XCVII.

Retentio autem justæ possessionis vel animo & corpore fit simul, vel animo saltem corpore, & animo simul, quando animo domini rem tenet. *l. qui bona.* 19. §. 1. *l. possessionem.* 29. *ff. de acquir. vel amitt. poss.* aut fructus vel pensiones exre percipit. *l. Titia. ubi Bart. ff. de solution. l. litibus.* 20. *C. de agricol. & censit. l. Celsus. & ib. Bart. n.* 20. *ff. de usucap. Lanfranc. in c. quoniam. verb. testium. n.* 9. *ext. de probat.* Idem hoc casu apertè decisum est Jure Saxonico. **Lehenr.** *cap.* 14. *v.* **Welcher es denn.**

XCVIII.

Animo saltem & potissimum quidem possessio retinetur. *l. possideri.* 3. §. *saltus.* 11.

& seq. l. clam possidere 6. §. 1. l. si id quod. 25. §. fin. ff. de acquir. vel amit. poss. l. 1. §. sive autem. 24. & seq. ff. de vi, & vi amat. impossibile enim est, ut quis horarum momentis rebus suis corpore insistat. Quin etsi feudi possessio ablata sit per vim, animo tamen nihilominus retinetur, modo singulis annis id contestetur vasallus, Jure Saxonico. **Lehenrechs** *cap. 22. v.* **Wo auch ein Mann.** *& cap. 33. in pr. ib.* **Und ob jhm das hernach jemands nimmet/ &c.**

XCIX.

Effectus autem hujusmodi retentionis multiplices sunt. Nam primò retinet jus suum feudale possessor iste, nec privari sine causæ cognitione possessione sua potest. *c. 1. de nat. feud. 1. F. 7. pr. de feud. sin culp. non amit. 1. F. 21. §. fin. quo temp. mil. invest. pet. deb. 1. F. 22.* etiam Jure Saxonico; nisi ipsemet eam dimiserit. **Lehenr.** *cap. 39. in pr.* quamvis alii jam tùm investitura facta sit. **Lehenr.** *cap. 53.*

C.

2. Præfertur in retentione feudi is qui justam habet possessionem omnibus aliis, quocunque tandem modo possessio-

nem

nem injustam nacti sint. Lehenr. *cap.* 37. *v.ult.* etiam ipsi Domino. Lehenr. *d. c.* 53. *ibid.* **Kein Herr mag auch einem ein Gut leihen / noch das zugewehren zusagen / er habe es dann zuvorn selbst in seinen gewehren.**

C I.

3. Lite quoque de possessione motu pendente, retentio ista non ipsi tantum proficit, sed & Domino suo jus proprietatis in feudo sartum tectum conservat. **Lehenr. *cap.* 38. *v.* Und so denn der Mann.**

C II.

4. Retinens possessionem jus suum legitimis modis, p. per subinfeudationem, successionem filiorum vel agnatorum & similes, transferre potest: siquidem Jure Saxonico transmittendi facultas à possessione dependet, adeò ut nequicquam transmitti in feudis possit, nisi cujus quis possessionem obtineat, uti ex *cap.* 5. Lehenr. *in pr. ib.* **Es were dann das der stürbe/ &c** *cap.* 6. *cap.* 11. *in pr.* & *cap.* 59. *v.* **Alle Lehn ohne Gewehr die haben keine volge/ &c.** probat *Hartman. Pist. Lib.* 2. *quæst.* 19. *n.* 59.

CIII.

5. Denique Possessionem qui ex aliâ causâ habet, si refutatio ipsi coram domino facta sit, illius retentio statim feudalem possessionem operatur. **Lehenrecht** *cap. 39. vers.* **Ob auch ein Mann.** qui textus, quamvis non expresse de eo qui jam tum rei refutatæ possessionem habet loquatur, ita tamen exaudiendus & interpretandus est, quod & Zobelius *in glossa margin. ibid.* facit: ne scilicet solo animo, sine corporali apprehensione possessionem acquiri statuamus, cōtra manifestum rationis, & Juris exinde derivati dictamen, de quo in *l. possideri. 3. §. 1. & §. in amittenda. 6. in f. l. quemadmodum. 8. ff. de acquir. vel amit. poss. l. fere. 153. ff. de R. J. adde Cujac. Lib. 4. Obs. cap. 3.*

CIV.

Sed hæc omnia de justâ possessione accipienda sunt. Injusta enim possessio nec retentionis beneficia, nec ullum jus tribuit: qualis est, quæ per vim, de qua **Lehenr.** *cap. 14. vers.* **Dieses heist aber.** vel quæ in bonis pupillorum feudalibus quæsita est: nam à pupillo nemo alius, quo-

quocunque etiam titulo, justam possessionem nanciſci, nec illam acquisitam retinere poteſt. Lehenr.. *cap.* 26. *v.* Niemand mag auch eine rechte Gewehr *&c.* Concordat juris communis dispositio, qua cautum eſt, nullam possessionis translationem & ei alienationem per pupillum ſine tutoris auctoritate fieri poſſe §. *nunc admonendi.* 2. *& ibid. Dd. Inſtit. quib. alienar. lic. vel non. cum ſimilibus.*

CV.

Injuſta quoque meritò rei feudalis poſſeſſio dicitur, quæque nihil juris tribuat, & quæ ſine inveſtitura eſt. Lehenr. *c.* 59. *v.* alle Lehen. *& ib. Zobel. lit. J. & L.* Juſtam enim feudum poſſidendi cauſam inveſtitura dat *cap.* 2. *in pr. quid. ſit inveſtitura.* 2 F. 2. *cap.* 1. *ſi de inveſt. feud. controv. fuer.* 1. F. 4. *Matth. Weſenb. p.* 7. *conſ.* 345. *num.* 69. Quemadmodum ē contra inveſtitura ſine juſtâ poſſeſſione planè nihil operatur *d. v.* alle Lehen. imò fieri nequit ſine titulo & poſſeſſione feudi *Weſenbec. d. p.* 7. *conſ.* 324. *num.* 31.

Hinc Jure Saxonico, qui possessionem ejusmodi sine investiturâ habet, non admittitur ad jusjurandum: sed probare debet investituram sex partibus curiæ: Lehenr. *cap.* 75. ubi hoc uberius declaratur. Plura de possessionis probatione, & quis processus Jure Saxonico servandus; si vel duo vasalli invicem, vel vasallus cum Domino de ea contendant, vide Lehenr. *cap.* 40. & 41. *per tot.* & *c.* 59. *v.* Spricht aber.

CVI.

Quod autem dictum est, Investituram sine possessione nihil operari, id notabiliter limitatur in simultanea investitura & Expectativâ: Harum enim investiturarum insignes effectus supra Disputatione Quinta enumeravimus: quibus merito illud addendum, quod quamvis per inductionem in possessionem Feudi Vasallus regulariter justus possessor efficiatur: in illis tamen duabus Investituræ speciebus vacuam possessionem propriâ auctori-

toritate apprehendere Investitum posse, Jure Saxonico Lehenr. *cap.* 10. *vers.* Wenn ein Herr *&* *cap.* 57. *v.* Dann wann der stirbt. *Hartm. Pist. lib.* 2. *quæst.* 25. *n.* 26. *Coler. decis.* 93. qui existimat Jus commune feudorum esse in contrarium.

F I N I S.

Colle-

Digitized by Google

Collegii Feudalis publici

Disputatio VIII.

De

Feudi amissione quæ fit sine culpa.

Respondente

Erico Georgio Lange/
Hamelensi.

Thesis I.

QUemadmodum omnium rerum, quas natura producit, certi habentur modi, quibus nascuntur & rursus moriuntur; ita similis est ratio, earum rerum, quæ hominum inventione constant: ut patet in testamentis, *Inst. Quib. mod. testam. infirm.* Obligationibus *Inst. Quib. mod. tollit. oblig.* Propterea cum in præcedentibus disputationi-

tionibus actum sit de modis, quibus feuda acquirantur & conserventur nunc videndum est de iis, quibus acquisita amittantur.

II.

Amissio feudi.

Amissio autem feudi nihil aliud est, quàm privatio juris, quod Vasallus vel Dominus in feudo habet, ut notatur *in c. un. Qual. dom. propr. feud. priv.* 2.F.47.

III.

Cum autem feuda semel legitimè acquisita sine justa causa vasallo rursus eripi non possint, *c. un. De feud. sin. culp. non amitt.* 1.F.21. *c.un.* §.*f. Quo temp. mil. invest. peter. deb.* 1.F.22. *Hartm. Hartm. in pract. obs. tit. de feud. observ.* 24. ne quidem à summo Principe, cum tota ipsius majestate. *Laudens. in c.un.* §. *notandum est. num.* 7. *De his qui feud. dar. poss.* 1.*Feud.* 1. *Tiber. Decian. vol.* 1. *respons.* 23. *num.* 1. idcircò certæ quædam causæ expressæ sunt, quibus Vasallus feudo privari possit. *c. un. in quib. caus. feud. amitt.* 2.F.23.

IV.

Et quamvis non omnes causæ amissionis feudi una aliqua certa ac rotunda definitione comprehendi possint. *c. un. in quib. caus. feud. amitt.* 2.F.23. Unde mo-

net

net Obertus de Orto, ut judex, qui æquitatis minister est, causas hujusmodi subtiliter discutiat & perpendat, *c. un. Quæ fuit prim. cauf. benef. amitt.* 2. *Feud.* 24. Multis enim modis contingere potest, ut præter causas in feudorum libris enumeratas, aliæ emergant ex quibus feudum Vasallo adimi possit: cùm semper natura novas deproperet edere formas. 2. *F.* 24.

V.

Principaliores tamen ad duo summa genera commodè referri possunt; ut nempè dicamus Feudum amitti vel sine culpa vel ex culpa *cum Dd. comm.* Etsi enim Vultejus 1. *F.* 11. *n.* 3. distinguat inter modos feudum finiendi & amittendi: cùm feudum interdum ita amittatur, ut omninò extinguatur, feudumq; esse desinat: interdum ita, ut ipsum quidem esse non desinat, is tamen qui ipsum possidet, amittat; quem sequitur Gœdd. *disp. feud.* 9. *th.* 1. hoc modo feudum amitti, illo finiri existimantes: ista tamen distinctio & juri contrariatur, & sibiipsi. *Amissio feudi fit vel sine culpa, vel ex culpa.*

VI.

Juri; quia Jul. Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. unde desumta esse videtur ista distinctio,

ctio, ipsemet mutationem, capitis minutionem, cessionem & dominii comparationem, modos amittendi usumfructum facit; qui omnes sunt Vultejo modi finiendi. Deinde Imp. *in §. finitur. 3. Inst. de Usufr.* non, vel malè utendo finiri usumfructum dicit, cùm tamen feudi deterioratio amittendi modus sit Vultejo *d. cap. 11. num.* 39. Quin imò omnes finitionis modi ab ipso Imp. *d. §. 3. & seq.* ut & à Vultejo enumerati, amittendi modi vocantur *in Rubr. & tot. t. D. Quib. mod. Usufruct. amitt.* ut & ab ipsomet Justiniano *in l. corruptionem* 16. §. 1. & 2. C. *de Usufruct. & l. fin. C. de Servit. & aqua.*

VII.

Sibiipsi; quia morte Domini vel Vasalli, præscriptione, refutatione non semper feudum extinguitur, sed is, qui illud possidet, hoc amittit: & tamen hos feudi finiendi modos faciunt, inprimis Gœdd. *d. disp. 9. th.* 2. Nam quamvis Vultejus saltem de illa morte & præscriptione loqui videatur, qua Domini & Vasalli agnatio & jus feudi planè extinguitur: eo ipsa tamen hosce amittendi feudi modos in persona Vasalli possessoris

soris contingentes & reliquis quidem frequentiores, vel planè omitteret, sicque imperfecta esset distinctio, vel certè ad alteram speciem, delictum nimirum de quo Vultejus *d. cap.* 11. *num.* 11. & Gœdd. *th.* 3. illi referendi forent, quod absurdum. Atque hanc distinctionem jam ante rejecit Rittershus. *lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 17. Interim quia Vultejus ipse nō diffitetur amissionis & amittendi verbum generalius esse, *d. cap.* 11. *num.* 3. nos illud ut instituto nostro accommodatius, retinebimus.

VIII.

De feudi verò amissione quæ fit ob culpam, in præsenti disputatione, propter ejus materiæ prolixitatem, nihil agemus, sed remittentes eam ad subsequentem, in hac nostra tantùm De Amissione, quæ fit sine culpa, adjuvante Deo dispiciemus.

IX.

Contingit autem amissio feudi vel respectu Domini vel Vasalli. De Vasallo prius loqui, cùm exinde de Domini amissione facilius constare possit, commodius videtur.

X.

De Amissione respectu Vasalli.

1. Rei Interitus.

Vasallus itaque sine culpa amittit feudum vel necessariò & invitus, vel voluntariè. Quoad necessitatem amittitur feudum primò Rei feudalis interitu, puta, incendio, chasmate, terræmotu, ad similitudinem ususfructus & emphyteuseos. §. 3. *Inst. de Usufr. l. pen. C. eod. l. repeti. 5. §. rei mutatione 2. D. Quib. mod. Usufr. amitt. l. 15. §. 2. D. locat. l. 1. C. de jur. emphyt. VVesemb. de feud. cap. 5. n. 2.* Sublato enim corpore in quo jus aliquod est, ipsum etiam jus tanquam adjunctum & accessorium tolli necesse est, *l. cum principalis 178. D. de R. J. c. accessorium de R. J. in 6. Vultej. 1. feud. 11. num. 5. Gædd. d. disp. 9. thes. 2. lit. A.*

XI.

Item inundatione, quod in locis maritimis sæpius fit, *l. qui universas. §. itemq; à mari. l. interdum 21. §. quod ex naufragio D. de acquir poss.* ut & calamitate belli, cùm prædia occupantur ab hostibus, *l. tùm unus. §. fin. D. de bon. auth. jud. poss.* quod si postliminio redierint Domino proprietas, Vasallo feudum restituitur, *arg. l. 26. D. Quib. mod. Usufr. amit.* At non interit si minuitur. *vide Aymum 2. de allu. 17. in fin.*

&

& c. 11. *n.* 5. nam ſi pars ſaltem rei feudalis intereat, feudum in totum non extinguitur. An verò in tali caſu ſervitia moderanda & ex parte remittēda ſint, quæſtionis eſt? Affirmat *Roſenthal c.* 8. *concluſ.* 28. *Niell. diſp. feud.* 8. *th.* 1. Huc pertinet caſus exhauſti ærarii principalis. Tunc n. feudum Cameræ vel cavenæ extinguitur; ſi ſcilicet ita evacuata ſit cavena, ſine culpa promiſſoris, ut ipſe egeat. Auctâ autem Camerâ reviviſcit id feudum *in pr. de not. feud.* 2. *Feud.* 58. *Hottom. diſput. feud. cap.* 39. *Ritterſhuſ. lib.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 9. *in med.*

XII.

Secundò. Morte Vaſalli naturali relinquentis vel non relinquentis poſt ſe liberos maſculos aut agnatos, quibus jus ſuccedendi in feudo ex inveſtitura, vel ſi feudum ſit ejusmodi, de quo Vaſallus jure disponere poſſit, ex ultima aliqua voluntate competat, *c. unic. in princ. Qual. olim pot. feud. alien.* 2. F. 9. *c. un. in fin. apud quem vel apud quos controv.* 1. *Feud.* 18. *c. un.* §. *Hi verò. De Succeſſ. frater.* 2. F. 11. *l ultej. d. l. num.* 6. 2. *Mors Vaſalli naturalis.*

XIII.

Tertiò. Morte Vaſalli civili, maximè numi- 3. *Mors Vaſalli civilis.*

nimirum vel media capitis diminutione, sine culpa, puta, servitute iis in locis ubi jura servorum obtinent, similive modo eveniente: nam servos per se feudorum capaces non esse, *ex §. Sed etiam I. vers. personam. per quos fiat invest. 2. F. 3. & 6. un. Servos post delat. succes. 2. F.* 106. constat & suprà *disp.* 3. uberius monstratum est. Procedit autem id maximè secundum jus nostrum civile, exemplo Ususfructus *in l. pen. C. de Usufruct.* & inprimis ex eo probatur, quod, cùm feuda non jure naturæ, sed civili sint introducta, Cives Romani tantùm eorum capaces sint, exclusis iis, qui maximam & mediam capitis diminutionem passi sunt. §. 1. *& 2. Inst. de Capit. dimin. Vultej.* 1. *Feud.* 11. *n.* 8. *Mozz. c. ult. n.* 116.

XIV.

4. Imperfectitudo corporis naturalis.

Quartò, Imperfectitudine corporis naturali: Si Vasallus naturâ mutus, surdus, cæcus, vel aliàs imperfectus & casu aliquo feudi possessionem nactus fuerit. *c. un. An mutus vel aliàs imperfect. 2. Feud.* 36. Naturâ enim imperfecti servire non valent, nec ulla spes est eos unquam fore habiles aut utiles Domino *Hartm. Pist.* 2. q. 32. *n.* 14. *&* 15. ideoq; ab initio semper feudi

De Feudi amiſſ. quæ fit ſine culpa. 9

feudi incapax eſt, & nunquam juſtam & vitio aliquo, puta, vis, clandeſtinitatis & precarii carentem poſſeſſionem inchoare poteſt, *Hartm. Piſt. d. q. 32. n. 34. 38. 43.*

XV.

De accidentali verò vitio, quamvis multis idem dicendum videatur, quod de naturâ inhabilibus diximus, tùm propter generalitatem textus, tùm propter alias rationes quas notat *Hartm. Piſtor. d. quæſt. 32. num. 16. & ſeq.* aliud tamen receptum eſt, ut nempè Vaſallus ob caſum ita fortuitò ſupervenientem feudo privari non poſſit. *Daniel Moller. libr. 3. ſem. cap. 34.* ubi ita à Lipſenſibus reſponſum ſcribit *Schneidvv. p. 6. cap. 2. num. 34.* Quod jure Saxonico clarè deciſum extat Land-recht *lib. 1. art. 4.* cujus verba hæc ſunt: Wird ein Kind gebohren Stumm oder Witzloß / oder blind / oder ſonſt vnvollkömlich an ſeinem Leibe / das iſt wohl Erbe zu Landrecht / aber nicht zu Lehenrecht. Hette aber ein Mann Lehn entpfangen / ehe er alſo gebrechlich worden were / das verleurt er damit nicht / der auſſetzige Mann der empfehet gleicher weiſe kein Lehen / noch kein Erbe / hat er aber das

empfangen vor der Seuche/ vnd wird darnach siech / Er behelt es / vnd vererbet es als ein ander Mann. Er Lehenrecht *cap.* 30. *ibi:* Man mag auch niemande sein Lehen nemen deßhalben daß er blind ist/ oder wird / oder eines Gliedes an seinem Leibe nicht hat / noch auch sonsten vmb einerley Kranckheit oder Gebrechen willen. *Adde gloss. germ. in fin. ibid.*

XVI.

Idque maximè æquitas suadet, quæ mutua inter Dominum & Vasallum est, quod nimirum post feudum legitimè acquisitum inhabiles facti, illud non amittant *Dd. in c. un.* §. *Prædictis ibi: æquitati obsecundare sollicitus. Quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* 2. F. 24. & persuadet ipsum fidelitatis juramentum à Vasallo, cùm adhuc / perfectus esset, præstitum, quod conditionem de possibili expressè annexam habet, *c. uni c. de form. fidel.* 2. F. 6. *c. un. de nov. form. fidel.* 2. *Feud.* 7. valdè enim rigidum & iniquum foret, si id quod semel legitimè factum, ex superveniente casu retractetur & in irritum vocetur, *l.* 2. D. *de itin. act. priv. l. donationes in concubinam* 31. D. *de Donat.* plura vide apud *Hartm. Pist. d. q.* 32. *num.* 18. 19. 23.

24

24. *& seqq.* ubi & *num.* 33. *&* 38. textus juris feudalis communis inducit & explicat: & non tantum de feudo paterno, sed & novo confirmat. *num.* 19. 20. 37. *& seqq.*

XVII.

Quintò defectu conditionis. Nam si feudum datum sit sub certa conditione, utpote, propter habitationem, certum servitium pro vice dominicaria vel villicaria, vel pro Decania, Guardia, Gastaldia &c. cessante ista conditione vel adempto isto officio feudum quoque extinguitur. *cap.* 1. *de condit. feud. non implet.* 2.F.75. *cap.* 1. *de feud. impropr.* 2.F.81. *cap.* 1. *de feud. guard. & gastald.* 2. *Feud.* 94 *cap.* 1. *de feud. habit.* 2. F. 105. Et in hujusmodi concessionibus, quamvis conditio expressè apposita non sit, tacitè tamen subintelligitur, *d. cap.* 1. *de condit. feud. non implet.* 2.F.75. *cap.* 1. *condit. feud. tac. sequi.* 2.F.89. *5. Defectus conditionis.*

XVIII.

Sextò Revocatione. Nam feuda ista impropria quæ à minoribus valvasoribus dabantur, olim liberè quandocunq; vellent, revocari poterant, etiam sine præcedente culpâ. §. *& quia vidimus* 1. *& §. fin.* *6. Revocatio.*

§. *fin. de his qui feud. dar. poss.* 1. *Feud.* 1. *c.* 1. *de natur. feud.* 1. F. 7. *cap.* 1. *de feud. dat. minim. valvas.* 1. F. 16. *cap.* 1. *de feud. impropr.* 2. F. 81. Ejus tamen duæ erant exceptiones: 1. Si Subvasalli isti Dominum Romam proficiscentem comitati fuissent. 2. Si pretium intervenisset, illud quippe restituendum erat *dd. textib.* Sed tamen istud olim Mediolani, deinde generali quoque consuetudine abrogatum est, ut idem hoc casu, quod in aliis feudis juris sit, *d. c.* 1. *denat. feud.* 1. *Feud.* 7. *in fin. & ibi Andr. de Isern. in pr.*

XIX.

7. Tempus. Septimò, Tempore. Nam feuda omnia antiquitus saltem erant annua, quæ postea ad vitam fidelis sunt concessa. §. *& quia vidimus.* 1. *de his qui feud. dar. poss.* 1. F. 1. Nihilominus tamen quæ certi alicujus officii, guardiæ puta vel gastaldiæ, & advocatiæ causa data sunt, adhuc hanc naturam retinent, ut transacto anno desinant. *in pr. de feudo guard.* 1. *Feud.* 2. *cap.* 1. *de pignor. dat. feud.* 1. *Feud.* 11. Multò ergò magis id obtinebit, si expressa conventione certum tempus, sex puta vel decem annorum, finiendo feudo præfitutum est. *d. prine. in fin. de feud. guard.* 1. *Feud.* 2.

1. Feud. 2. Rittershuſius dict. libr. 2. cap. 6. quæſt. 7.

XX.

Octavò, Evictione. Si forte res alie- 8. *Evictio.*
na in feudum data & à vero Domino quocunq; tempore evicta ſit, lata contra Vaſallum ſententiâ, *cap. 1. de Inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8. Schrad. p. 9. de feud. c. 10. n. 4. Rittershuſ. d. cap. 6. qu. 12.* An autem & quando Dominus teneatur damnum hoc ſarcire ſupra *diſp. 5. th. 85.* expoſitum eſt.

XXI.

Nonò, Præſcriptione utilis dominii, 9. *Præſcri-*
puta ſi Dominus prædium feudale juſto *ptio.*
tempore, triginta ſcilicet annorum, tanquam allodium poſſederit & ſic amotionem utilis dominii & conſolidationem uſusfructus cum proprietate præſcripſerit, *Borcholt. cap. 7. part. 3. num. 11.* Etſi verò hac de re in cauſa Nobilium de Röden contra Comitem de Wertheim dubitandum fuiſſe in Camera ſcribit *Mynſing. Cent. 4 obſ. 28.* Ratio tamen manifeſta eſt, præſcriptionem hic locum habere, cùm unumquodq; eodem modo diſſolvatur, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale 35. l. omnia quæ. 100. D. de R. J.* ut igitur

feudum

feudum præscriptione triginta annorum acquiritur, ita & per tot annorum spatia non utendo amittitur, & utile dominium cum directo consolidatur. *Bald. ad c. si quis per 30. annos. Si de feud. defunct. content. fuer. 2. F. 26. Specul. sub tit. de Emphyt. num. 25. & seq. Zas. p. 12. n. 14. Dd. ad l. cum notissimi 7. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Finckelthauß *disput. feud. 3. Controv. 8. Arumæ. disp. feud. 5. thes. 34. VVurms. tit. de feud. Janus de Arcedura concl. feud. cap. 3. concl. 7. n. 39.*

XXII.

Valdè autem ambigitur utrum hæc libertatis præscriptio, soli Vasallo, an etiam ejus agnatis, si feudum est vetus, noceat? illud affirmandum, hoc negandum putamus; idque ex æquiore & receptiore opinione: quia præscriptio in effectu est species alienationis, *l. alienationis 28. D. de V. S.* alienatio autem feudi paterni à vasallo facta nihil præjudicat agnatis. *c. si de feud. defunct. cont. §. Titius filios. 2. F. 26. & 2. F. 39.* Cui regula naturali æquitati consentanea accedit, unicuique factum suum, non alteri nocere posse aut debere, *l. factum. 155. D. de R. J. l. non debet alteri. 74. l. id quod nostrum est. 11. eod.*

Et

Et hac ratione tam Domino prospicitur, quia feudo fruitur, quàm agnatis, quia jus eorum quæsitum non intervertitur.

XXIII.

Nec aliquid contra nostram assertionem facit, quod præscriptio etiam successores submoveat, *c. ad audientiam. 13. ext. de præscript.* Illi enim successores causam habent à capitulo, Ideo ex obligatione capituli tenentur. *arg. l. ex quæ persona. 149. D. de R. J.* Alia autem ratio est in agnatis, qui mortuo demum Vasallo ex providentia primi acquirentis in feudo succedunt, & plenum jus acquirunt, *1. Feud. 14. §. 1. vers. Si verò. 2. F. 16. §. Titius filios.* non verò eo adhuc vivo. Cùm itaque præscriptionis tempora ex eo die computanda sint, quo actiones principales competere cœperunt, *l. 1. §. 1. vers. nemo itaq; audeat. C. de annal. except. l. sicut. 3. vers. quæ ergò anted. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* ratio ipsa dictitat Agnatos ante obitum negligentis possessoris præscriptione submoveri non posse: cùm non valenti agere non currat præscriptio. *Gail. lib. 2. obs. 60. n. 4.*

XXIV.

XXIV.

Sic etiam præscriptione feudum amitti dicimus, si alius contra ipsum Vasallum investitus fuerit; & sic rem bona fide quidem longo tempore, malâ verò longissimo, possidendo utile ejus dominium præscripserit. *Schrad. p. 5. cap. 4. n. 3. & 4. Boer in tract. de præscript. feud. cap. 2. n. 188. & 195.* Quod tamen ita accipiendum, ut si post præscriptionem completam veniat, justàm causam prætendens restituendus sit: Utpote si Reipublicæ causa abfuerit, &c. *Schrad. p. 5. cap. 4. n. 5. Janus ab Arcedura concl. 7. n. 39.*

XXV.

Oblatio feudi facta Ecclesiæ.

Denique 10. amittitur feudum necessariò oblatione feudi facta Ecclesiæ à Domino quem mirandum amittendi modum appellat, *Rosenthal. Synopt. feud. cap. 10. concl. 88.* Si quis enim allodium, id est rem propriam, quam alteri in feudum dederit, Ecclesiæ postea confert, tunc Ecclesia ipsi infeudato rem auferre potest si placet, ut tunc, nisi Vasallus per gratiam Ecclesiæ istud de novo receperit, illud amittat, *c. un. de Allod. 2. Feud. 54.* Quod quàm ab omni humanitate & ratione sit alienum facile vides inquit, *Rosenthal d. concl. 88.*

XXVI.

XXVI.

Hactenus de modis amittendi feudum necessariis: sequuntur modi Voluntarii: quorum potiores sunt Subinfeudatio & Refutatio: Quibus annectimus Monachismum seu Clericatum & Divisionem.

XXVII.

Subinfeudatio est actus, quo Vasallus feudum, quod habet, vel totum vel ejus partem alii in feudum legitimè cōcedit. Nihil enim refert, sive totum feudum Vasallus concedat in Subfeudum, sive partem ejus quotā, puta dimidiam, tertiam, quartam, *c. nn. §. Si verò. ubi Dd. Qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. Andr. Kohl. tract sing. de Subfeud. cap. 1. n. 6. &c. Ethrad. de feud. p. 8. cap. 2. n. 12. Rosenth. de feud. c. 9. concl. 45. n. 3. Everhard. jun. vol. 1. consil. 11. Vultej. 1. de feud. cap. 10. n. 137. Aruma. disp. feud. 7. th. 16.* Germani vocant Afterlehnung, Galli Arriere fief. *Eguin. Baro 2. F. c. ult.* Belgæ vocant taliter Subinfeudatum, Een Achterlehnman. *Besold. thesaur. pract. verb.* Afterlehen. *Subinfeudatio.*

XXVIII.

Dubitatur quidem à quibusdam, ut *Johan. Bapt. Ferret. cons. 40. n. 31. Jul. Clar.*

§. *feudum. qu.* 32. *n.* 2. An permissa sit Vasallo Subinfeudatio? *ex cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. F. 55. ex quo constat, sine consensu Domini omnem feudi alienationem esse prohibitam; verùm ex pristino jure reservatum censetur, ut Vasallus feudum suum alteri nomine feudi concedere & de eo subinfeudare illum possit, *Montan. de feud. lib.* 2. *cap.* 4. *Duaren. cap.* 5. *n.* 6. & multis authoritatibus tàm de jure novo, quàm novissimo idem probat Hartm. Pistor. *lib.* 2. *q.* 44. *in princ.* pluribusque in locis traditum est, eam Vasallo permissam esse. *text. in c. un.* §. *beneficium. Si de feud. defunct. cont. sit.* 2. F. 26. *c. un. vers. Si verò Qual. olim feud. pater. alien.* 2. F. 9. *c. un.* §. *Similiter* 2. *de leg. Corrad.* 2. F. 34.

XXIX.

Regulariter itaque quicquid concessum est in feudum, id ab ipso in Subfeudum concedi potest etiam alii, *per text. allegat.* etiam sine Domini & eorum quorum interest adhibito consensu, *c. un. vers. Sin verò.* 2. F. 9. *c. un. vers. Sed etiam res. Per quos fiat investit.* 2. F. 3. *c. un. vers. Similiter. de leg. Corrad.* 2. F. 34. *c. un.* §. *Præterea. de capit. Corrad.* 2. F. 40. *Arumæ. disp. feud.* 7. *th.* 16.

*th.*16. *Mynsing. Cent.* 1. *Obs.*62. *Menoch. Cons.* 307. *n.* 2. *Curt. Jun. p.*4. *q.*1. *n.*83. atque hoc in doctrina feudali pro regula communiter tradi à Dd. ait Marescot. l. *resolut.* 95. *n.* 1. idque vetustis & nostris moribus receptum tradit Zasius *p.*9. *n.* 15. Vultej. 1. *feud.*10. *n.*138. Besold. *thesaur. pract. verb.* Afterlehn.

XXX.

Quin etiam Subfeudum in Subfeudum concedi potest, non tantum in tertiam personam, sed etiam in infinitum, puta ut tertius ille Vasallus etiam quarto concedere possit, & sic deinceps. *Rosenthal cap.*9. *concl.*56. *Arumæ. disp.*9. *th.*18. ut tamen inter dantem & accipientem, si soli considerentur, respectus sit Domini & Vasalli. *d. un.* §. *similiter de leg. Conrad.* 2. F. 34. *& d. c. un.* §. *beneficium. Si de feud. defunct. content.* 2. *Feud.*26. *Schrad. de feud. p.*8. *cap.*2. *n.*10.

XXXI.

In feudis autem Regalibus hoc non procedit, totis nimirum & universis; in particularibus enim non improbatur, modò regalibus exinde nihil detrahatur. *Andr. Kohl d. cap.* 1. *num.*7. *& seq. & c.* 2. *n.*8. *& seq.* Jurisdictionis Subinfeu-

datio quatenus & quousque fieri possit. Jure Saxonico explicatur, Lehenr. *c.* 72. *vers.* Welcher Gericht zu Lehen hat. Landr. *lib.* 3. *art.* 53. *vers.* Man mag auch. *& ibi* Zöbel. *in addit. lit.* C. *& gloss. n.* 6. De Ecclesiastico quoq; feudo Subinfeudatio fieri potest. *Curt. jun. de feud. p.* 4. *n.* 83. *Maroscot. d. resolut.* 95. *n.* 2. *Jul. Clar. d. q.* 34. *n.* 2. *Rosenthal. cap.* 9. *concl.* 56.

XXXII.

Cur autem generaliter omnis alienatio prohibita, & nihilominus subinfeudatio concessa sit, dictu haud proclive esse inquit Hartm. Pistor. *d. lib.* 2. *q.* 44. *n.* 2. Ideoq; Curtius Jun. hoc appellavit mirabile, & Jul. Clar. *lib.* 4. *Sentent.* §. *feudum. qu.* 32. *n.* 1. fatetur, se hactenus bonam aliquam rationem reperire non potuisse, cur stante generali prohibitione alienationis feudi, sit permissa subinfeudatio, cum tamen nulla videatur subesse specialitatis ratio satis concludens. Hottoman. *in disp. sua feud. f.* 37. existimat jus Subinfeudandi posterioribus Impp. Lotharii & Friderici constitutionibus. 2. F. 52. & 55. quibus feudi alienatio prohibetur, penitus esse sublatum. Rittershusius quoque de hoc jure subinfeudandi

di

di videtur dubitare, *partit. feud. lib. 1. c. 7. q. 23. & lib. 2. cap. 2. n.* 12. Nonnulli rationem hanc eſſe arbitrantur, quod ſubinfeudatio ſit donatio quædam, ad quam homines non tàm facilè accedunt, quàm faciles exiſtunt ad vendendum; quam amplecti videtur Arumæ. *d. diſp. feud. 7. th.* 16.

XXXIII.

Verùm Hartman. Piſtor. *d. loc.* hanc reddit rationem, quod nimirum non ſolum penes Vaſallum primum jus feudi etiamnum reſideat, isq; Vaſallus remaneat, & Domino ſervitia præſtare teneatur, ſed etiam mediante illius perſona, aliusratione ejusdem feudi iisdem pactis & conditionibus obſtringatur, atq; propterea nullam conquerendi cauſam juſtam habere videatur Dominus ſuperior Duaren. *de feud. c.* 12. *n.* 13. Jacobin. de S. Georg. *verſ. ita etiam quod ipſi. n.* 5. Unde apud Vaſallum ſubinfeudantem dominium quoddam remanere, ratione juris vaſallagii, quod habet in Vaſallum, quem ſibi infeudavit, tradunt interpretes. Bald. *in c. Cæterùm de judic.* Soc. ſen. *conſ.* 256. *vol.* 2. Molinæ. *ad conſuet. pariſ. §.* 1. *gloſſ.* 6. *num.* 3. *& ſeq.* Beſold. *d. loc. verb.* **Afterlehn.**

XXXIV.

Aliter respondet Vultejus: qui non putat necessarium esse, ut curiosius inquiratur, sed sufficere si interrogati de ea, respondeamus, hoc esse ita consuetudinibus feudalibus receptum in subinfeudatione, in cæteris non item; neq; posse omnium, quæ jure constituta aut consuetudine recepta sunt, rationem certam reddi, alioqui fore, ut multa quæ certa sunt, subvertantur *l.* 20. *&* 21. *D. de ll.* Quæ responsio nimis generalis est, itaque nos eam, quam produxit Hartman. Pistor. ut specialiorem libenter admittimus, quæ ratio & Vultejo 1. *Feud.* 10. *n.* 149. *in fin.* probatur. *vide omninò Kohl. de Subfeud. cap.* 1. & Finckelthaus *disp. feud.* 9. *controv.* 1. *lit. d.*

XXXV.

Ut autem Subinfeudatio valeat tria jure feudali copulatè requiruntur: 1. Ut fiat sincerè *c. un. vers. sed etiam res. per quos fiat investit.* 2. F. 3. *c. un.* §. *Si verò. Qual olim. feud. alien. poter.* 2. F. 9. *& c. un.* §. *beneficium. Si de feud. defunct. content. sit.* 2. F. 26. *Schrader.* 8. *Feud.* 2. *num.* 13. *Rosenthal* 3. *Feud.* 43. *num.* 3. *Kohl. d. l. cap.* 2. *n.* 1. 2. Ut

per-

persona ejusmodi concedatur, quæ Vasallo concedenti par sit, & similia servitia obire possit. *d. §. beneficium.* Andr. Kohl. *cap. 2. num.* 4. Denique 3. Ut similibus pactis & conditionibus, quibus subinfeudans accepit, concedatur. *text. in §. similiter. c. un. de leg. Conrad. 2. Feud.* 40. Hartm. Hartm. *de feud. Obs.* 38. Jul. Clar. *§. feudum. qu.* 32. Duaren. *cap.* 12. *de feud. num.* 13. Borcholt. *d. cap.* 8. *num.* 80. Vultej. *d. cap.* 10. *num.* 143. Finckelthaus *d. disp.* 9. *Controv.* 1. *lit. B.*

XXXVI.

Sincerè Subinfeudationem tunc fieri dicimus, si revera & bona fide facta est, & non in fraudem Domini sub prætextu Subinfeudationis venditio, aut alia à jure prohibita alienatio celebrata. Alvarot. *in c. un. §. callidis. n.* 2. *in fin. de prohib. feud. alien. per Frideric.* 2. *Feud.* 55. Molin. *§.* 35. *num.* 16. Hartm. Pistor. *quæst.* 44. *num.* 5. Vultej. *d. cap.* 10. *num.* 144. Pecuniæ tamen interventum non vitiare omnes facilè concedunt, modò sine fraude & simulatione sit, quam, si dimidium justi valoris excedat, præsumi autumant. Wesemb. *de feud. c.* 11. *n.* 9. Vult. *d. loc.* Sed nos concessionem Subfeudi justo pretio

mediante factam, omnino validam esse arbitramur; quia eo modo feudum illicitè non alienatur. Subinfeudans enim manet Vasallus, & quidem ditior, ac sustinendis oneribus servitiorum magis idoneus redditur, & sic Domino callidè ac fraudelenter debita servitia non subtrahuntur, ut prohibet, *text. c. un.* 2.F.52. *& 55. c. un.* §. 1. *vers. per feudum tamen.* 2.F.3. ubi de Subinfeudatione, mediante pretio facta, agitur, ut patet ex verbis: *pretio, si quod dederit.* & tamen dicitur quod valida sit, nisi facta fuerit in fraudem consuetudinis vel novæ legis Lotharii & Friderici, *c. Feud.* 52. & 55. prout hoc omne eleganter deducit & latius persequitur Andr. Kohl *in singul. tract. de Subfeud. cap.* 2. *num.* 54. *& seqq. usq; ad fin.* quem sequitur Hunnius *cap.* 12. *de feud. pag. m.* 324. *& seqq.*

XXXVII.

Sinceritas etiam in eo est, ut Domino jus suum salvũ maneat & integrum. Non tamen subinfeudationem prohibitam esse, aut in fraudem Domini factam putamus; si Vasallus liberos aut heredes se habiturum desperet. Vultej. *d. c.* 10. *num.* 144. *vers. Deinde.* Quia juri feudali

non

non conveniens est, ut Dominus nolens volens, mortuo subinfeudante Vasallo ejusq; liberis & agnatis, subinfeudatum agnoscere cogatur: Dominus enim alium, quàm quem ipse vult, non cogitur habere Vasallum 2.F.12. *in fin.* Deinde regulariter resoluto jure datoris, resolvitur jus accipientis *arg. l. lex vectigali* 31. *in fin. D. de pignor.* Sed jus Vasalli Subinfeudantis cum persona ipsius hoc casu, extinctum est, non igitur plus juris in alium transferre potuit, quàm ipse habuit. *l. nemo.* 54. *D. de R. I.* Imo eâ ratione adimeretur Domino facultas feudum in suos usus transferendi, quæ in feudo aperto ei competere solet. 2. *Feud.* 54. *in fin.* 2. *Feud.* 55. §. 1. ibi: *& dominus feudi*: Hartm. Pistor. *lib.* 2. *q.* 44. *n.* 8. *& seqq.* Finckelthauß *disp.* 9. *th.* 4. Andr. Kohl. *d. loc.* 6 *fin. n.* 53. *& seqq.* Cui tamen graviter resistit pr. 2. F. 9. ad quod unam atq; alteram adfert responsionem Hartm. Pistor. *d. loc. num.* 20. *&* 26. quem refutat Kohl. *d. loc.* Defendit Bocerus *tr.* 5. *de mod. amittend. feud. c.* 2. *n.* 79. *& seqq.* notatus à Finckilthaus *d. loc.*

XXXVIII.

De æqualitate personarum, quam pro secundo requisito posuimus; variæ

quidem sunt Dd. opiniones *vid. Vultei. d. c.10. num.144.* Nos tamen hîc eorum opinioni subscribimus, qui censuerunt hoc omne æstimandum esse ex persona subinfeudati, ut peræquè, ut Subinfeudans ad serviendum sit idoneus, aut certè magis idoneus, §. *similiter* 2. F. 32. & §. *beneficium* 2. F. 26. Nullus enim hic divitiarum atque opum respectus est, quod praxis subinfeudandi quotidiana testatur Bolognet. *in l. 3. §. Contrarie n. 139. D. de acquir. poss.* Zas. *de feud. p. 9. n. 15.* Idoneitas autem consistit in eo, ut subinfeudatus & possit & velit, si non magis, certè peræquè Domino servire, atq; Vasallus qui ipsum subinfeudavit. Schrader. 8. *de feud. 2. n. 13.* Borch. *de feud. c. 8. n. 50.* Intrigl. 1 *feud. 53 n. 216.* Mynsing. 1. *Obs. 63. Kohl. d. c. 2. n. 12.* Vultej. *d. n 144.* Bald. *in auth. Nisi rogati. n. 14. C. ad Trebellian.*

XXXIX.

Tertium requisitum erat, ut eodem jure, eademque lege, qua Subinfeudans feudum à Domino accepit, subinfeudatio fiat; quod etiam in dubio factum præsumitur, ideoque contrarium affirmans, id probare necesse habet. Paris de Put. *de redintegr feud. c. 308. n. 2.* Riminald. Jun. *vol. 7. cons. 780. n. 45. & 74.* Kohl. *d. c.*

2 n.

2.*n.*44. Menoch.*cons.*148 *n.*19.*ubi à n.* 41. *usq; ad num.* 47. egregiè demonstrat, quãdo Subfeudum eodem modo dici possit concessum, quo concessum fuit ipsum feudum principale. Unde est quod dicitur: Subfeudum derivari à feudo principali, sicut aqua à suo fonte Menoch. *d.l.n.*14. & subfeudum retinere naturam sui principalis Decian. *cons.* 389 *n.*7. imò feudum à subfeudo diversum quid, aut separatum in reipsa non est, & si qua est diversitas, illa est in personis. Natta *cons.* 600 *n.*26.*vol.* 3. Guid. Pap.*decis* 551. Dec. *in l consilii* §. *Socii.D.de R.I* Menoch.*d cons.* 148 *n.*49.*& seq.* XL.

Et his tribus concurrentibus valet subinfeudatio, non modò respectu Subinfeudantis, verùm etiam respectu heredum & quorumcunq; successorũ, si feudum fuerit novum Molinæ. *in consuet. paris* §. 35 *n.*19. Si verò feudũ fuerit antiquum sive paternum tenet quidẽ infeudatio, quamdiu subinfeudans vivit, eo a. mortuo, feudũ ad proximiore agnatũ, resoluta subinfeudatione, devolvitur. Andr. Isern *in c.un. num.* 3. *per quos fiat investit.* 2. *Feud.* 3. Roland. à Valle *vol.* 1. *cons.* 67. *num.* 17. Jul. Clar. §. *feudum quæst.* 32. *num.* 5. Molinæ, *dict.* §. 35.

num.

*n.*22. Borcholt.*c.*8 *n.*50. Certè si Domini consensus subfeudationi accedat, dubitari non debet, quin Vasallus subinfeudare possit minus idoneum, vel aliis conditionibus, quàm quibus ipse habet. Andr. Kohl *d. loc. c.*1. *n.*12.

XLI.

Subinfeudare tamen non licet, si apposito pacto, in investitura id prohitum, etiamsi pactum de non alienando tantùm conceptum sit, ne hoc pactum supervacaneum videatur, cùm aliàs ipso jure alienatio sit inhibita: Verba autem aliquid operari debent, quod hoc casu non fieret, nisi ea interpretaremur de subinfeudatione. Atque ita plerique omnes statuunt Borcholt. *cap.* 8. *n* 52. *in fin.* Curt. Jun. *p.* 4. *n* 84. Schrad 8. *feud.* 2. *num.*80. Hartman. Pistor. *d.q* 44. *num.* 36. Sichard. *consf. feud* 5 *num.*41 Vultej. *d cap.* 10. *num.* 150. Kohl. *d. loc. c.* 3. *num.* 2. & *seqq.*

LXII.

Nec etiam is qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de iis ullum alium investire potest. c. prohibemus. ext. de Decimis Schrad. *p.p.* 8. *c.* 2 *num* 12. Nisi Vasallus aliam Ecclesiam investire velit; quo casu hoc ei non denegari ex cap. Apostolica *ext. De his quæ fiunt sine*

consf.

conſ. cap. Schrad. d. loc. probat: Sed utut ſit prohibita decimarum ſubinfeudatio: tamen hoc in Germania malè ſervari tradit Zaſ. *de feud. p. 9. num.* 15. Aliàs in omni feudo, antiquo & novo, ſeculari & eccleſiaſtico, ſubinfeudatio locum habet Vultej. *d. c.* 10 *num.* 141: vid. ſup. th. 31. in fin.

XLIII.

De feudo verò communi & nondum diviſo Jure Saxonico non videtur fieri poſſe Subinfeudatio per tex. Lehenr. *cap.* 8. *& ibid.* Zob *lit. B. & D. & cap.* 32. *verſ.* Dieweil aber. Ita tamen ut ſi quis ſubinfeudationem de parte ſua fecerit, ipſemet quidem contravenire non poſſit, ſed agnati. ibid.

XLIV.

Prætera prohibita eſt Jure Saxonico illius feudi ſubinfeudatio, de quo inter Dominum & Vaſallum evictionis nomine lis agitatur & pendet. Lehenr. cap. 45. verſ. Spricht der Man.

XLV.

Tandem eodem Jure Saxonico ipſo jure nulla, tanquam juri divino & humano, ipſiq; juramento fidelitatis contraria inq; fraudem Domini facta dicitur

tur subinfeudatio, quæ fit à Vasallo morti vicino, vel relegatione aut deportatione puniendo, quod Saxo vocat auff die Flucht leihen/ quæ non tantum prohibita est, sed & si facta sit, ad irritum vocari, & pœnâ præterea pecuniariâ mulctanda. Lehenr. cap. 58. vers. Wer sein Gut auff die Flucht. usq. ad fin.

XLVI.

Circa alienationem Subfeudi dubium oriri potest, utrùm Subvasallus subinfeudantis, an verò Domini superioris consensum adhibere debeat? De eo Dd. idem non statuunt: nonnulli enim putant solius Domini cujus est proprietas cõsensũ adhibendũ Hartm. Hartm. *l.* 2. *pract. Obs. tit. de feud. Obs.* 40. Paris de Put. *de redintegr. feud. c.* 90. *n.* 4. *& c.* 261. *n.* 9. eò quod apud Vasallũ qui feudum suum alteri concessit, neque proprietas, neque ususfructus sive utile dominium remaneat. Jul. Clar. *ind.* §. *feudum. q.* 32. *num.* 6. Borcholt. *d. c.* 8 *de feud. num.* 52. Alii existimant subinfeudantis consensum sufficere, eò quod omne jus, quod subinfeudatus habet, id habeat à subinfeudante, & non à Domino superiore: Unde si delinquat subinfeudatus.

tus, non ad superiorem, sed ad Subinfeudantem feudum devolvi *c. un. §. illud. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. Feud. 55.* Johan. Faber. *in §. aded Inst. de locat. & conduct.* Fachin. *lib. 7. Controv. c. 53. vers. Ego existimo.* Rosenth. *de feud. concl. 32.* Andr. Kohl *d. c. n. 46.*

XLVII.

Nonnulli utramq; sententiam conjungunt, & consensum utriusque, tàm Domini superioris, quàm subinfeudantis requirunt Andr. de Isern. *in c. un. §. illud. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Sonsbec *p. 12. num. 91.* Menoch. *d. cons. 226. num. 172. & seqq.* Est enim inter Subvasallum & Dominos quædam conjunctio & respectus ex eo, quod subvasallus causam suam habet à proximo Domino, proximus à superiore utpote à quo feudum suam habet originem, adeò, ut nisi superior Domius feudum illi à quo ipse habet, dedisset, subinfeudatio fieri non potuisset; Arq; adeò cùm causam habeat à Domino proximo, causam illā antecedat rei origo, quæ est à Domino superiore. Quapropter utriusq; interest: Superioris, propter directū dominium; Subinfeudantis, ne ipsi invito alius obtrudatur. Gribal. *in thes. comm. opin. lit.*

F. *in verb. de alienatione.* Vultej. *d. cap.* 10. *n.* 81. *in fin.* Gothofr. Anton. *disp.* 9. *th.* 4 *lit. E.* Arumæ. *disp. feud.* 7. *th.* 19. *in fin.* Finkelth. *d. disp.* 9. *th.* 3. quam sententiam in feudis, antea subinfeudari insolitis, ut plenissimum sortiantur effectum, non inviti probamus. Aliàs si feudum istud subinfeudari soleat, & sub majori p. Electoratu, Ducatu, Comitatu, contineantur, immediati saltem non superioris consensum requirimus: tum quod superior, Imperator scilicet, nomine Imperii directum quodam modo dominium in principem concessisse, vel saltem tacitum consensum adhibuisse videatur, tùm quod illud non Galliæ tantum, sed & totius Imperii Romani consuetudo & praxis notoria exigat, ubi pluribus explicat & rationibus sufficientibus demonstrat Hartm. Pistor *d. l.* 2. *q.* 45. *num.* 13. *& seqq.* quem commendat Wesembec. *d. cap.* 11. *de feud. num* 10.

XLVIII.

Refutatio. Secunda voluntariæ amissionis causa est Refutatio die Lehen Auffsagung vnnd Auffkündigung oder Aufflassung. Quæ est feudi, quod Vasallus habet ab ipso facta renunciatio vel cessio. Cujac.

in

in c.un de Vasall. decrep. ætat. 2. F. 14. De qua tamen non immeritò dubitari potest, an invito Domino fieri queat? Quia expressi juris est, quod à contractu semel inito, invitâ parte altera, recedere non liceat *l. non idcirco. C. de Contrah. empt. l. de contractu. C. de Rescind. vend. l. sicut. D. de O. & A.* Soarez *thes. recept. sent. lit.* F. *n.* 64. *& n.* 100. Jason *in l. 2. num. 24. C. de Jur. emphyt.* Ergò nec Vasallo licebit à feudo recedere. Eo tamen non attento, cum simpliciter jure feudali Vasallo potestas refutandi tributa sit *c. un. de Vasall. qui contr. content. Lothar. &c.* 2. F. 38. *c. un. de Vasall. decrep. ætat.* 2. F. 14. *&* 2. F. 44. omni etiam casu eam exercere poterit. Est enim Vasalli respectu, feudum beneficium *c. un. in fin. in quib. caus. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. quod, uti invito non datur *l. invito* 69. *D. de R. I. l. nec emere C. de Jur deliber.* ita nec apud invitum manet: potest enim unusquisq; beneficio renunciare arg. *l. pen. C. de Pact.* Unde & Civili jure Usufructuarius relinquere potest usumfructum *l. sed cùm Usufructuarius* 65. *D. de Usufruct.* à quo non multum differre Vasallum innuit *d. c. un. in fin. in quib. caus. feud. amitt.* 2. F. 23. *An fieri possit?*

XLIX.

Deinde feudo à Vasallo refutato, Dominus nullum patitur damnũ, cùm in re sua plenà recipiat potestatem 2.F.54. nec ei difficile sit, alium Vasallum acquirere. Panorm. *in cap. quæ ecclesiarum. de Constit.* Mynſ *obſ.*65 *n.*7. Arumæ. *disp. feud.* 7. *th.* 20. Finckelthaus *disp. feud.* 9. *controv* 5. *lit. b.* Vultej. *d. lib* 1. *c.* 10. *n.* 130. Fachin. *lib.* 7. *controv. c.* 60. *vers. Ego priorem.*

L.

Quomodo? Refutatio tamen fieri debet tempestivè, non intempestivè. puta, si Domino in procinctu existente Vasallus feudum refutare velit, ita ut Dominum in bellum sequi necesse non habeat. Mynſ. *d. Obs.* 65. *n.* 12. Wesemb. *c.* 11. *nit. de feud.* Sonsbec. *p.* 12. *n.* 117. Bald. *in c. qui ecclesiarũ. de Constit. arg. l. cùm fructuarius D. de Usufruct.* Vultej. *d. loc. n.* 130.

LI.

Deinde fieri debet Refutatio liberâ & spontaneâ voluntate: coactus enim Vasallus vi, non verbis aut minis, nihil sibi præjudicat: modò intra annũ querelam hanc ad superiorem Dominum detulerit, Jure Saxonico Lehenr. cap. 39. vers. Zwinget.

LII.

LII.

Cujus feudi

Fieri autem potest Refutatio feudi nō tantùm quæsiti jam & possessi, sed & delati tantum, per ea quæ tradit Rosenthal *c.9 concl.*66. Hinc efficitur quod & expectativa Anwartung vnd Gedinq refutari pollit tàm principaliter, quia facilius amittitur jus quærendum, quàm quæsitum, quàm per consequentiam, quod tunc facilè censetur, quando simpliciter Domino refutatum per expressos textus Juris Saxonici Lehenr. cap. 20. verl. Welchem Man & ib. Zobel lit. D. c. 5. verl. Esser & c. 57. verl. Hette er es aber auffgelassen.

LIII.

Feudum quoque conditionatum, & ad certum ac determinatum servitium concessum, licitè refutatur Borch. *c.8. de feud n.*53. Mynl. *cent.*5. *Ob.*65. licet plurimi & communis quidem interpretum schola contrarium velle videatur, quos magno numero adducit & rejicit Rosenthal *d.t.9. concl.*60.

LIV.

Non solùm autem totius feudi, sed & partis ipsius refutatio licitè fieri potest: ita, ut illam saltem partem amittat, in re præsertim communi. *c.* ult.

de Vasallo qui contr. const. Lothar. 2. F. 38. Mynſ. *d. Obſ* 65 *num.* 1. Quod jure Saxonico non niſi in feudo à pluribus Dominis conceſſo locum habere, ſed ſi partē feudi ab uno conceſſi refutaverit, totum amitti ait Zobel. in addit. ad c. 28. Lehnr. lit. B. Adeò quidem, ut ſi Dominus inferior Superiori partem majorem refutaverit, & hic alii eandem conceſſerit, Vaſalli minoris partis novum iſtum Dominum recognoſcere teneantur. Et contra, ſi minorem partem ſuperiori Domino refutaverit, Vaſalli priorem & inferiorem ſuum Dominum majoris partis ratione amplius non recognoſcunt, ſed ſuperiorem ſequuntur d. cap. 28. Lehenr. per tot.

LV.

Cui fiat? Fit autem Refutatio vel Domino vel deſcendentibus, vel Agnatis à primo acquirente provenientibus, vel planè extraneis. Domino fit vel in ſui ipſius gratiam, vel alterius. Is verò, in cujus ipſius gratiam fit refutatio, eſt vel mediatus & ſuperior; vel immediatus & inferior. Si Superiori & mediato facta ſit feudi refutatio à Vaſallo, inferior Dominus intra annum non contradicens illud perdit jure Saxonico; qui tamen

men annus à die scientiæ currere incipit, modo tempus istud jurejurando demonstraverit Lehnr. c. 38. in pr. Quod si à Domino inferiore superiori facta sit refutatio non debet illa Vasallo inferiori creare præjudicium. Nec enim inæqualem dignitate præficere illi potest superior: aliàs Vasalli inferioris superiorem saltem, non alium inæqualem recognoscunt Dominum, Jure Saxonico Lehnr. c. 54. vers. daſſelbe iſt auch thun. junct. princ. ibid. Vasalli autē alii Domino priori dignitate & æquali si addicti sunt à superiore eo ipso non minuūt dignitatem suam d. c. 54. vers. doch ſo iſt.

LVI.

Immediato verò & Inferiori Domino si facta sit refutatio novi feudi, omnibus descendentibus & agnatis creatur præjudicium, nisi contemplatione ipsorum expressè etiam datum fuerit Rosenthal *c. 9. concl. 70.* Sin antiquū sit feudum ultra tempus vitæ refutantis agnatis nō est nocumento Borcholt. *c. 8. n. 54.* Mynſ. *cent. 6. Obſ. 23.* Vultej. *d. loc. n. 131.* Zaſ. *p. 9. n. 14.*

LVII.

In alterius gratiam si Domino fiat refutatio, eaque conditio expressa

sit, ut alius quis investiatur, Domino illa non prodest; sed aut præcisè nominatus investiendus est, aut Refutans feudum retinet. Lehenr. cap. 36. Mynſ. *d. Obſ.* 65. in fin. Sed si Dominus impubes sit, & is eum, in cujus gratiā facta ipsi fuit refutatio investiturę, valet investitura, si post pubertatem illa legitimè revocata non sit: quo tamen facto, feudū redit ad pristinū Vasallum, qui expressim in gratiam alterius & certæ personæ refutaverat feudum. Lehenr. c. 26. circ. fin. vers. Lesset aber jemand.

LVIII.

Descendentibus quoq; rectè refutatur tàm novum, quàm antiquū feudum *c. un. de succeſſ frater. c. un. de alien feud pater.* Borcholt *d. l. n.* 55. Agnatis verò duntaxat antiquum, si sint ex primi acquirentis descendentibus Borcholt *n.* 56. nō etiam novum, nisi in investitura sint cōprehensi Rosenthal *c.* 9. *conclus.* 71. & 72. Borcholt *n.* 54. Agnato proximiori & aliàs Vasallo, mortuo in feudo succesſuro refutatio, absq; omni dubio, fieri potest, eamq; Carol. Bardell. propriam & licitam refutationem appellat *cons.* 14. *n.* 44. & 45. *vol.* 1. ubi idem asserit hanc esse

succes-

successionis prævention em seu anticipationem aut accelerationem successionis Franc. de Ponte *cons* 12. *in pr.* Rosenth. c. 9. *concl.* 50. Nicol. Intrigl. *de feud. art.* 5. *n.* 400. *cent.* 2. Vultej. *d. c.* 10. *n.* 134. His si licitè facta est refutatio; Dominus tàm in novo, quàm in antiquo illos investire cogitur *d. c. un.* 2. F. 14. *c. un.* 2. F. 39.

LIX.

Extraneis sine consensu Domini & eorum, quorum interest, refutatio fieri non potest. Esset n. vera alienatio, quæ Vasallis inhibita est *c. un. de prohib. feud. alien. per Frider.* quod tam procedit in feudo novo, quàm antiquo Arumæ. *disp. feud. 7. th.* 25. In numero autem extraneorum sunt Vasalli agnati respectu feudi novi omnes in investitura non comprehensi: respectu feudi antiqui, illi, qui à primo acquirente non descendunt; aut quibus in prima investitura pacto expresso provisum non est. Hottoman. *cons.* 31. *num.* 5. Loffred. *cons.* 16. *num.* 41. Jacob. *in verb. & unus num.* 19. Arumæ. *d. loc.*

LX.

Refutationis effectus duo sunt: 1. Vasallus refutans Domino, omni spe successionis excluditur: adeò quidem, ut *Effectus Refutationis.*

si is, in cujus gratiam refutatio facta sit, feudi possessionem ex alia quavis causa habeat, statim refutans illam amittat, & in hunc transferat. Lehent. cap. 39. circ. fin. vers. Ob auch ein Mann. Retinet autem jus successionis refutans si suis descendentibus & agnatis refutet: His enim nullum alium successorem post se relinquentibus, non impeditur refutãs, quò minus aut solus aut cum aliis ejusdem gradus succedat; iliis verò anteà morientibus pater non tam succedere, quàm recuperare feudum videtur *arg. l. filio. 23. in pr. l. filium. 28. §. 1. D. de liber. & posth. l. 9. D. de postlim. revers.* Schneidvv. *p. 2. c. 3. n. 6.* Mynſ. 3. *Obs. 39.* Rosenth. *d. c. 9. concl. 74.*

LXI.

Quod tamen utroque casu procedit, nisi feudum omninò refutaverit, & ita ut tanquam de novo feudo Dominus agnatos vel descendentes investiret, & hoc factum sit. *d. c. un. 2. F. 49.* Schneidvv. & Rosenthal. *dd. ll.*

LXII.

Deinde Vasallus refutans feudum, tenetur Domino cavere, quod ipsum nunquam sit offensurus: Imò etsi id non cave-

caverit, nihil tamen contra Dominum moliri debet, reverentiâ veteris clientelæ, *c. un. de Vaſall. qui contr. conſtit. Lothar.* 2. F. 38. Etſi verò aliud Jure Saxonico receptum eſſe tradat. Reinhard. *p. 3. diff. 25.* & ex illo Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 92. n. 3.* allegantes textum, Lehenr. *cap. 77.* **Da möge der Lehenman dem Lehenherrn ſein Gut aufflaſſen vnd jhm entſagen:** id tamen cum grano ſalis accipiendum eſt, *ut in ſeq. dup.* explicabitur. Et procul dubio conſtitutione Caroli IV. in Aurea Bulla *tit. 14. de his quib. ut indign. auſer. bon. feud.* ſublatum eſt, ubi id non ſolùm nominatim prohibetur, ſed inſuper in hujusmodi diffidatores eorundemq; auxiliatores certæ pœnæ, amiſſionis nimirum omnium feudorum, infamiæ, banni imperialis & incapacitatis feudi, ſtatuuntur.

LXIII.

Quia ſuperius dictum eſt quod invito Domino feudum refutari poſſit; exurgit quæſtio, an etiam è contrario Dominus Vaſallum invitum liberare, & ſic jus ſuum Vaſallo invito applicare poſſit, ut eum Vaſallum amplius non habeat, nec Vaſallus Dominum ipſum agnoſcere te-

neatur, sed bona feudalia tanquam libera possideat? Quod dicunt liberare à Vasallitico. Qui negativam sententiam defendunt, utuntur eo fundamento: quod invito beneficium non detur, *l. invito* 69. *D. de R. J.* nec quisquam donatum adsequi cogatur, *l. nec emere C. de jur. deliber.* Alii volunt hoc fieri posse, si Dominus tertiam personam subjiciat, quæ obligationem Vasalli novet & in se recipiat. Verùm affirmativa sententia videtur propter paritatem Vasalli & Domini verior esse. Cùm ergò Vasallus etiam Domino invito refutare possit, multò magis itaque hoc Domino volenti concedendum & permittendum erit. Arumæ. *dup. feud. 7. th. 26.* Rosenthal *cap. 9. conclus. 76.*

LXIV.

Tertiò Voluntariè amittit Vasallus feudum, nemo enim invitus professionem suscipere cogendus est Clericatus vel Monachismi Rittershus *lib. 2. cap. 6. qu. 2.* ingressu in religionem vel clericatum. §. 4. *vers. qui Clericus. Si de feud. defunct. content. 2. F. 26. c. un. Cler. feud. amit. 2. F. 109. c. un. in fin. de feud. fœmin. 2. F. 30.* Landr. *lib. 1. art. 25.* Begibt sich ein Mann

der

der zu seinen Jahren kommen ist in ein Kloster/ seine Lehn seind dem Herrn ledig. *Item Lehenr. cap.* 2. Pfaffen vnd Frawen sollen Lehenrecht darben. Quod & ex Jure Canonico apparet, *Can. non pila 3. cauſ.* 23. *q.* 8. *ibi:* Clerici arma non debent esse ferrea, sed preces & lachrymæ &c. *Can. Si quis.* 3. *dist.* 37. Et sic multos Reges regnum cum cucullo commutasse atq; ita Exreges factos regnum amisisse tradit ex Hottomanno Rittershus. *partit. feud. lib.* 1. *cap.* 15. *q.* 18.

LXV.

Eo enim ipso, quod quis religionis habitum adsumit, vel monasterium ingreditur, seculari negotio seu militari beneficio valedixisse & renunciasse censetur. Quicunque enim Clericatus vel monachismi professionem facit, præ cæteris Christianis se totum devovet Deo & quasi moritur mundo & mundanis negotiis; nec potest esse miles seculi, qui factus est miles Christi, *c. un. de Vasall. milit. qui arm. bell. depos.* 2. F. 21. *c. un. Cler. feud. amit.* 2. F. 109. Ejus quippe est orare & divino cultui omninò vacare, non ad bellum ire & occidere. *Can. si quis vult.* 3. *distinct.* 36. *Canon. reprehensibile.* 19. *in fin. cauſ.* 23.

cauſ.23.q.8. Hinc eſt quod arma ferrea tractandi peritia Clericis exprobatur magis, quàm commendatur. *Can. pila. 3. cauſ.23.q.8.*

LXVI.

Confirmant hoc eleganter jura civilia *in l. conſulta.23. C.de teſtam.l.milites.31. C.de locat. & conduct. l.militares.16.C.de re milit. l. repetita.41. C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi Juſtinus Imp. ait: Abſurdum Clericis eſt, immò etiam opprobrioſum ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium. At ſi militia togata forenſis iis non convenit, multò minus conveniet militia armata & cruenta, adeoque ea, quæ in forma fidelitatis continentur. 2. *F.6. & 7.* præſtare non poſſunt.

LXVII.

Adeò autem certa eſt hæc amiſſionis cauſa, ut ingreſſus religionem non recuperet feudum, etſi habitum poſtea abjecerit, *d.cap 1. in fin.* 2. F.20. quod quamvis aliqui intelligāt de Clerico religioſo vel converſo tali, qui ſolenniter votum fecit, ita ut clericus religioſus vel converſus manere debēat; cùm non ſtatim cuculla Monachum, nec habitus religioſum

gioſum faciat, ſed profeſſio, *c. porrectum. ext. de Regular.* Sonsbec. *p.* 12. *n.* 137. Jure tamen Saxonico contrarium diſertè diſpoſitum eſt, & quidem de monachis mendicantibus, in quibus aliàs annus probationis neceſſarius. *cap.* 2. *& 3. de Regular. in* 6. **Landrecht** *lib. 1. art.* 25. *ibi.* **Ob er hernach gleich aus dem Kloſter fehret/ bey einem Jahre/ als grawer Mönche recht iſt.** Idemq; textus juris cõmunis taeitè innuunt, proindeque id generaliter obtinere eleganter demonſtrat Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *q.* 33. *num.* 1. *& ſeqq.* modo res non amplius ſit integra & feudum alii jam acquiſitum: neque dolus aut ætas impedimẽto ſint, idq; itidem juxta *d. art.* 25. *ibi* **Möncht man aber ein Kind binnen ſeinen Jahren/ das mag man wohl wieder aus dem Kloſter ziehen/ vnd behelt Lehnrecht vnd Landtrecht.**

LXVIII.

Extra dubium verò eſt, feudum Clericos non amittere, pro quo tale ſervitium præſtandum eſt, quod poſſint & ipſi Clerici expedire: veluti ſi feudum conceſſum eſſet ſeculari, ut certis anni temporibus Miſſas aliquot fieri curaret, aut pauperibus aliquid elargiretur, vel

ſimile

simile faceret, & iste Vasallus Clericus fieret, per hoc feudum non amitteret, quia posset per se facere Missam, pauperibus aliquid distribuere vel simile exercere opus. *Dd. communiter in d. c. un. de milit. Vasal. qui arm. bell. depos.* Rosenth. *c. 7. concl.* 30. *num.* 24. Innocent. *in c. in praesentia. de probat.* Alciat. *respons.* 222. Cephal. *Cons.* 1. *num.* 22. Cacheran. *decis.* 27. *num.* 7.

LXIX.

Omninò ergò Vasallus Clericus factus feudum amittit, non obstante, si per substitutum servire velit, secundum regulam: Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *c. qui per alium. de R. J. in* 6. *arg. c. Imperialem.* §. *firmiter.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. F. 55. Textus enim juris feudalis manifestè in contrarium sunt, quia hoc ipso quod quis Clericus efficitur feudum amittit. 2. *Feud* 26. §. *qui Clericus.* Quæ verba nihil aliud denotant, quàm quod ipso jure & in continenti feudi fiat incapax: Si igitur nullum jus amplius habet in feudo, sed eo ipso jure illicò privatur, quî fieri poterit, ut per substitutum servire censeatur? cùm in accessorio non possit esse aliquis effectus, cujus in principali nulla

la fuit existentia, *l. si servum* 4. §. 1. *D. de action. empt.* Deinde mutatâ personæ cõditione, quæ locum facit beneficio, deficit & ipsum beneficium, *l. in omnibus.* 68. *D. de R. J.* At hic conditio Vasalli, cujus intuitu feudum datum, mutata est, nam Dominus feudum non Clerico sed laico dedit, propterea feudi initio & cõstitutione non suadente, ita temerè substitutus non est recipiendus, Fachin. 7. *Controv.* 35. *&* 7. *Controv.* 36. *in fin.*

LXX.

Verùm si Dominus consentiat & contentus sit, ut per substitutum serviat, nec de alterius præjudicio puta agnatorum, agatur, Vasallus Clericus factus, feudum retinere potest. Quia Dominus potest concedere feudum francum & nulli servitio obnoxium Borcholt. *cap.* 4. *n.* 20. Curt. Jun. *p.* 1. *q.* 8. Laurent. Kirchoff. *in thes. comm. opin. concl.* 47. Grœdd. *disput. feud.* 9. *thes.* 2. *lit.* B. Ergò multò magis ut per substitutum Vasallus servire possit. Potest item feudum fœminæ concedere & aliis qui non sunt idonei ad serviendum 2. *Feud.* 50. Sonsbec. *part.* 3. *num.* 23. Schenck. 2 *Feud.* 17. Duaren. *c.* 10.

num. 4.

num. 4. Thomas de Marin. *tit.* 11. *num.* 12. Si autem feudum fuerit paternum, certi juris est, Domini consensum non posse agnatis præjudicare, *c. unic. de alien. feud. pater.* 2. F. 39. jus enim quæsitum eis auferri nequit, *c. un. de Vasall. milit.* 2. *Feud.* 21. & ibi Dd. Fachin. *d. lib.* 7. *Controv. c.* 35.

LXXI.

De equitibus Rhodiis, Hierosolymitanis, Teutonicis & similium ordinum. Matth. Steph. *de jur. publ. vol.* 2. *disc.* 4. & *discurs.* 18. dubitari potest: Quia isti milites arma bellica non deposuerunt & ita cessare rationem textus in *d. c. un. de Vasall. milit. qui arm. bell. depos.* Armis quippe strenuè utuntur contra infideles, propterea in favorem fidei Christianæ putantur servire Domino suo, eo ipso, quod pro fide militant. Verùm in contrarium nos abimus propter rationem satis firmam, quæ est; quod regulariter Domino servire non possint, ob religionem, quam receperunt, cui obstricti sunt, nec juramentum fidelitatis observare secundum formam traditam, *in c. un. qual. jurar. deb. Vasal. dom. suo fidelitat.* & *in c. un. de form. fidelit.* & *c. un. de nov. form. fidelit.* Cassaneus *in consuet. Burgund. tit. de feud.*

§. 5.

§. 5. *in vers. Except. de relig. num.* 18. Cravet. *Cons.* 103. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas.* 231. *num.* 5. Unde si ordinis lex impedimento his non sit, aliud procul dubio dicendum, ut suprà Disput. 6. exposuimus.

LXXII.

Nihil autem facit adducta dubitandi ratio; licet enim bellica arma non deposuerint, tamen non sequitur, militant pro fide, ergo etiam militare possunt pro feudo Domini Menoch. *lib.* 1. *Consil.* 54. *num.* 34. Nam eò ipso quod ordo horum militum solùm institutus fuit ad hoc ut ipsi pro fide Christiana adversus infideles pugnarent ac proinde religiosis hisce militibus arma quidem concessa fuerunt, verùm ita, ut illis solùm adversus infideles pro fidelibus & pro religione Christiana uterentur, sequitur quod non possint cuilibet Domino feudi seculari contra fideles quosvis militare, cùm contra hos ipsorum persona omninò inhabilis sit Fachin. *lib.* 7. *controv. cap.* 36. Finckelthaus *disp. feud.* 6. *controv.* 16. *lit. A.* Piso Soac. *in prælud. feud. cap.* 33.

LXXIII.

Per ſubſtitutum quoq; prædictos milites ſervire non poſſe, ad retinendum feudum, ſtatuimus, propter rationes in theſi 69. poſitas, excepto tamen caſu in theſi 68. expreſſo: & ſi à Domino permiſſum ſit, ut per ſubſtitutos ſerviant. Quæ permiſſio intelligenda eſt, non tantùm cùm fit expreſsè, ſed etiam cùm Dominus non contradicit, aut illi quorum intereſt. Alvar. Bald. & Præpoſ. *in c. un. §. firmiter. De prohib. feud. alien. per Frider.* 2. *Feud.* 55. vid Vultej. 1. *de feud. cap.* 9. *num.* 132. *& ſeqq.* Et hæc ita obtinent conſuetudinibus feudalibus.

LXXIV.

Aliud autem in Electoratu Saxoniæ ſancitum eſt, ubi conſtitutum, ut Clerici, Canonici & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ feuda non amittant, cùm ſervitia ratione feudorum Dominis debita per ſubſtitutos præſtare poſſint. Conſtit. Elect. 28. *p.* 3. *in pr. ibi*: Sintemal ſie jhre Lehen durch andere ſubſtituirte kegen dem Lehnherrn verdienen können. Multò magis hoc procedere ait Sereniſs. Elector in Equitibus ordinis Teutonici & militibus

bus Hieroſolymitanis. §. Hieraus folget auch. Monachi verò feuda retinere non poſſunt. Ratio forſan eſt, quod nihil proprii habeant, ſed omnia monaſterio acquirant. *Auth. Ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. d. Conſtit.* 28. §. So viel aber die Mönche begreifft. adde Berlich. *ad d. Novell. num.* 63. & 64. Everhard. à Middelburg. *in loc. legal. loc. à Serv. ad monach.* 24. *n.* 3.

LXXV.

Quarta voluntariæ amiſſionis ſine culpa ſpecies eſt Diviſio: quæ hic nihil aliud eſt, quàm feudi pluribus communis in partes ſeparatio & attributio eſt. Hæc enim liberâ voluntate ſuſcipitur, adeò ut Dominus non poſſit invitos Vaſallos ad diviſionem compellere. Roſenthal *in Synopſ. cap.* 9. *concl.* 91. *Diviſio.*

LXXVI.

Sed & ſine culpa ſuſcipitur hæc diviſio, quippe quam lex feudalis apertè permittit. §. *Si quis per triginta.* 4. *verſ. Omnes filii. Si de feud. defunct. cont.* 2. F. 26. §. *firmiter* 1. *verſ. præterea ducatus. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* 2. *Feud.* 55. *c. unic. ſi plur. ſint Domini.* 2. *Feud.* 77. *c. unic. verſ.*

paternum. de nat. succeſſ. feud. 2.F.50. Bald. *in l. ſi familiæ. num.* 6. C.*famil. herciſc.* Jul. Clar. *in* §. *feudum q.* 44. Nam favorabilior multò eſt diviſio, quàm alienatio, quæ tamen in agnatum fieri poteſt, ut ſeq. disp. videbimus. Weſembec. *cap.*11. *de feud. num.* 8.

LXXVII.

Inter ſolos autem ſimùl inveſtitos permiſſa eſt diviſio, *d. verſ. præterea ducatus.* 2.F.55. *& ibi Dd.* §. *præterea.*1.*verſ. item ſi fuerint. quib. mod. feud.amitt.* 1.F.5. aliàs incideret id in alienationem, Roſenth. *d.cap.*9. *concl.* 81. Sive illi coheredes ſint, & in ſucceſſione concurrentes partes faciant, ſive ſocii, quibus à principio feudum communiter conceſſum, meritis vel pecuniâ acquiſitum. *d. verſ. item ſi fuerint.*1. *Feud.*5. *& d. verſ. præterea ducatus.* 2.*Feud.*55. Roſenthal *d. l. concluſ.*79. & 80.

LXXVIII.

Omnia autem feuda dividi poſſunt regulariter. *d. verſ. omnes filii.* 2.*Feud.*26.*d. verſ. præterea ducatus.* 2.*Feud.*55.*d.c.*2.*Feud.* 77. Quod & de feudis Jurisdictionum aſſerimus. Bald. Alvarot. & FF. *in d.* §.

præ

præterea ducatus 2. *Feud.* 55. Jul. Clar. *d.* §. *feudum. q.* 44. Rosenthal *d. cap.* 9. *concl.* 8. quamvis enim Jurisdictio per se & sui natura individua sit. *argum. l. stipulationes non dividuntur* 72. *in princ. D. de V. O. l. cum Stichus.* 29. *D. de solut.* unde procul dubio Jure Saxonico plures Jurisdictionem habere communem prohibitum olim fuit. Lehenrecht *cap.* 77. *vers.* Zween Man. ratione fructuum & proventuum tamen, vel per certas regiones, aut exercitio alternis annis usurpato divisionem quandam recipit, *arg. l. communi.* 7. §. *Cum de usufruct.* 10. *D. Comm. div. l. quotiens.* 34. *in pr. D. de Usufruct.* Tiraquel. *in tract. de jur. primogen. quæst.* 85. *num. ult.* Sichard. *cons. feud.* 1. *num.* 50. Rosenthal *d. concl.* 78. *in not. lit. B.*

LXXIX.

Idem decimus de feudis Decimarum Rosenthal post Blanc. & Ardizon. *d. loc. in fin.*

LXXX.

In feudis verò Regalibus exceptio reperitur jure nostro feudali. *d.* §. *firmiter. vers. præterea ducatus.* 2. *Feud.* 55. & ibi omnes Dd. Cujac. *lib.* 2. *feud. tit.* 12. &

LXXXIII.

Finis & Effectus.

Finis & Effectus iidem ferè sunt, qui in aliis divisionibus: nimirum ut discordiæ, quæ ex communione ortæ fuerint, vel fieri metuantur, tollantur; & ut quisque consequatur id quod suum est: datâ adversus coheredem actione, si pars attributa evicta sit. *l. si fratres. 7. C. Commun. utriusque judic.* Inprimis autem ut partis attributæ transferatur dominium istud juris, *l. etiamsi 2. d. t. §. ult. Inst. de offic. judic.* quo ipso alterum illud amittere expediti juris est: cùm eædem amittendi causæ sint in uno, quæ acquirendi in altero; juxta illud Physicorum unius generationem alterius esse destructionem, *arg. l. nihil tàm naturale & ibid. Dd. D. de R. J.*

LXXXIV.

Oritur autem hîc insignis inter Jus feudale & Saxonicum differentia. Nam hactenus quidem conveniunt, quod illud ipsum feudum, quod alter acquirit divisione alter amittat: sed in eo peculiare quid est jure communi, quod semel illo investitus jus succedendi ex prima investitura sibi competens divisione istâ non

non amittat, sed casu emergente successio locum habeat in infinitum. §. *si quid decesserit.* 5. *Vers. Titius. Si de feud defunct. content* 2.F.26. §. *hoc quoq;* 1. *de succes. feud.* 1.F. 8. Divisio enim casus futuros non comprehendit, *arg. l. cum pater.* 77. §. *hereditatem.* 18. *D. de legat.* 2. Henn. Göden. *cons.* 21. *n.* 4. Cujus contrarium planè Jure Saxonico receptum.

LXXXV.

Eo enim clarè dispositum est, quod habentib9 feudum commune, permissa quidem sit sine consensu Domini divisio: illa tamen subsecutâ omne jus in eo amitti, nec ad successionem illius non-possessorem admitti, Lehnr. *c.* 32. *in pr.* Zöbel. *part.* 3 *diff* 19. *n.* 1. 16. 17. 18. 20. Cujus rei nulla alia est ratio, quàm quod Jure Saxonico successionis facultas collateralibus non ex jure sanguinis, uti jure communi, sed solâ simultaneâ investitura dependeat. Modest. Pistor. apud Hartm. Pist. *lib.* 2. *q.* 20 *n.* 29. & 30. Zobel *d. l. n.* 1. & 17. Unde semper hujusmodi casu novâ impetratione conjunctæ manus opus est *d. c.* 32. *in pr.* Zobel *d. l. n.* 17.

LXXXVI.

Quamvis autem Revisores differen-

simile faceret, & iste Vasallus Clericus fieret, per hoc feudum non amitteret, quia posset per se facere Missam, pauperibus aliquid distribuere vel simile exercere opus. *Dd. communiter in d. c. un. de milit. Vasal. qui arm. bell. depos.* Rosenth. *c. 7. concl.* 30. *num.* 24. Innocent. *in c. in praesentia. de probat.* Alciat. *respons.* 222. Cephal. *Cons.* 1. *num.* 22. Cacheran. *decis.* 27. *num.* 7.

LXIX.

Omninò ergò Vasallus Clericus factus feudum amittit, non obstante, si per substitutum servire velit, secundum regulam: Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *c. qui per alium. de R. J. in 6. arg. c. Imperialem. §. firmiter.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. F. 55. Textus enim juris feudalis manifestè in contrarium sunt, quia hoc ipso quod quis Clericus efficitur feudum amittit. 2. *Feud* 26. §. *qui Clericus.* Quæ verba nihil aliud denotant, quàm quod ipso jure & in continenti feudi fiat incapax: Si igitur nullum jus amplius habet in feudo, sed eo ipso jure illicò privatur, quî fieri poterit, ut per substitutum servire censeatur? cùm in accessorio non possit esse aliquis effectus, cujus in principali nulla

la fuit existentia, *l. si servum* 4. §. 1. *D. de action. empt.* Deinde mutatâ personæ cō-ditione, quæ locum facit beneficio, de-ficit & ipsum beneficium, *l. in omnibus.* 68. *D. de R. J.* At hic conditio Vasalli, cujus intuitu feudum datum, mutata est, nam Dominus feudum non Clerico sed laico dedit, propterea feudi initio & cō-stitutione non suadente, ita temerè sub-stitutus non est recipiendus, Fachin. 7. *Controv.* 35. & 7. *Controv.* 36. *in fin.*

LXX.

Verùm si Dominus consentiat & con-tentus sit, ut per substitutum serviat, nec de alterius præjudicio puta agnatorum, agatur, Vasallus Clericus factus, feu-dum retinere potest. Quia Dominus potest concedere feudum francum & nulli servitio obnoxium Borcholt. *cap.* 4. *n.* 20. Curt. Jun. *p.* 1. *q.* 8. Laurent. Kirchof. *in thes. comm. opin. concl.* 47. Gœdd. *disput. feud.* 9. *thes.* 2. *lit. B.* Ergò multò magis ut per substitutum Vasallus servire pos-sit. Potest item feudum fœminæ con-cedere & aliis qui non sunt idonei ad serviendum 2. *Feud.* 50. Sansbec. *part.* 3. *num.* 23. Schenck. 2. *Feud.* 17. Duaren. *c.* 10. *num.* 4.

num. 4. Thomas de Marin. *tit.* 11. *num.* 12. Si autem feudum fuerit paternum, certi juris est, Domini consensum non posse agnatis præjudicare, *c. unic. de alien. feud. pater.* 2. *F.* 39. jus enim quæsitum eis auferri nequit, *c. un. de Vasall. milit.* 2. *Feud.* 21. & ibi Dd. Fachin. *d. lib.* 7. *Controv. c.* 35.

LXXI.

De equitibus Rhodiis, Hierosolymitanis, Teutonicis & similium ordinum. Matth. Steph. *de jur. publ. vol.* 2. *disc.* 4. & *discurs.* 18. dubitari potest: Quia isti milites arma bellica non deposuerunt & ita cessare rationem textus in *d. c. un. de Vasall. milit. qui arm. bell. depos.* Armis quippe strenuè utuntur contra infideles, propterea in favorem fidei Christianæ putantur servire Domino suo, eo ipso, quod pro fide militant. Verùm in contrarium nos abimus propter rationem satis firmam, quæ est; quod regulariter Domino servire non possint, ob religionem, quam receperunt, cui obstricti sunt, nec juramentum fidelitatis observare secundum formam traditam, *in c. un. qual. jurar. deb. Vasal. dom. suo fidelitat.* & *in c. un. de form. fidelit.* & *c. un. de nov. form. fidelit.* Cassaneus *in consuet. Burgund. tit. de feud.*

§. 5.

§. 5. *in vers. Except. de relig. num.* 18. Cravet. *Cons.* 103. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas.* 231. *num.* 5. Unde si ordinis lex impedimento his non sit, aliud procul dubio dicendum, ut suprà Disput. 6. exposuimus.

LXXII.

Nihil autem facit adducta dubitandi ratio; licet enim bellica arma non deposuerint, tamen non sequitur, militant pro fide, ergò etiam militare possunt pro feudo Domini Menoch. *lib.* 1. *Consil.* 54. *num.* 34. Nam eò ipso quod ordo horum militum solùm institutus fuit ad hoc ut ipsi pro fide Christiana adversus infideles pugnarent ac proinde religiosis hisce militibus arma quidem concessa fuerunt, verùm ita, ut illis solùm adversus infideles pro fidelibus & pro religione Christiana uterentur, sequitur quod non possint cuilibet Domino feudi seculari contra fideles quosvis militare, cùm contra hos ipsorum persona omninò inhabilis sit Fachin. *lib.* 7. *controv. cap.* 36. Finckelthaus *disp. feud.* 6. *controv.* 15. *lit. A.* Piso Soac. *in prælud. feud. cap.* 33.

LXXIII.

Per ſubſtitutum quoq; prædictos milites ſervire non poſſe, ad retinendum feudum, ſtatuimus, propter rationes in theſi 69. poſitas, excepto tamen caſu in theſi 68. expreſſo: & ſi à Domino permiſſum ſit, ut per ſubſtitutos ſerviant. Quæ permiſſio intelligenda eſt, non tantùm cùm fit expreſsè, ſed etiam cùm Dominus non contradicit, aut illi quorum intereſt. Alvar. Bald. & Præpoſ. *in c. un. §. firmiter. De prohib. feud. alien. per Frider. 2. Feud.* 55. vid Vultej. 1. *de feud. cap. 9. num.* 132. *& ſeqq.* Et hæc ita obtinent conſuetudinibus feudalibus.

LXXIV.

Aliud autem in Electoratu Saxoniæ ſancitum eſt, ubi conſtitutum, ut Clerici, Canonici & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ feuda non amittant, cùm ſervitia ratione feudorum Dominis debita per ſubſtitutos præſtare poſſint. Conſtit. Elect. 28. *p.* 3. *in pr. ibi*: Sintemal ſie ihre Lehen durch andere ſubſtituirte gegen dem Lehnherrn verdienen können. Multò magis hoc procedere ait Sereniſs. Elector in Equitibus ordinis Teutonici & militibus

bus Hierosolymitanis. §. **Hieraus folget auch.** Monachi verò feuda retinere non possunt. Ratio forsan est, quod nihil proprii habeant, sed omnia monasterio acquirant. *Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. d. Constit.* 28. §. **So viel aber die Mönche begreifft.** adde Berlich. *ad d. Novell. num.* 63. *&* 64. Everhard. à Middelburg. *in loc. legal. loc. à Serv. ad monach.* 24. *n.* 3.

LXXV.

Quarta voluntariæ amissionis sine culpa species est Divisio: quæ hic nihil aliud est, quàm feudi pluribus communis in partes separatio & attributio est. Hæc enim liberâ voluntate suscipitur, adeò ut Dominus non possit invitos Vasallos ad divisionem compellere. Rosenthal *in Synops. cap.* 9. *concl.* 91. *Divisio.*

LXXVI.

Sed & sine culpa suscipitur hæc divisio, quippe quam lex feudalis apertè permittit. §. *Si quis per triginta.* 4. *vers. Omnes filii. Si de feud. defunct. cont.* 2. F. 26. §. *firmiter* 1. *vers. præterea ducatus. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* 2. *Feud.* 55. *c. unic. si plur. sint Domini.* 2. *Feud.* 77. *c. unic. vers.*

paternum. de nat. succeſſ. feud. 2.F.50. Bald. *in l. ſi familiæ. num.* 6. C.*famil. herciſc.* Jul. Clar. *in* §. *feudum q.* 44. Nam favorabilior multò eſt diviſio, quàm alienatio, quæ tamen in agnatum fieri poteſt, ut ſeq. disp. videbimus. Weſembec. *cap.*11. *de feud. num.* 8.

LXXVII.

Inter ſolos autem ſimùl inveſtitos permiſſa eſt diviſio, *d. verſ. præterea ducatus.* 2.F.55. *& ibi Dd.* §. *præterea.* 1. *verſ. item ſi fuerint. quib. mod. feud. amitt.* 1.F.5. aliàs incideret id in alienationem, Roſenth. *d. cap.* 9. *concl.* 81. Sive illi coheredes ſint, & in ſucceſſione concurrentes partes faciant, ſive ſocii, quibus à principio feudum communiter conceſſum, meritis vel pecuniâ acquiſitum. *d. verſ. item ſi fuerint.* 1. *Feud.* 5. *& d. verſ. præterea ducatus.* 2. *Feud.* 55. Roſenthal *d. l. concluſ.* 79. *& 80.*

LXXVIII.

Omnia autem feuda dividi poſſunt regulariter. *d. verſ. omnes filii.* 2. *Feud.* 26. *d. verſ. præterea ducatus.* 2. *Feud.* 55. *d. c.* 2. *Feud.* 77. Quod & de feudis Jurisdictionum aſſerimus. Bald. Alvarot. & F F. *in d.* §. *præt-*

prætereà ducatus 2. *Feud.* 55. Jul. Clar. *d.* §. *feudum. q.* 44. Rosenthal *d. cap.* 9. *concl.* 8. quamvis enim Jurisdictio per se & sui natura individua sit. *argum. l. stipulationes non dividuntur* 72. *in princ. D. de V. O. l. cum Stichus.* 29. *D. de solut.* unde procul dubio Jure Saxonico plures Jurisdictionem habere communem prohibitum olim fuit. Lehenrecht *cap.* 77. *vers.* Zween Man. ratione fructuum & proventuum tamen, vel per certas regiones, aut exercitio alternis annis usurpato divisionem quandam recipit, *arg. l. communi.* 7. §. *Cum de usufruct.* 10. *D. Comm. div. l. quotiens.* 34. *in pr. D. de Usufruct.* Tiraquel. *in tract. de jur. primogen. quæst.* 85. *num. ult.* Sichard. *cons. feud.* 1. *num.* 50. Rosenthal *d. concl.* 78. *in not. lit. B.*

LXXIX.

Idem decimus de feudis Decimarum Rosenthal post Blanc. & Ardizon. *d. loc. in fin.*

LXXX.

In feudis verò Regalibus exceptio reperitur jure nostro feudali. *d.* §. *firmiter. vers. prætereà ducatus.* 2. *Feud.* 55. & ibi omnes Dd. Cujac. *lib.* 2. *feud. tit.* 12. &

lib.4. tit.9. Rosenthal *d. cap. 9. conclus. 82.* etiam Saxonico Lehenr. *cap. 20. in fin. ibi.* **Bischoffthumb vnd Fahnenlehn sol der König gantz vnd vnzertheilt leihen.** *Gloss. Landr. lib.3. art.53. num.6. & art.58. num.2. in fin.* quod tamen multis modis limitatur, quorum ultra decem affert Rosenthal *d. cap. 9. conclus. 83. & sex seqq.* Inprimis autem consuetudine non tantùm in Germania sed & in Italia & Gallia juri huic derogatum est, præterquam in Electoratu & similibus dignitatibus ad primogenitum vel proximos illius pertinentibus de quo videantur adducti à Goth. Anton. *disp. 9. th. 3. lit. E.* & quæ supra *Disp. 2. de feudis Dividuis & Individuis diximus.*

LXXXI.

Forma Divisionis.

Forma Divisionis consistit: 1. in provocatione unius vel plurium. Quamvis enim aliqui existiment omnium consensu ad divisionem opus esse, adeò ut uno contradicente illa impediatur. Matth. de Afflict. *in d. §. præterea. 2. Feud. 55.* per illum textum in verb. *Si consortes voluerit:* argumento ducto à contrario sensu. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum ext. de Constit.* Mozz. *de div. feud. num. 50.* communi tamen

men Dd. calculo explosa est ista opinio, utpote juris naturalis, civilis & feudalis rationibus contraria, *arg. l. etsi non omnes. 8. l. si quis cum. 29. D. & l. ult. C. comm. div. cum similibus.* Rosenthal *d. cap. 9. concl. 79.* Vultej. 1. *Feud.* 10. *num.* 88. Goth. Anton. *d. thes. 3. lit. C.*

LXXXII.

2. Ut unicuique certa pars attribuatur; vel si commodam divisionem non recipiat, uni totum feudum, alteri pretium assignetur textus expressus *in d. vers. omnes filii. 2. Feud. 26. & ib. Goth. & Dd. & in d. vers. præterea ducatus. 2. Feud. 55. & d. vers. paternum. de nat. succes. feud.* Jul. Clar. *d. q. 44.* Rosenthal *d. cap. 9. concl. 77.* Vult. *d. num. 88.* modò nihil fiat in fraudem Domini: veluti si fortè pacto aut aliâ ratione, uno heredum sine filiis mortuo, feudum rediret ad Dominum & unus senex aut aliâs sine spe filiorum totum cederet alteri. Rosenthal. *d. cap. 9. concl. 81.* & post illum Vultej. *d. num. 88.* Goth. Anton. *d. th. 3. lit. D.*

LXXXIII.

Finis & Effectus.

Finis & Effectus iidem ferè sunt, qui in aliis divisionibus: nimirum ut discordiæ, quæ ex communione ortæ fuerint, vel fieri metuantur, tollantur; & ut quisque consequatur id quod suum est: datâ adversus coheredem actione, si pars attributa evicta sit. *l. si fratres. 7. C. Commun. utriusque judic.* Inprimis autem ut partis attributæ transferatur dominium istud juris, *l. etiamsi 2. d. t. §. ult. Inst. de off. judic.* quo ipso alterum illud amittere expediti juris est: cùm eædem amittendi causæ sint in uno, quæ acquirendi in altero; juxta illud Physicorum unius generationem alterius esse destructionem, *arg. l. nihil tàm naturale & ibid. Dd. D. de R. J.*

LXXXIV.

Oritur autem hîc insignis inter Jus feudale & Saxonicum differentia. Nam hactenus quidem conveniunt, quod illud ipsum feudum, quod alter acquirit divisione alter amittat: sed in eo peculiare quid est jure communi, quod semel illo investitus jus succedendi ex prima investitura sibi competens divisione istâ non

non amittat, sed casu emergente successio locum habeat in infinitum. §. *si quid decesserit.* 5. *Vers. Titius. Si de feud. defunct. content* 2. F. 26. §. *hoc quoq;* 1. *de succes. feud.* 1. F. 8. Divisio enim casus futuros non comprehendit. *arg. l. cum pater.* 77. §. *hereditatem.* 18. *D. de legat.* 2. Henn. Göden. *cons.* 21. *n.* 4. Cujus contrarium planè Jure Saxonico receptum.

LXXXV.

Eo enim clarè dispositum est, quod habenti bona feudum commune, permissa quidem sit sine consensu Domini divisio: illa tamen subsecutâ omne jus in eo amitti, nec ad successionem illius non-possessorem admitti. Lehnr. *c.* 32. *in pr.* Zöbel. *part.* 3 *diff* 19. *n.* 1. 16. 17. 18. 20. Cujus rei nulla alia est ratio, quàm quod Jure Saxonico successionis facultas collateralibus non ex jure sanguinis, uti jure communi, sed solâ simultaneâ investitura dependeat. Modest. Pistor. apud Hartm. Pist. *lib.* 2. *q.* 20. *n.* 29. & 30. Zobel *d. l. n.* 1. & 17. Unde semper hujusmodi casu novâ impetratione conjunctæ manus opus est *d. c.* 32. *in pr.* Zobel *d. l. n.* 17.

LXXXVI.

Quamvis autem Revisores differen-

tiarum Saxonicarum *differ* 32. consultius existimaverint, ab eo jure recedendum, & quod jus conjunctæ manus per divisionem deinceps amitti nō debeat, literis investiturarum inserere suaserint: Elector tamen Augustus adsentiri noluit, sed Jus Saxonicum expresè approbavit, & novam investituram illo etiam casu requisivit *in Const. 45. part. 2.* § Gleicher gestalt.

LXXXVII.

De Amissione respectu Domini.

Hactenus à thesi 9. de Amissione sine culpâ Vasalli respectu diximus: sequitur ut paucis videamus, de amissione in Domini persona contingente.

LXXXVIII.

Mutua autem inter hasce personas relatio, æquale jus regulariter exigit. *arg. l. ult. C. de Indict. l. 1. C. de Cupress. ex luc. Daphnen. l fin. C. de rescind. vendit. & ibi Salicet. l. nam. postea quam. 9.* §. *jusjurandum 6. D. de jurejur.* Unde tàm necessitate juris, quàm voluntate propria feudi jus perdere poterit Dominus.

LXXXIX.

Necessariò illis ferè modis, qui de Vasallo supra dicti sunt, nimirum rei interitu, morte naturali & civili, id quod extra

extra dubitationis aleam poſitum. De imperfectione corporis naturali res obſcurior. Nam ſi Dominus is ſimul Vaſallus ſuperioris ſit, idem procul dubio dicendum, quod de Vaſallo, quia tunc contingit omninò amiſſio Dominii proprietatis, quamvis ex accidenti, quatenus nimirùm Vaſallus ipſemet eſt, uti in præcedentibus dictum.

XC.

Aliud autem ſtatuendum venit, ubi de re propria inveſtituram fecit, & aliū propterea Dominum non recognoſcit. Tunc enim quia jure noſtro Juſtinianeo ejusmodi imperfecti ſine dubio admittuntur ad ſucceſſionem nec perdunt hereditatem ſive naturâ ſive ex accidēti tales, uti colligere licet *ex l.* 1. *& 2. D. de bonor. poſſ furioſ. infant. l. ult. §. tali. C de Curat. furioſ. l. humanitatis ubi Ang. C. de impub. & al. ſubſtit. Nov.* 118. *c.* 1. *l. ſed eſt.* 6. *§. fin. D. de liber. & poſthum. l. repetundarum.* 15. §. 1. *D. de teſtib.* facilè conſtet Dominum rei feudalis, quod apud ipſum allodialis res eſt, illi adimi ex his cauſis non poſſe.

XCI.

Jus Saxonicum provinciale Landrecht hoc caſu intricatum valdè eſt, quippe

quippe quod muto, furioso, mente capto, cæco vel aliàs imperfecto hereditatem non denegat, sed, Hermaphrodito, nano, claudo & leproso. Landt. *lib.* 1. *art.* 4. quod sequuntur Zobel *par.* 3. *diff* 24. & Reinhard *p.* 1. *diff* 47 ubi rationes diversitatis suppeditare conãtur; contra quos tamen copiosè disputat Johan. Dauth *in tract. de testam. tit. de hered. instit. n.* 307. adducens Schurff *p.* 3. *cons.* 53. contendens omnes hos indistinctè ad hereditatem admittendos esse. Quæ sententia cùm æquitati & juri civili consentanea sit, illaq; Juris Saxonici distinctio usu reprobata, & præterea Vasallis ex accidenti hujusmodi vitium incurrentibus feuda non adimi supra diximus: multò magis idem de Domino asserendum censemus.

XCII.

Conditionis verò defectu, Revocatione & tempore amitti diximus feudum respectu Vasalli necessariò, qui modi non minus jus dominicum perimunt, consolidationem utilis Dominii cum directo ut loquuntur Dd. efficientis Domini tamen respectu potius voluntariè hæc fieri videntur.

XCIII.

XCIII.

Evictione quoque perimi jus Domini expeditum est. Si scilicet proprietas evicta sit. Quod si feudum ab alio Vasallo ejusdem tamen domini, evincatur possessori, ipsius tamen respectu jus dominicum expirare indubium est: nisi aliud ipsi feudum tribuat, & sic jus istud novet. *c. un. de invest de re alien. fact.* 2. F. 8. *& ib. Dd.*

XCIV.

Præscriptione quomodo Dominus jure suo cadat, expositum ex supra Disp. 6. Oblatione verò feudi Ecclesiæ facta, Dominum esse desinere, nemo ambigit qui perpendit ea, quæ supra th. 25. diximus: illud saltem notandum, quod & hic modus ex Domini parte sit voluntarius, cùm oblatio ista ab ipsius spontanea dependeat voluntate.

XCV.

Reliqui modi, qui in persona Vasalli voluntarii sunt, eodem jure obtinent in persona Domini, Subinfeudatione excepta: quippe cujus natura est, ut semper is Domini respectum retineat, qui subinfaudationem celebrat, ut sic contrarium effectum producere nequeat.

XCVI.

XCVI.

Refutatio quoque propriè sic dicta, non nisi à Vasallo fieri potest: aliàs si latius id nominis Domini respectu usurpare velimus, incidit id in alienationis speciem, quam quomodo Dominus facere queat docebit sequens disputatio.

XCVII.

Quod autem Dominus superiori Domino refutare feudum suum & sic Vasalli sui respectu jus dominicum amittere possit monstrat *th.* 48. 49. 55. *& seqq.*

XCIIX.

Planè si Dominus, cujus feudi proprietas est, & inde non alterius Vasallus sit, cedere dominium suum velit Vasallo, idipsum quoq, liberè facere poterit juxta th. 63. hujus Disputationis.

XCIX.

Cliricatu seu Monachismo Dominus qui de eo feudo alterius Vasallus est, hujus omninò jure utitur. Quod si hunc respectum non habeat, sed feudum dominii & proprio jure ad ipsum

per-

pertineat, differentia inter Clericos & Monachos erit constituenda: ut illi quidem his contradistincti dominium retineant. Monachi verò id amittant: jure tàm civili, quàm Saxonico. *l Deo nobis. 46 § hoc etiam. 1. C. de Episcop & Cleric. Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. Nov. 5. cap. 5.* Landr. *lib. 1. art. 5. ib.* Der Pfaff nimbt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter Gerade vnd gleichen Theil mit dem Bruder an Eigen vnd Erben. & Landr. *lib 1. art 25. in pr. ib.* Der Pfaff theilet mit seinen Brüdern vnd nicht der Münch. & ibi gloss. & Zobel in addit. Ratio differentiæ manifestissima est, quod Clericus alius, si ordinis regula non prohibeat peculiariter, possit aliquid habere proprii, adeoque & investituram facere & Vasallos habere. *c. un. Episc. vel Abbat. 1. Feud 6. cap. un. in fin. de Cler. qui invest. fac. 2. Feud. 35.* Lehenr. cap. 2. vers. Ob ein Mann der vollkommen ist / &c. usque ad finem & passim; quod ipsum Monachis interdictum planè est, *d. Auth. Ingressi. junct. pr. per quos fiat invest. 2 F. 3.*

C. Tan-

C.

Tandem Divisione quoq; Dominus jus suum amittit in feudo ad coheredem translato per text. *in cap. un. Si plur. sint Domin.* 2. F. 77. Rosenth. *d. c.* 9. *concl.* 90, quod tamen successione in casibus quibus eam permissam esse superius Disp. 6. monstravimus, redintegrari potest.

F I N I S.

Collegii Feudalis publici

Disputatio IX.

De

Amissione Feudi ex culpâ,

Respondente

Balthasaro Fünstero

Lubenâ-Silesio.

Thesis I.

Quemadmodùm in bonis allodialibus Jus nostrum, quod æquitatis & Justitiæ imitatur vestigia *c. super privilegia. 28. ext. de privileg* id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non patitur *l. id quod nostrum. 11. ff. de R. I.* & nemo sine culpâ suâ & malâ consortis actione, jure suo privari debet *c. sine causa. 23 c. delictū. 76. de R. I. in 6.* in tantum, ut nec quis in re-

Res nostra nobis non auferēda.

re communi altero invito quicquam facere, nedùm alienare possit §. *religiosum. 9. Inst. de* R. D. Ita & Feudalia bona legitimè acquisita sine justissimâ causâ Vasallo aufferri non possunt, *princ. quo tempore miles investit. pel. deb.* 1. F. 22.

11.

Ne à Principe quidē.

Et hæc non tantùm in privato, sed & in Principe locum habere æquus est *l. patrono. 5. in princ. ff. de natal. restit. l. 3. ibi, nec ex rescripto nostro. C. de rescind. vendit. princ. de natura feud.* 1. F. 7. Johan. Borcholt. *de feud. c.* 8. *n.* 2. Niell. *disp. feud.* 2, *th.* 3. Mynſ. *cent.* 5. *obſ.* 97. *n.* 7. Quamvis enim Is omnibus Roman. Imperio subjectis imperat, & in mundo nullum recognoscit superiorē, secundùm Bald. *in proœm. C.* & Felin. *in c. novit. ext. de judiciis.* ita ut omnia ipsius esse dicantur *in l. benè à Zenone. 3. vers. sed scimus. C. de quadrien. præscript.* Cùm sit mundi Dominus *l.* ἀξίωσις 9. *ff ad L Rhod. de jact. l. si duas.* 6. §. 2. *ff. de excusat. tutor.* Kōnig. *in Proceſſ. Judiciar. c.* 105. *n.* 13. rectissimè tamen, quoad imperiū, non dominiū; potestatē, non proprietatē; universè, non singulatim; solâ jurisdictione, non possessione & usu, ad intelligēdū esse docet M. Reinhard. Kōnig *part.* 1. *Theatr. sui Polit. c.* 20 *n.* 58. *& seqq. gloss. in d. l. benè à Zenone. super verb. omnia.*

III.

Cùm autem ipse quoq; Deus ex promissione obligetur, referēte Schneidvv. *rubr.de obligat. naturali tantùm n. 7. in fin. Inst. de obligation. item* §. *in personam.*8.*n.*6. *Inst.de action.* multò magis Principali, ut pactis stet & conventis, & ita Legibus quibusdam alligata sit, ne alicui feudū absq; causâ adimat, Majestati conveniet *l. digna vox.*4 *C.de LL.* Sicut enim boves ligantur funibus; sic homines verbis & cōtractibus, Schneidvv. *in d.princ. Inst. de oblig.n* 16. unde Principis verba, etiam non jurata, firmissima esse debere docet Mynsi. *cent.*1.*obs.* 17.*num.* 2. quippè cùm humanæ fidei nihil tàm, quàm ea, quæ placuerunt, servare & custodire, congruat *l.*1.*ff. de pact. l.non minorem.* 20. *C.de transact.* & fidem datam fallere, grave sit *l.*1.*l illud aut illud.*24.*in princ.ff.de constit.pecun.l.* 1. §. *hæc autem.* 4. *ff. depositi.* ipse etiam sicut alii homines naturali quadam ratione ad observationem promissorum sit devinctus, Hart.Pistor. *lib.* 3.*quæst.*25. *n.*7. & 8. ubi communi ore utriusq; juris Interpretes ita docere asserit *n.*7. *in med.*

IV.

Ne itaque Vasallus jus suum sine justâ causæ cognitione amittat, & alius cũ illius jacturâ & detrimento fiat locupletior, *contra l. nam hoc naturâ. 14. ff. de condict. indebit. l. planè in cæteris. 38. vers. sed benignius. ff. de hered. petit l. jure naturæ. 206. ff. de R.I. c. non debet. 22. c. locupletari. 48 de R.I in 6.* idcircò compilatores Juris Feudistici in expressione causarum amittẽdi feudi maximè fuere solliciti. Verùm quia materia hæc Feudalis maximè diffusa est, Udalric. Zas. *de feud. part. 10. in princ.* cùm natura novas quotidiè deproperet edere formas §. *item qui 2. vers. sed quia in fin. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. 2. F. 24. §. sed quia Divinæ. 18. Constitut. de Confirmat. ff. ad Senatum.* & multa in Feudis in communi observatiâ & usu consistant, de quibus in libris altum est silentium, uti restatur Hart. Pistoris *observat. 230. n. 42.* ita ut rectissimè quod Quintilian. *lib. 2 Orat. Instit. c. 15.* de Rhetoricâ conqueritur, idem & nos de causis illis enunciare possimus, latè videlicet illas fusas esse & multiplices, & propè quotidiè novas, & de quibus nunquã dicta erunt omnia: idcircò omnes sub certâ aliquâ

Causarum amissionis feudi varietas.

aliquâ regulâ & rotundâ definitione cõprehendere impossibile est, prout ipse protestatur Feudista Obertus de Ortto *vers. at ne videar in quib. caus. feud. amitt.* 2. F. 23. In tantâ igitur illarum causarũ copiâ quasdã saltem, easq; aut jure ipso Feudali expressas, aut DD. cõmuni calculo approbatas sub Disputationis nostræ incudẽ pro ingenii tenuitate revocabimq, quò secundum Bald. per contraria transeundo via aperiatur ferro, & ita veritas, quæ mater, basis & fundamentum est Justitiæ, eò meliùs elucescat.

V.

Continuatio.

Postquam autem præcedenti Disputatione de modis, quibus Vasallus feudum sine culpâ amittit, dictum est: recto nunc ordine, sine quo, referente Schneidevv. *in princ. Inst. de hered. quæ ab intest. def. n.* 1. nihil rectè agitur, quiq; juxta Bald. *in l.* 1. § *jus autem naturale. de Just. & jur.* esse & perfectionem dat, ad modos, quibus ob culpam Feudum amittatur, progredimur.

VI.

Felonia.

Culpa a. illa in libris Feudor. Felonia dicitur, cujus originem alii deducũt *vel* à præterito perf. verbi fallo, unde ipsis quoq; Fallonia dicitur: *vel* à Græco Φιλωνης

λωσις seu Φήλωμα, quod fraudem, impostu-ram & deceptionem significat, Cujac. *tit. quibus mod. feud. amitt.* 2. *lib.* 1. *de feud. p m.* 49. Borcholt *de feud.* 2. *n.* 17. *vel* à Germanico fehlen sive fallen: hinc fehl begehen oder fehlen/id est peccare, culpā committere, errare: quo Majores nostri verbi istius mollitie asperitatem illam rei mitigare videntur, perinde ut Veteres Romani in sententiâ capitali ferendâ eum, qui graviter deliquerat, parùm caviſſe videri, er hats vbersehen / dicebant, teste Conrad. Rittershus. *lib* 2 *partit. feud. t.* 5 *quæst.* 2 *ante fin. p. m.* 392. *itē lib.* 1. *c.* 1. *quæst.* 3. *in fin p. m.* 99. Dn. D. Fincklerh. *in Controverſ. Feudal lib. Disput.* 1 *Controv.* 5. *lit B. n.* 3. ubi hanc notationem ad rem ipsam propiùs accedere affirmat.

VII.

Felonia Vasalli.

Felonia autem non præcisè contumaciam in Dominum, hujusvè in Vasallum perfidiam; sed quodvis facinus capitale denotat, & Gothis Longobardisq; idem est, quod Latinis scelus, Germanis ein Schelmenstück / Hottom. *in Lex. Feud. verb. felonia.* ita ut vox illa Felonia tàm Domino, quàm Vasallo communis sit, sicut ex text. §. *si Vasallus.* 6. *verſ. domino. ſi de feudo defunct. contend.* 2. F. 26. *c. un. qualiter Domi-*

num

rum propriet. feud. privet. 2. F. 47. & aliis satis luculenter patet.

VIII.

Felonia illa sive culpa, ob quam Feudo suo privatur Vasallus, consistit vel (1.) in committendo i. e. non faciendum faciendo *tit. quibus mod. feud. amitt. in fin. ibi, similes culpas commiserint.* 1. F. 17. *tit. quæ sit prima caus. benef. amitt. in fin. ibi, grave quid commiserit: & ibi, vel aliud grave crimen commiserit.* 2. F. 24 Id quod fit, quādo *vel* adversus Dominum directò, ipsum sc. immediatè, & ita in personâ propriâ, offendendo, aut per consequentiā, personis potestati ejus & effectui subjectis injuriam aliquam insignem inferendo, resvè ejus lædendo: *vel* adversùs extraneū quendā grave aliquod delictū perpetrat, prout hanc divisionē (quæ legentis animum incitat, mentē intelligentis præparat & memoriā artificiosè reformat, secundùm Accurs. *in* §. *igitur.* 4. *in verb. easd. in proœm. Institut. facit* §. *sed non usq;* 3. *in fin. Inst de legat.*) docendi causâ instituit Vultej. *de feud. l.* 1. *c.* 11. *n.* 18. 30. 33. & 37. vel (2.) in omittendo i. e. faciendum non faciendo *d. tit.* 17. *lib.* 1. *feud. ibi, seniores in bello dimiserit.* §. *fin. ibi, in pugna Dominum suum dimiserit. de feud. sine culpa*

non amitt. 1. feud. 21. Vultej. d. lib. 1. c. 11. n. 16. Wes. de feud. c. 15. n. 4. Hieron. Setzer. Disp feud. 9. th. 1. & 2. Hunn. in tract. feud. c. 14 p. m. 378.

IX.

Quia verò gravius est commissionis, quàm omissionis delictum, Gail. lib. 2. de Pace Publ. c. 5. n. 2, Borchole. de in lit. jurãd. c. 2. n. 19. Tiraquell. de pœn. L. L. temperand. caus. 44. Schneid. ad §. aliæ. 2 n. 75. in fin. ibiq; Gothofred. in not. lit. O. Inst. de donat. item §. vi bonorum. 19 rubr. de action. famil. ercisc. n. 45. Inst. de actionib. idcirco priore loco de amissione Feudi, quæ ex culpâ in *Dominum* ipsum à Vasallo commissâ contingit, agendum est.

Causæ committendi in Dominum.

X.

Prima itaq; amissionis Feudi causa est, si Vasallus sine ullâ justâ causâ Dominum suum aperto vel occulto telo aut malo veneno aliisq; modis è medio sustulerit, per §. item qui Dominum. 2. vers. porrò in verb. vel morti (aut potius vitæ, Gothofred. in not. ibid. lit. D.) ejus insidiatus fuerit. quæ fuit prin. caus. benef. amitt. 2. Feud. 24. Johan. Blanchus in Epitom. Feud. lib. 2. cap. 1. num. 2. in princ. Hunn. d. tract. feud. c. 14. p. 378. in fin. Cùm enim non

1. Directò. I. Interfectio.

tantùm sanctissima illa præcepta Juris, honestè vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. §. *juris præcepta.* 3. *Inst. de J. & J. l. justitia.* 10. *ff. eod.* turpiter violare, & Rempubl. cujus multos habere cives interest, cive privare, sed & contra jurisjurandi religionem, quâ inter alia incolumitatem corporis vel vitæ Seniori promisit, *tit. qualiter jurare debeat Vasall. Domino fidelit. in fin. 2. Feud. 5. princ. verf. incolumè. de forma fidelitat. 2. Feud. 6.* facere ausus fuerit: certè non solùm, cui feudum, sed & vita ipsa rursùs eripiatur erit dignissimus, sicut huic nostræ consentit sententiæ Conrad. Rittershus. *lib. 2. partit. feud. cap. 5. qu. 5.* Nec novum est, ut ubi eadem delicti ratio, ibi & jus idem statuatur, *l. à Titio.* 108. *ff. de V. O.* imò cùm à minori ad majus argumentum ductum in Jure fortissimum, frequens & utile sit, & in pœnalibus, identitatem rationis habentibus, omninò locum habeat, Everhard. *in Topic. Loco à minor. in princ. & num. 4. in fin.* non immeritò itaque & hoc casu beneficium suum vasallus Dominum interficiens amittit.

XI.

Limitat. 1. Hæc concluſio limitatur non procedere, (1) quando Vaſallus periculum ſuæ vitæ aliter effugere nec ſe defendere poteſt, ſed neceſſitate, quæ Leges frangit, coactus homicidium committit, **wenns eine rechte Nohtwehr iſt.** Eſt enim hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis, quemadmodùm ita eleganter loquitur Cicero *in Orat. pro T. Annio Milon. cap. 4. in med.* & adversùs periculum naturalis ratio permittit ſe defendere. *l. itaque ſi 4. in princ.* imò omnia jura omnesquè Leges vim vi repellere concedunt. *l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil.* Quam permiſſionem de novo confirmat Carol. V. *Artic.* 140. *Conſtitut. Criminal.* **So einer jemand mit einem tödtlichen Waffen oder Wehr überläufft / anficht oder ſchlägt / vnd der benätigte füglich ohn gefährligkeit ſeines Leibes /**

Leibes/ Ehr vnd guten Leymuts nicht entweichen kan / der mag sein Leib vnd Leben ohne alle Straffe durch eine rechte Nohtwehr retten: Vnd so er also den benöttiget entleibet / ist er darumb nicht schuldig. Quod itaque LL. permittentibus fit, id pœnam non mereri, expressè affirmat, *l. Grachus. 4. & ibi Bartol. & Bald. C. ad L. Jul. de adulter. c. qui peccat. 40. caus. 23. quæst. 4.* Rectissimè igitur, si ad suam defensionem Vasallus Dominum, atrocem injuriam injustè inferentem, seautem aliâ ratione salvum tenere non potuerit, interfectionem illam, adhibito inculpatæ tutelæ moderamine, Vasallum feudo privare non posse concluditur à Dd. Ludovic. Schrader. *prolixè in tract. feudal. part. 9. cap. 4. num. 54 & seqq.* Hunn. *in tract. feud. cap. 13. p. m. 367. & seq.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 40.* Rosenthal *in Synops. feudal. cap. 10. conclus. 20. num. 23. vers. primò enim cliens. & seqq.* Berlich. *cum multis ibi allegatis part. 4. Conclus. 12. n. 19.* Zas. *d. part. 10. num. 102.* ubi hoc se de facto in Prælato, qui causam, ut eum contumeliis appeteret, Vasallo dederat vidisse refert. Rittershus. *c. 5. quæst. 7. lib. 2.*

partit.

partit. feudal. ubi *in princ.* hanc exceptionem notabilem & veriſſimam eſſe dicit.

XII.

2. Limitatur (2) quando Vaſallus pro defenſione bonorum rerumq; ſuarum Domini caput neci dat, *l.* 1. *C. unde vi.* Cùm enim res & bona ſecundus ſanguis hominis eſſe dicantur, *gloſſ. juncta text. in l. advocati.* 14 *C. de advocat. diverſ. judicior.* & feudi Dominus in omnibus vices reddere fideli ſuo debeat. §. *fin. de forma fidelitat.* 2. F. 6. ſibiipſi imputet, quòd lege & pacto, quod ipſe primus neglexit & transgreſſus eſt, ſe juvare nequeat, *l. auxilium.* 37. *in fin. ff. de minoribus. l. vixo atque uxore.* 39. *in med. ff. ſoluto matrimon. c. quia fruſtrà.* 14. *in princ. ext. de uſur.* cum quo conſentiunt Schrader. *d. part.* 9. *c.* 4. *n.* 61. *cum* 5. *ſeqq.* Roſenthal. *d. cap.* 10. *concl.* 20. *num.* 24. *& multis ſeqq.* Sonsbec. *d. part.* 12. *num.* 40. *verſ. vel bonorum faceret.* & multi alii, quos Schrader. *d. jam loco.* & Berlich. *d. part.* 9. *concl.* 12. *ſub n.* 20. *& ſeqq.* quamvis ipſe ab hac ſententia diſſentiat, adducunt.

XIII.

3. Limitatur (3) quando Dominum in adulterio uxoris ſuæ offenſum gladio interi-

interimit. Licet enim de Jure facere non sit concessum: quia tamen adulterium uxoris gravius marito est, quàm occisio proprii filii, Schneidew. *per l. Titius* 88. §. *matre & uxore.* 16. *ff. de legat.* 2. *in Commentar. ad* §. *quadrupli.* 25. *& seqq. n.* 38. *Inst. de actionib.* ipse quoq; Dominus hoc modo fidem suam frangit & contra obligationem ex contractu illo feudali descendentem facit: idcircò & Vasallus, si ei rursùs fidem fregerit, *per l. cùm proponas.* 21. *C. de pactis.* & Dominum deprehensum in adulterio justo ex fervore occiderit, amissione feudi tanquam pœnâ delicti aliàs ordinariâ puniri non debet, Schrader. *d. tract. feud. p. 9. c. 4. n.* 92. Rittershus. *d. lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 8. Hunn. *in d. tract. feud. c.* 14. *p. m.* 378.

XIV.

Secunda privationis feudi causa est, si Vasallus Dominum assalierit, h. e. assultum & impetum in eum ejusvè vicum aut alienum aliquod castrum, in quo ipsum eo tempore morari benè sciebat, fecerit & hostiliter aggressus fuerit, quantumvis mors Domini secuta non sit, *text. est expressus tit. quibus mod. feud. amitt.* 2. *Assaltus.*

amitt. in princ. vers. similiter. 1.F.5. *6.* 1.*unic. quibus mod. feud. amitt.* 1.F.17. §.*item qui.* 2. *vers. porrò si Dominum assalierit. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* 2.F.24. *vers. tutum. & vers. utile. de forma fidelit.* 2.F.6. Schrader. *p.*9. *tract. feud. cap.*4. *num.*47. Rittershus. *d. cap.* 5. *quæst.* 5. *p. m.* 397. *& quæst.* 11. *p.m.* 402. Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.*20. Setzer. *disput. feud.*9. *th.*5. Hunn. *d.l.c.*14. *p.m.*379. Johann.Niell. *disput. feud.*8. *th.*5. *lit. A.* Udalric. Zas. *in tract. feud. part.*10. *num.* 38. Francisc. Sonsbec. *d. tract. feud. p.*12. *num.*35. Schneidvv. *in Epitom. feud. p.*8. *cap.*1. *num.*155. *& seqq.*

XV.

*Limitat.*1. Limitatur autem hæc conclusio (1) si de nece Domini tantùm cogitaverit & propositum suum nondùm in effectum produxerit, sed pœnitentiâ ductus ab eo tentando scelere abstinuerit, tunc etenim feudum ipsum non amittere docet text. expressus. §. *si voluerit.* 2. *de Capitaneo qui Curiam vendidit.* 2. F. 51. Rittersh. *d. lib.*2. *c.*5. *quæst.*5. Sonsbec. *d. part.*12. *n.*38. Duaren. *in Commentar. ad Consuetud. feud. c.*14. *n.*10. *in fin.* in tantum, ut si Vasallus ad percutiendum Dominum levaret manum, non autem sequeretur percussio.

sio, posset quidem Dominus actionem injuriarum contra ipsum intentare, feudo verò ipsum privare non utiq; Setzer. *d. disput. feudal. 9. th. 5. lit. B.* Schrader. *p. 9. c. 4. n.* 48. cum multis aliis, quam sententiam verissimam esse judicat.

XVI.

Nec etiam (2) si errore personæ lapsus in Dominum feudi insultum fecerit. *c. nic. ibi, si scienter Seniores assalierit. quibus mod. feud. amitt.* 1. F. 17. vel (3) exercitus ejus, invito & ignorante eo, nec postea ratum habente, castrum Domini invaserit, propterea feudo privandus est, de quibus limitationibus ut & aliis vid. Schneidvv. *in d. epitom. feud. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 157. & FF. passim. 2. 3.

XVII.

Tertia causa est, si Vasallus atroces iujurias Domino sine justâ causâ intulerit, sive illæ sint *reales*, veluti si impias ipsi manus ingesserit, verberaverit, pulsaverit: tunc quemadmodùm ob hanc causam à donatario revocari potest donatio, *l. final. in princ. C. de revocand. donat.* ita & meritò Vasallus tanquam ingratus cuculus suo exuendus est beneficio, *d. §. 2. vers. porrò si Dominum.* 2. F. 24. 3. *Injuriæ.*

2. *Feud.* 24. sive *verbales*, quando scil. varia scommata & convitia apud viros honestos ex ore maledico in Dominum suum evomuerit & sinistrè quæq; de eo interpretatus fuerit, vel etiam famosum contra ipsum libellum sparserit, id quod gravissima injuriæ species est, *t.t. C. de famos. libell.* Cùm enim crudelis sit, qui famam negligit, *c. non sunt audiendi.* 56. *cauſ.* 11. *quæſt.* 3. *c. nolo ut aliqui.* 10. *cauſ.* 12. *q.* 1. Gail. 2. *obſ.* 100. *n.* 5. *& ſeq.* & secundùm Erasmum liberis nulla speciosior à parentibus possit relinqui possessio, quàm honesti nominis immortalis memoria, ut idcircò fama & vita pari ambulare passu rectissimè dicantur *in l. juſta cauſa.* 9. *ff. de manumiſſ. vindict.* justissimè Vasallus ob calumnias & Domino illatas injurias feudo spoliandus est, *d.* §. 2. *verſ. porrò, ibi, vel alias graves & inhoneſtas injurias.* 2. *Feud.* 24. Cum quo consentit Jus Saxon. *Artic.* 14. *lib.* 1. Landrecht *in gloſſ. German. num.* 3. Ob ein Mann ſeinen Lehnherrn gröblich ſchmähete/ oder jhn vorſetzlich ſchaden thete / dadurch mag er ſein Lehn verlieren. Rittershus. *d.c.* 5. *part. feud. quæſt.* 9. *&* 10. Sonsbec. *d. pact.* 12. *num.* 35. *verſ. tertiò diximus. & n.* 37. Borcholt. *de feud.*

feud.c.8.n.110. Setzer. *disput.feudali 9.th 5. lit.B.* Vultej *lib.1.c.9.n.26.* Schneidvv *p.8. c.1.n.92.cum 19.seqq.*

XVIII.

Quarta causa est, si Vasallus Domini factus fuerit inimicus *c. unic. quot testes sunt necessarii ad prob. feud ingrat. 2. F. 57.* Schrader. *cum ibi allegat p.9.c.5.n.7.* modò capitalis sit, & inimicitia illa ex culpâ Vasalli, non Domini ortum suum habeat, Schrader. *d. jam loc. n. 14. cum seqq.* Blanch. *in Epitom feud. lib.2. t.1.n. 50. vers. hoc puto verum esse.* Nam si justa subsit causa, & illa probari possit, utiq; Vasallus Domino, & Dominus Vasallo hostilitatem indicere, seu ipsum diffidare poterit Er kan jhm̃ absagen/ *c. unic. in fin. de milite Vasallo 2.F.22. & d.c.unic. 2.F.57.* Ubi gloss. & DD. causas justas & ad hoc sufficientes referunt, quibus adde Zobel. Lehnr. c.77. lit.F.I.K. Non aliud Jure Saxon. obtinet, quippè quo & peculiaris modus indicendi & exercendi hostilitatem traditur, uti videre est *d. c. 77. vers.* Ob der Mann dem Herrn. usque ad fin. & Raderic. *in histor. sui tempor. lib.4. c.24.* Sed hi processus saluberrimis de pace publicâ constitutionibus in Impe-

4. *Inimicitia.*

rio noſtro ſublati ſunt. *Goth. Anton. diſſ. feud.13.in fin.* XIX.

5. *Conjunctio cum hoſtibus.*

Quinta cauſa hinc oritur, ſi hoſtibus & inimicis Domini amicitiam ſuam copulaverit & cum iis familiariter vixerit *d.c.unic.ibi, vel inimicis ejus ſuas amicitias copulaverit* 2.F.57. Cùm enim juxta illum Menandri verſiculum, quem, ut Tertullian.ait, D.Paulus ſanctificavit 1.*ad Corinth* 15.*v.*34.bonos corrumpant mores congreſſus mali,& conſortia malorum ſæpè etiam bonos corrumpant *c. ſæpè malorum.* 12. *cauſ.* 28. *quæſt.*1. quippè cũ à converſantibus, ſecundùm Senecam, mores trahantur,nec tàm valetudini profit utilis regio & cœlum ſalubrius, quàm animis parùm firmis in turbâ meliorùm verſari, refer. Schneid. *ad §.in duplum.*23. *Inſt. de actionib. n.* 10. *in fin.*facilè fieri poteſt, ut moribus ejus ex illorum ſociorum voto formatis in perniciem Domini & conſpirationem conſentiat: Qui n. cum inimicis Domini amicitiã contrahit, omninò non tantùm ſe ſuſpectũ facit,ſed inimicus & ipſe factus præſumitur *l.liberi.*28. *verſ.ſi tamẽ. & ibi Bald.Salicet.Iaſon & DD C.de in offic.teſtam.*quia cum quibus ipſi amicitia,conſuetudo & familiaritas interceſſit, iis ſimilis

milis censetur *l. eum qui.* 19. *C. de Episcop. & Cleric.* id quod etiam versiculus ille vulgar. satis innuit:

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.

Et huic sententiæ suum adjiciunt calculum DD. communiter Schrader. *d. part. 9. c. 5. n. 23. cum seqq.* Wesenb. *de feud. c. 18. n. 5.* Mozz. *ex quibus caus. feud. amittatur. n. 66.* Vultej. *lib. 1. c. 11. n. 29.* Blanch. *lib. 2. c. 1. n. 50.* Rittersh *lib 2. partit. feud. c. 5 quæst. 12* Borcholt. *c. 8 n. 121.* Sonsbec. *d part. 12. n. 43.* Zas. *p. 10. n. 32.* Schneid. *p. 8. cap. 1. n. 55.* Hunn. *c. 14. p. m. 380.* Everhard. *in Topic. loc. d contrariû n. 5. in princ.* quam sententiã communem dicit Gratian. *consil. 1. n. 81. volum. 1.* & procul dubio obtinere consuluit Decianus *volum. 1. consil. 18. n. 321.* omniumque veram esse respondit Menoch. *volum. 1. consil. 102. n. 9.*

XX.

Unde eum, qui Inimicis Domini per longum aliquod temporis spatium cohabitaverit, Curt. *in tract. feudal. part. 4. n. 37.* vel matrimonium aut affinitatem cũ iis contraxerit, feudum suum amittere concludunt Schrader. *part. 9. c. 5. num 27.* Schneid. *p. 8. c. 1. n. 57.*

XXI.

Hæc autem procedunt, si ad Dominũ

detrimentum aliquod ejusvè famæ læsio, ex contractâ illâ cum hostibus amicitiâ redundet, & ita in perniciem ejus & contumeliam illa vergat amicitia, prout notabiliter limitant prælleg. gati DD. Schrader. *d.l.n. 27. vers. hæc conclusio ita ampliata.* Zas. *p.* 10. *n.* 32. Sonsbec. *p.* 12 *n.* 43. Rittershus. *d.c.* 5. *quæst.* 12. Borcholt. *c.* 8. *n.* 124. Vultej. *c.* 11. *n.* 29. *vers. sed hòc cum effectu intellig.* Rosenthal. *cap.* 10. *concluf.* 27. Aliàs enim amicitiæ conjunctionem in sacris litteris præceptam. & per se rem honestissimam esse verissimè concludunt DD. *in l. latæ culpæ.* 223 §. 1 *ff. de V.S.*

XXII.

Sed jam quæritur, cuinam, amicitiam in Domini fraudem à Vasallo copulatam esse, incũbat probatio? Et respond. *Si* Vasallus amicitiam simpliciter cum inimicis Domini contraxerit, non tamè sæpè ad eos se contulerit, tunc quia operam dans rei licitæ in dolo esse non præsumitur, Domino id esse probandũ: *Si* verò fœdus aliquod cũ eis inierit & familiariter quotidiè ferè in locis suspectis vixerit, tunc Vasallum ob præsumptionem dolise à suspicione illâ purga-

re

re teneri cum Dn. D. Finckelthauß *in Controvers. feudalib. Disput.* 10. *Controvers.* 9. *lit. B.* statuimus. Extra hos autem casus, totâ rem in passu hoc (uti Zas. loquitur *part.* 10. *n.* 33. *in fin.*) dubitabili arbitrio Judicis, qui vir bonus perhibetur *l. continuus.* 137. §. *cum ita.* 2. *ff. de V. O.* boni innocentisque viri fungitur officio *l.* 4. *ff. famil. hercisc.* & qui duplicem talem, scientiæ, sine quo insipidus; & conscientiæ, sine quo diabolicus est, habere dicitur, Bald. *in l.* 2. *C. de sentent. ex brevicul. recitand.* committendam esse nulli dubitamus; consentiunt Zasius *d. part.* 10. *n.* 33. *in fin.* Rittersh. *lib.* 2. *partit. feudal. cap.* 5. *quæst.* 12. *p. m.* 403. *& alii.*

XXIII.

Sextò, Vasallus taciturnus esse debet & conticere ea, quæ geruntur à Domino, Socin. *lib.* 2. *consil.* 257. *n.* 2. id quod se facturum sanctissimè Domino in fidelitatis Juramento promisit *c. unic. ibi, nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, pandam alii. & in princ. ibi, & si aliquid mihi de secreto manifestaverit, illud sine tua licentia nemini pandam.* 2. F. 7. Quando itaq; arcana Domini tàm dicta, quàm facta sine ejus permissione revelat aliis,

6. *Arcanorum revelatio.*

partit. feud. al. ubi *in princ.* hanc exceptionem notabilem & verissimam esse dicit.

XII.

2. Limitatur (2) quando Vasallus pro defensione bonorum rerumq; suarum Domini caput neci dat, *l. 1. C. unde vi.* Cùm enim res & bona secundus sanguis hominis esse dicantur, *gloss. juncta text. in l. advocati.* 14 *C. de advocat. diversi. judicior.* & feudi Dominus in omnibus vices reddere fideli suo debeat. §. *fin. de forma fidelitat.* 2. F. 6. sibiipsi imputet, quòd lege & pacto, quod ipse primus neglexit & transgressus est, se juvare nequeat, *l. auxilium.* 37. *in fin. ff. de minoribus. l. vixo atque uxore.* 39. *in med. ff. soluto matrimon. c. quia frustrà.* 14. *in princ. ext. de usur.* cum quo consentiunt Schrader. *d. part.* 9. *c.* 4. *n.* 61. *cum* 5. *seqq.* Rosenthal. *d. cap.* 10. *concl.* 20. *num.* 24. *& multis seqq.* Sonsbec. *d. part.* 12. *num.* 40. *vers. vel bonorum faceret.* & multi alii, quos Schrader. *d. jam loco.* & Berlich. *d. part.* 9. *concl.* 12. *sub n.* 20. *& seqq.* quamvis ipse ab hac sententia dissentiat, adducunt.

XIII.

3. Limitatur (3) quando Dominum in adulterio uxoris suæ offensum gladio interi-

interimit. Licet enim de Jure facere non sit concessum: quia tamen adulterium uxoris gravius marito est, quàm occisio proprii filii, Schneidew. *per l. Titius* 88. §. *matre & uxore.* 16. *ff. de legat.* 2. *in Commentar. ad* §. *quadrupli.* 25. *& seqq. n.* 38. *Inst. de actionib.* ipse quoq; Dominus hoc modo fidem suam frangit & contra obligationem ex contractu illo feudali descendentem facit: idcircò & Vasallus, si ei rursùs fidem fregerit, *per l. cum proponas.* 21. *C. de pactis.* & Dominum deprehensum in adulterio justo ex fervore occiderit, amissione feudi tanquam pœnâ delicti aliàs ordinariâ puniri non debet, Schrader. *d. tract. feud. p.* 9. *c.* 4. *n.* 92. Rittershus. *d. lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 8. Hunn. *in d. tract. feud. c.* 14. *p. m.* 378.

XIV.

Secunda privationis feudi causa est, si Vasallus Dominum assalierit, h. e. assultum & impetum in eum ejusvè vicum aut alienum aliquod castrum, in quo ipsum eo tempore morari benè sciebat, fecerit & hostiliter aggressus fuerit, quantumvis mors Domini secuta non sit, *text. est expressus tit. quibus mod. feud. amitt.* 2. *Assaltus.*

amitt. in princ. verſ. ſimiliter. 1.F.5. *c.* 1.*unic. quibus mod. feud. amitt.* 1.F.17. §.*item qui.* 2. *verſ. porrò ſi Dominum aſſalierit. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* 2.F.24. *verſ. tutum. & verſ. utile. de forma fidelit.* 2.F.6. Schrader. *p.*9. *tract. feud. cap.*4. *num.*47. Rittershuſ. *d. cap.* 5. *quæſt.* 5. *p. m.* 397. *& quæſt.* 11. *p.m.* 402. Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.*20. Setzer. *diſput. feud.*9. *th.*5. Hunn. *d.l.c.*14. *p.m.*379. Johann.Niell. *diſput. feud.*8. *th.*5. *lit. A.* Udalric. Zaſ. *in tract. feud. part.* 10. *num.* 38. Franciſc. Sonsbec. *d. tract. feud. p.* 12. *num.* 35. Schneidvv. *in Epitom. feud. p.*8. *cap.*1. *num.*155. *& ſeqq.*

XV.

*Limitat.*1. Limitatur autem hæc concluſio (1) ſi de nece Domini tantùm cogitaverit & propoſitum ſuum nondùm in effectum produxerit, ſed pœnitentiâ ductus ab eo tentando ſcelere abſtinuerit, tunc etenim feudum ipſum non amittere docet text. expreſſus. §. *ſi voluerit.* 2. *de Capitaneo qui Curiam vendidit.* 2. F. 51. Rittersh. *d.lib.*2. *c.*5. *quæſt.*5. Sonsbec. *d. part.*12. *n.*38. Duaren. *in Commentar. ad Conſuetud. feud. c.*14. *n.*10. *in fin.* in tantum, ut ſi Vaſallus ad percutiendum Dominum levaret manum, non autem ſequeretur percuſ-

ſio,

sio, posset quidem Dominus actionem injuriarum contra ipsum intentare, feudo verò ipsum privare non utiq; Setzer. *d. disput. feudal. 9. th. 5. lit. B.* Schrader. *p. 9. c. 4. n.* 48. cum multis aliis, quam sententiam verissimam esse judicat.

XVI.

Nec etiam (2) si errore personæ lapsus in Dominum feudi insultum fecerit. *c. nunc. ibi, si scienter Seniores assalierit. quibus mod. feud. amitt.* I. F. 17. vel (3) exercitus ejus, invito & ignorante eo, nec posteà ratum habente, castrum Domini invaserit, propterea feudo privandus est, de quibus limitationibus ut & aliis vid. Schneidvv. *in d. epitom. feud. part. 8. cap. 1. num.* 157. & FF. passim. 2.

XVII.

Tertia causa est, si Vasallus atroces injurias Domino sine justâ causâ intulerit, sive illæ sint *reales*, veluti si impias ipsi manus ingesserit, verberaverit, pulsaverit: tunc quemadmodùm ob hanc causam à donatario revocari potest donatio, *l. final. in princ. C. de revocand. donat.* ita & meritò Vasallus tanquam ingratus cuculus suo exuendus est beneficio, *d. §. 2. vers. porrò si Dominum.* 2. F. 24. 3. *Injuriæ.*

2. *Feud.* 24. sive *verbales*, quando scil. varia scommata & convitia apud viros honestos ex ore maledico in Dominum suum evomuerit & sinistrè quæq; de eo interpretatus fuerit, vel etiam famosum contra ipsum libellum sparserit, id quod gravissima injuriæ species est, *t.t. C. de famos. libell.* Cùm enim crudelis sit, qui famam negligit, *c. non sunt audiendi.* 5 6. *cauſ.* 11. *quæst.* 3. *c. nolo ut aliqui.* 10. *cauſ.* 12. *q.* 1. Gail. 2. *obſ.* 100. *n.* 5. *& ſeq.* & secundùm Erasmum liberis nulla speciosior à parentibus possit relinqui possessio, quàm honesti nominis immortalis memoria, ut idcircò fama & vita pari ambulare passu rectissimè dicantur *in l. juſta cauſa.* 9. *ff. de manumiſſ. vindict.* justissimè Vasallus ob calumnias & Domino illatas injurias feudo spoliandus est, *d.* §. 2. *verſ. porrò, ibi, vel alias graves & inhoneſtas injurias.* 2. *Feud.* 24. Cum quo consentit Jus Saxon. *Artic.* 14. *lib.* 1. Landrecht *in gloſſ. German. num.* 3. Ob ein Mann seinen Lehnherrn gröblich schmähete/ oder ihn vorsetzlich schaden thete / dadurch mag er sein Lehn verlieren. Rittershus. *d.c.* 5. *part. feud. quæſt.* 9. *&* 10. Sonsbec. *d. pact.* 12. *num.* 35. *verſ. tertiò diximus. & n.* 37. Borcholt. *de feud.*

feud.c.8.n.110. Setzer. *disput.feudali 9.th 5. lit.B.* Vultej *lib.1.c.9.n.26.* Schneidvv. *p.8. c.1.n.92.cum 19.seqq.*

XVIII.

Quarta causa est, si Vasallus Domini factus fuerit inimicus *c. unic. quot testes sunt necessarii ad prob. feud ingrat. 2. F. 57.* Schrader. *cum ibi allegat p.9.c.5.n.7.* modò capitalis sit, & inimicitia illa ex culpâ Vasalli, non Domini ortum suum habeat, Schrader. *d. jam loc. n. 14. cum seqq.* Blanch. *in Epitom feud. lib.2. c.1.n. 50. vers. hoc puto verum esse.* Nam si justa subsit causa, & illa probari possit, utiq; Vasallus Domino, & Dominus Vasallo hostilitatem indicere, seu ipsum diffidare poterit Er kan jhm̃ absagen/ *c. unic. in fin. de milite Vasallo 2.F.22 & d.c.unic. 2.F.57.* Ubi gloss. & DD. causas justas & ad hoc sufficientes referunt, quibus adde Zobel. Lehnr. c.77. lit.F.I.K. Non aliud Jure Saxon. obtinet, quippè quo & peculiaris modus indicendi & exercendi hostilitatem traditur, uti videre est *d. c. 77. vers.* Ob der Mann dem Herrn. usque ad fin. & Raderic. *in histor. sui tempor. lib.4. c.24.* Sed hi processus saluberrimis de pace publicâ constitutionibus in Impe-

4. *Inimicitia.*

rio nostro sublati sunt. *Goth. Anton. disp. feud.13.in fin.* XIX.

5. *Conjunctio cum hostibus.*

Quinta causa hinc oritur, si hostibus & inimicis Domini amicitiam suam copulaverit & cum iis familiariter vixerit *d.c.unic.ibi, vel inimicis ejus suas amicitias copulaverit* 2.F.57. Cùm enim juxta illum Menandri versiculum, quem, ut Tertullian.ait, D.Paulus sanctificavit 1. *ad Corinth* 15.v.34.bonos corrumpant mores congressus mali,& consortia malorum sæpè etiam bonos corrumpant c. *sæpè malorum.* 12. *cauf.* 28. *quæst.*1. quippè cũ à conversantibus, secundùm Senecam, mores trahantur,nec tàm valetudini prosit utilis regio & cœlum salubrius, quàm animis parùm firmis in turbâ meliorum versari, refer. Schneid. *ad §.in duplum.*23. *Inst. de actionib. n.* 10. *in fin.*facilè fieri potest, ut moribus ejus ex illorum sociorum voto formatis in perniciem Domini & conspirationem consentiat: Qui n. cum inimicis Domini amicitiã contrahit, omninò non tantùm se suspectũ facit,sed inimicus & ipse factus præsumitur *l.liberi.*28. *vers.si tamẽ. & ibi Bald.Salicet.Iason & DD C.de in offic.testam.*quia cum quibus ipsi amicitia,consuetudo & familiaritas intercessit, iis similis

milis censetur *l. eum qui.* 19. C. *de Episcop. & Cleric.* id quod etiam versiculus ille vulgar. satis innuit:

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.

Et huic sententiæ suum adjiciunt calculum DD. communiter Schrader. *d. part.* 9. *c.* 5. *n.* 23. *cum seqq.* Wesenb. *de feud. c.* 18. *n.* 5. Mozz. *ex quibus caus. feud. amittatur. n.* 66. Vultej. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 29. Blanch. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 50. Rittersh *lib* 2. *partit. feud. c.* 5 *quæst.* 12 Borcholt. *c.* 8 *n.* 121. Sonsbec, *d part.* 12. *n.* 43. Zas. *p.* 10. *n.* 32. Schneid. *p.* 8. *cap.* 1. *n.* 55. Hunn. *c.* 14. *p. m.* 380. Everhard. *in Topic. loc. d contrariis n.* 5. *in princ.* quam sententiã communem dicit Gratian. *consil* 1. *n.* 81. *volum.* 1. & procul dubio obtinere consuluit Decianus *volum.* 1. *consil.* 18. *n.* 321. omniumque veram esse respondit Menoch. *volum* 1. *consil.* 102. *n.* 9.

XX.

Unde eum, qui Inimicis Domini per longum aliquod temporis spatium cohabitaverit, Curt. *in tract. feudal. part.* 4. *n.* 37. vel matrimonium aut affinitatem cũ iis contraxerit, feudum suum amittere concludunt Schrader. *part.* 9. *c.* 5. *num* 27. Schneid. *p.* 8. *c.* 1. *n.* 57.

XXI.

Hæc autem procedunt, si ad Dominũ

re teneri cum Dn. D. Finckelthauß *in Controvers. feudalib. Disput. 10. Controvers. 9. lit. B.* statuimus. Extra hos autem casus, totâ rem in passu hoc (uti Zas. loquitur *part. 10. n. 33. in fin.*) dubitabili arbitrio Judicis, qui vir bonus perhibetur *l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ff. de V. O.* boni innocentisque viri fungitur officio *l. 4. ff. famil. hercisc.* & qui duplicem salem, scientiæ, sine quo insipidus; & conscientiæ, sine quo diabolicus est, habere dicitur, Bald. *in l. 2. C. de sentent. ex brevicul. recitand.* committendam esse nulli dubitamus; consentiunt Zasius *d. part. 10. n. 33. in fin.* Rittersh. *lib 2. partit. feudal. cap. 5. quæst. 12. p. m. 403. & alii.*

XXIII.

Sextò, Vasallus taciturnus esse debet & conticere ea, quæ geruntur à Domino, Socin. *lib. 2. consil. 257. n. 2.* id quod se facturum sanctissimè Domino in fidelitatis Juramento promisit *c. unic. ibi, nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, pandam alii. & in princ. ibi, & si aliquid mihi de secreto manifestaverit, illud sine tua licentia nemini pandam. 2. F. 7.* Quando itaq; arcana Domini tàm dicta, quàm facta sine ejus permissione revelat aliis, 6. *Arcanorum revelatio.*

tunc sicut alius quispiã perjurus omnia Legum, Canonum & Statutorum amittit beneficia, teste Schneidvv. *ad §. item si quis postulaverit. n.* 126. *Inst. de actionib. & aliis ab ipso allegat.* ita & Vasallus ob perjuram illam secretorum revelationem feudum meritò amittit & tanquam indigno auferendum est *c. unic. ibi, si credentiam ad eorum damnum scienter manifestaverit. quibus mod. feud amittatur.* L. F. 17. Schrader. *d. part.* 9. *c.* 5. *n.* 42. Schneid. *d. p.* 8. *c.* 1. *n.* 51. Niell. *dip. feud.* 8. *th.* 5. *lit.* G. Botcholt. *c.* 8. *n.* 126. Vultej. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 21. Rittersh. *d. c.* 5. *quæst.* 22. Cui accedit, quòd arcana evulgare & prodere, quàm oppugnare, longè sit deterius, Ascon. Pædian. *in* 2 *Verrin.* Nam cùm hostis oppugnat, id ei non vertitur vitio: quando verò, qui amicus videri vult, ac talis erga nos meritò esse deberet, hac ratione ab officio suo discedit, is profectò graviùs, quàm ille, peccat, M. Reinhard. König *in Theatr. Polit. p.* 3. *cap.* 18. *n.* 2. *p. mihi* 166. & propterea meritò etiam graviori vel ad minimum pari pœnâ, de quâ *th.* 14. dictũ est, cum oppugnatore vel invasore plectendus est, *argument. c. intelleximus.* 6. & *c. fin. ext. de adulter.*

24. Hæc

XXIV.

Hæc tamen, ut ex hac revelationis causâ feudo disvestiri possit Vasallus, secundùm FF. cum grano salis accipienda sunt, videlicet, ut scienter & ex proposito damnificandi Dominum, licet re ipsâ damnũ secutũ non fuerit, secreta ejus aliis manifestaverit; secùs n. est, si nõ dolo malo, sed ex legitimâ causâ Secreta ejus revelaverit, aut ex simplicitate verba quædam ab ipso prolata fuerint, vel ipsi incauto exciderint *d. c. unic.* 1. *feud.* 17. *verb. scienter.* Schneidvv. *d. t p.* 8. *c.* 1. *n.* 53. *vers. excusabitur.* Zas. *part.* 10. *n.* 34. *vers. unde si Vasallus.* Schrader. *d. part.* 9 *c.* 5 *n.* 52. Curt. *in tract. feud p.* 4. *n.* 76. Borch. *d. c.* 8. *n.* 126. *in fin. & n. seq.* Unde Vasallus, cùm omne delictum dolo maloque proposito commissum credatur *l.* 1. *C. ad L. Cornel. de Sicar. l. convitia* 5. *in princ. C. de injuriis.* si non doloso animo & malitiosè secreta revelasse legitimis probationibus, non tamen per Juramentum, quia contra ipsum militat præsumtio, ostẽdere tenetur, per ea, quæ tradit Schrader. *in d. tract. feud. p.* 9. *c.* 5. *n.* 53. *&* 54. Dominus tamen articulos contrarios facere & contrarium probare potest, Schrader. *d. jam loc. n.* 54. *in fin.* Si verò probationes

utrinque essent dubiæ, juramento Vasalli standum esse docet Zasius *part.* 10 *num.* 35. *in fin.* ubi hoc notatu dignum esse asserit.

XXV.

7. Testimonium.

Septima, si Vasallus contra Dominum in causâ criminali vel civili testimonium dixerit, feudum amittit. §. *in quibus caus.* 1. *vers. similiter. de consuetudine rect. feud.* 2. F. 33. Quamvis autem inter causam civilem magnam & modicam distinctionem faciat Feudista *d. v. similiter.* 2. F. 33. quæ, si textui inhærere volumus, omninò retinenda est, uti fecimus *suprà Disp.* 5. *th.* 78. quia tamen hæc usu recepta non est, attestante Rittershus. *partit. feud. lib.* 2. *c.* 1. *quæst.* 10. & ead. ratio prohibitionis, quæ est in causâ magnâ, etiam in causâ civili modicâ locum habere potest, ne scil. eo modo honor & reverentia Domino debita violetur, & fenestra odio & dissensioni facilè aperiatur: idcircò indistinctè statuendum videtur, Vasallum ob testimonium in causâ civili contra Dominum depositum, regulariter feudo privandum esse Finckelthauß *d. Disput.* 10. *Controvers.* 8. *lit. A. n.* 2. *&* 3. Blanch. *lib.* 2. *de feud.*

feud. cap. 1. *n.* 53. *in princ.* in tantum, ut etiamsi à Judice ad exemplum liberti, *l. L. Julia* 4. *ff. & l. libertorum* 12. C. *de testibus.* ad testificandum sub comminatione pœnæ cogatur, attamen, quia illius jussus juri Feudor. & juramento Vasalli bonisquè moribus est contrarius, impunè ipsi non parere possit, sed de suo jure excipere, & eâ exceptione non admissâ appellare debeat, Finckelthaus *d. controvers.* 8. *lit.* C. & D. Johan. Niell. *disput.* 8. *th.* 5. *lit.* F. nisi Dominus feudi ad eum actum Vasallo suo juramentum relaxaverit, quod hodiè in Praxi communiter observari solet: vel causa illa feudalis & talis quidem sit, ad quam probandam præter pares Curiæ alii non admittuntur testes: tunc enim Vasallus invitus cogi potest ad ferendum testimonium tàm contrà Dominum, quàm pro ipso: aliâs Veritas occultaretur, *princ. si de investitur. inter Domin. & Vasall. hîc oriatur.* 1. *Feud.* 26. *c. amic. in princ. qui testes sunt necessarii.* 2. *F.* 32. *princ. ibi, quod autem. de consuetudine recti feud.* 2. *Feud.* 33. Lehenr. *c.* 72. *vers.* Auff ein jegliches. *pen.* Rittershus. *lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 18. *vers. secundò excipitur.* Zas. *par.* 10. *n.* 49. Sonsbec. *d. p.* 12. *num.* 68. *vers.*

predicta conclusio. Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 27. *vers. similiter. in fin.* quod si talis causa feudalis sit, quæ aliunde probari queat, contra Dominum testis productus Vasallus se excusare potest, *d. cap.* 72. *vers.* Es mag auch niemand, *ult.*

XXVI.

8. Delatio. Octava, si Vasallus per delationem suam grave aliquod dispendium accersiverit Domino, §. *item qui.* 2. *vers. item si delator. quæ fuit prima causa benefic. amittend.* 2. *Feud.* 24. Id quod procedit, sive Vasallus detulerit Dominum, id est, eum bona aliqua ad fiscum pertinentia possidere denuntiaverit, de quâ propriâ significatione agitur, *t. t. C. de delat.* sive ipsum de crimine aliquo accusaverit, *l. eum patronum.* 10. *ff. de jure patron. l. senatus.* 15. *in princ. l. deferre.* 18. §. *item eos.* 8. *vers. iidem. ff. de* J. F. Calvin. *in Lex. Jurid. verb. deferre aliquem.* Borcholt. *cap.* 8. *num.* 112. Et hoc verum est, etiamsi alios tantùm accusatores contra Dominum submisisset: vel accusatoris patrocinium ut advocatus suscepisset, Schneidvv. *p.* 8. *cap.* 1. *num.* 73. *& seq.* Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *num.* 27. Zas. *part.* 10. *num.* 42. *&* 46. Jacobin. de

S. Georg.

S.Georg. *in verb. dictiq; vasalli. n.* 26. Nec accusatorem illum excusabit criminis veritas, Curt. *de feud. part.* 4. *num.* 62. Rittershus. *lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 14. *& seq.* Duaren. *cap.* 14. *n.* 14. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 47. nisi illud esset crimen læsæ Majestatis, DD. *in d.* §. *item delator.* 2. F. 24. vel suam suorumq; vindicaret injuriam vel necem, id quod omnibus concessum est, *l. hi tamen.* 11. *ff. de accusat.* Sonsbec. *p.* 10. *de feud. num.* 36. vel id ex officii necessitate, puta, si Judicii alicujus Advocatus esset Ordinarius vel Fiscalis, faceret, Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 27. aut tempestivè criminis impetratâ abolitione, pœniteret, & ab ulteriori accusatione desisteret, Schrader. *d. p.* 9. *cap.* 8. *num.* 5. *vers. decimò fallit.* Wesenb. *cap.* 15. *num.* 5. Rittershus. *d. cap.* 5. *quæst.* 16. Zas. *part.* 10. *num.* 47. Sonsbec. *d. p.* 12. *num.* 50. Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 27. *vers. sanè si accusatione.* Schneidevv. *part.* 8. *cap.* 1. *num.* 75. *in fin.* vel nisi accusans vel deferens minoris adhuc ætatis esset, quam malitia non adimpleret, Vultej. *d. l. vers. ætati.* Schrad. *d. cap.* 8. *n.* 5. *vers. septimò fallit.* vel Vasallus à Domino accusatus se defendendi animo litem suscepisset, gloss. Alvarott.

Matth.

Marth. de Afflict. *ad d. §. item qui delator.* & DD. alii.

XXVII.

9. Consilii pravi suggestio.

Nona, si Vasallus pravum consilium Domino dolosè suggesserit, ex quo damnum grave sentiat. **Lehenr. *cap. 77. vers.* Dann der Herr dem Mann.** Etsi enim consilii non fraudulenti nulla sit obligatio, *l. Consilii. 47. in pr. ff. de R. J. c. nullus. 62. de R. J. in* 6. cùm cuilibet liberum sit apud se explorare, an consilium datum sibi expediat, *l. 2. in fin. ff. mandat.* Vult. & Schneidw. *ad §. tua tantùm gratia. 6. n. 2. Inst. de mandato.* tamen si dolus & calliditas interceßit, in tantum obligatus est consultor, ut etiam actio de dolo adversùs ipsum competat, *d l. Consilii. 47. l. quod venditor. 37. ff. de dol. mal.* cujus rei exemplum est, *in l. quodsi. 8. ff. eod. l. 1. §. 3. ff. de serv. corrupt. l. si quis servo. 20. C. de furt. & servo corrupt.* Non itaq; mirum, si & hanc amittendi feudi causam statuamus: cùm non minùs consilio hujusmodi, quàm facto ipso nocere possit Vasallus, quam rationem reddit Jus Saxon. *d. loc.* **Dann des Herren vnd Mannes falscher Raht/ vergleichet sich wohl vntrewer that.** Accedit, quòd hoc ipso jurisjurandi religio

gio

gio lædatur, quo promisit Vasallus, si Dominus consilium ipsius super aliquo facto postulabit, illud ipsi dare, quod sibi, magis ipsi expedire, videbitur, *in pr. de nova form. fidelitat.* 2. F. 7.

XXVIII.

Et ut generaliter dicam, quotiescunque Vasallus erga Dominum non se talem, qualem debebat, habuerit, & insigniter ingratus fuerit, toties ipse beneficio privatur, uti concludunt Dd. per text. *c. unic. post princ. in quib. caus. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. §. 2. *vers. sed quia natura. quæ fuit prima caus. benef. amittend.* 2. *Feud.* 24. *l. fin. C. de revocand. donat.* Schneidew. *p.* 8. *cap.* 1. *n.* 60. Duar. *cap.* 14. *n.* 1. Everhard. *in Topic. loc. à libert. ad vasall. num.* 1. quippè cùm ingratitudo sit ventus urens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ, ut D. Bernhard. ait referent. Abbat. *in c. fin. extr. de donat.* Schneidw. *ad tit. de donat. rubr. de donat. inter vivos.* §. 2. *vers. sciendum. num.* 5. *& in princ. Inst. de exheredat. liberor. n.* 11. & improbus sit, qui beneficium scit sumere, nescit autem reddere, ingratusq; veluti mus in perâ, serpens in gremio & ignis

10. *Ingratitudo.*

in

in sinu. *c. & si Judæos.* 13. *ext. de Judæi.* inter bonos versetur.

XXIX.

Quia verò religioni Judicis ingratitudinis illius cognitio committenda est, *d.* §. 2. *vers. ideoq; judex solers & discretus.* 2. *Feud.* 24. idcircò cautus esse debet, & an illa ad privationem feudi sufficiens sit, multùm diuq; secum sedulò perpendat, memor præsertim illius, quòd proniores ad absolvendum, quàm ad condemnandum esse debeamus. §. *ad hæc. in fin. hic finitur lex, deinde consvet.* 2. *Feud.* 28. *c. ex litteris.* 3. *ext. de probationib.* meliusq; sit, propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem, *c. alligant.* 12. *caus.* 26. *quæst. ult.* ne contra conscientiam faciens ad gehennam ædificet. *c. litteras.* 13. *ante fin. ext. de restitut. spoliator.*

XXX.

2. *Consequenter, & quidem*

Et hæc de modis, quibus Vasallus ob culpam in Dominum ipsum directò commissam feudo privatur, dicta sufficiant: nunc de modis, quibus *tàm* in personas affectus & potestati illius subjectas; *quàm* ipsa bona, & ita consequenter in Dominum delinquitur, & propte-

ptere: Vasallus beneficium suum amittit, brevibus restat dicere.

XXXI.

Ut ergò de personis primò agamus, primaria amissionis feudi causa est, si Vasallus Dominum suum cucurbitaverit vel cum uxore ejus concubuerit. §. *item si fidelis. in princ. quibus mod. feud. amittatur.* 1. Feud. 5. §. *si quis miles. de feud. sine caus. non amittend.* 1. Feud. 21. c. unic. *ibi, vel si eum cucurbitaverit. quot testes sunt necessarii ad prob. feud. ingratitud.* 2. Feud. 57. Est autem cucurbitare, secundùm Hottomann. *in Lexic. feudal.* uxori stuprum inferre, ductum à Barbaro vocabulo, Curbita, quod stuprum vel infamiam significat: unde Cucurbita vir uxoris adulterio infamis, **ein Hahnrey**, vulgò appellitatur: & idem est, quod Arga, à Græco ἀργὸς, i. e. ignavus, iners & segnis, quia qui hoc flagitium in maritum aliquem patrare audet, ille habet eum pro homine inerte, quasi qui pro capite cucurbitam & loco cordis peponem habeat, uti refert hoc Proverbium ex Tertulliano Schönborn. *lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *p. m.* 1. *in perso-nâ.*

p.m. 31. Itali eum vocant Cornutum, quòd subsessorem sui matrimonii patiatur suæq; uxoris leno sit, quâ de re vid. Rittershus. *partit feudal.lib.*2.*c.*5.*quæst.*92. *p.m.* 451. Finckelthaus *disput. feud.*10. *controvers.*10. *lit.A.* Cùm enim maritus & uxor ex copulatione unum efficiantur corpus, *c. Agathosa.*21.*caus.*27.*quæst.*2. imò una caro, Genes. 2. 24. *in fin. c. debitum.*3. *in med. ext. de bigam.* & ipsâ morte acerbiór honestus vir per adulterium afficiatur injuriâ, *l. isti quidem.*8. §.*penult. ff. quod metus caus.* pessimeq; eo nominæ maritus audire soleat, Dn. D. Cyr. Herdesian. *in Exercitat. Academ. disp.*20. *th.*2. *lit.C.* ita ut uni de familiâ, omnibus illata censeatur injuria, & toti familiæ injuriarum competat actio, *l.*1. §.*fin. l. Lex Cornelia.*5. *in pr. ff. de injur.* Jure ergò meritoq; feloniam hanc Vasalli Dominus vindicat, eumq; beneficio suo propter violatum juramentum, quo omnem honestatem ipsi promittit, *in princ. verb. honestum. de forma fidelit.*2. *Feud.*6. exuit, Rittershus. Finckelthaus *d. loci.* Curt. *in tract. feud. p.*4. *n.*20. Schrader. *p.*9. *c.*2. *n.*2. Sonsbec. *tract. feud. p.*12. *n.*16. Duar. *cap.*14. *n.*11. Niell. *disput. feud.*8. *th.*5. *lit. B.* Borch. *cap.*8. *n.*91. Vultej. *de*

de feud. lib. 1. *cap.* 11. *n.* 31. Schneidevv. *p.* 8. *cap.* 1. *n.* 151. *& seqq.*

XXXII.

Quinimò licet actum illum Venereum Vasallus non perfecerit, sed duntaxat conando ad actum pervenerit, Vasallum tamen nihilominùs feudum amittere post jam allegat. text. statuunt Dd. Wesenb. *de feud. cap.* 15. *num.* 5. Rittershus. *cap.* 5. *quæst.* 93. Sonsbec. *p.* 12. *n.* 16. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 91. *& seqq.* Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 31. Sic ut Vasallus feudum ob sola etiam præparatoria actus & pudicitiæ attentationem amittat, veluti si aut turpiter cum uxore Domini luserit, *d.* §. *item si fidelis.* 1. *feud.* 5. quod gloss. *ibi in verb. luserit,* manuum in sinum immissionem & mammillarum vel alterius partis corporis, ubi turpe esse potest, attrectationem interpretatur, quam communiter FF. sequuntur: aut si Vasallus uxorem Domini assectatus fuerit, si litteras ad eam amatorias, quibus ad stuprum eam sollicitat, exaraverit vel munusculis aliisq; strophis pudicitiam ejus expugnare tentaverit, quâ de re vid. Schenck. Baron. & alios *ad d.* §. *item si fidelis.* 1. F. 5. Vultej. *cap.* 11. *num.* 31. *vers. sanè si litteris.*

aut internuncii inter uxorem Domini & adulterum officio functus fuerit, Rittershuſ. *d. c.* 5. *quæſt.* 97. Zaſ. *p.* 10. *num.* 27. *verſ. eod. jure.* vel litteras, in quibus de delicto committendo agitur, ſciens parti alterutri tradiderit, Schrader. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 70. aut ei oſcula, quæ amoris baſis & præparatoria ſunt, *gloſſ. in l.* 1. *in princ. ff. de extraord. crimin.* dederit, Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 31. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 98. *& ſeqq.* Rittershuſ. *cap.* 5. *qu.* 94. Schrader. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 84. niſi oſcula illa charitativa ſint, vel aliud de conſvetudine ſit receptum, Schrader. *d. cap.* 2. *n.* 87. *&* 88. Hinc oſculationem apud Italos, Hiſpanos & plerosque Germanos, apud quos oſculum luxurioſum, amatorium & criminoſum judicatur, ſeverèquè quaſi arrha quædam & præparatio rei Venereæ vindicatur, omninò privationem feudi mereri: apud Gallos autem, Belgas & his viciniores Germaniæ populos, apud quos oſculum non tantùm omni crimine vacat, ſed & ſingularis benevolentiæ ſignum eſt, & qui id prætermittit, ruſticus & agreſtis habetur, feudum deoſculando non amitti, ingenuè teſtatur Finckelthaus *d. diſput.* 10. *Controverſ.* 10. *lit. B. num.* 2.

num. 2. *in fin.* Rittershus. *lib.* 2. *partit. feud. cap.* 5. *quæst.* 95. *p. m.* 453.

XXXIII.

Et hæc non tantùm in uxore, sed & in Sponsâ Domini procedunt, Rosenth. *d. cap.* 10. *Conclus.* 55. Schrader. *part.* 9. *c.* 2. *num.* 12. *cum seqq.* Sonsbec. *p.* 12. *num.* 18. Wesenb. *cap.* 15. *num.* 5. Rittersh. *d. cap.* 5. *quæst.* 102. Zas. *part.* 10. *num.* 27. Blanch. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 62. Finckelthaus *d. diput.* 10. *Controvers.* 11. Quamvis enim Sponsa Domini propriè uxor non sit, *l. si quæ mihi* 12. §. 1. *ff. de R. J.* uxor tamen in his, quæ ad ipsius honestatem pertinent, esse intelligitur: nec nuptiæ duntaxat, sed etiam species nuptiarum temerari non debet, Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 31. *vers. quod de uxore dictum est.* imò nec spes matrimonii violare permittitur, *l. si uxor.* 13. §. *Divi.* 3. *ff. ad L. Jul. de adult.*

XXXIV.

Nec hoc tantùm in sponsâ & uxore legitimâ, sed & illegitimâ seu concubinâ Domini, quatenùs jure Civil. concubinatus licitus est, locum habere

tradunt Jacobin. *in verb. dictique vasalli. num.* 29. Schrad. *p.* 9. *cap.* 2. *n.* 14. Sonsbec. *p.* 12. *n* 20. Blanch. *d.c.* 1. *n.* 64. Mozz. *ex quibus cauſ. feud. amitt. n.* 51. Inter concubinam enim & uxorem, exceptâ dignitate, nihil intereſt, *l. item legato.* 49. §. *parvi autem.* 4 *ff. de legat.* 3. Sed cùm Jure Divino & Canonico aliisq; Chriſtianorum Principum ſacris Conſtitutionibus concubinatus hodiè planè ſit illicitus & prohibitus, Weſenb. *in Parat. ff. de concubin. num.* 3. *in fin.* Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 31. *verſ. uxori Jure Civil.* Gœdd. *in l.* 144. *ff. de V.S.* idcirco & hanc disputationem nunc ſublatam & nullius momenti eſſe arbitramur.

XXXV.

Sed quid dicendum, ſi Vaſallus cum defuncti Domini viduâ rem habuerit? Et putamus, ſi intra luctus tempora vitiaverit viduam, omnino feudo privandum eſſe Vaſallum, quo in caſu Schrader. *d. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 5. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 16. & alios intelligendos eſſe monet Roland. à Valle *volum.* 2. *Conſil.* 86. *num.* 40. *& ſeqq.* Vidua enim hæc, Veneris adimplèndæ causâ illum admittens, ſuſpicionem de ſe concitat adulterii, vi-

vo marito cum Vasallo commissi, *argum. Nov.* 39. *cap.* 2. *vers. si enim illa.* & Vasallus intra luctus tempora cum illâ concumbens occasionem turbando sanguini defuncti præbet incertumq; fœtum efficit, *l. si liberorum.* 11. §. 1. *in fin. ff. de his qui not. infam.* & ita defuncto injuriam inferre, & manes ejus violare videtur, ut propterea meritò feudum ipsi adimi possit, cui sententiæ calculum suum adjiciunt, Rittersh. *lib.* 2. *cap.* 5. *quæst.* 103. *p. m.* 458. *& seq.* Bocer. *de mod. amittend. feud. tract.* 3. *p.* 233. *n.* 11. Si autem post illa tempora viduam stupraverit, tunc Vasallum feudum suum retinere posse, satis patet ex text. §. *si quis miles. ibi, domino vivente. de feudo sine caus. non amitt.* 1. *feud.* 21. quæ sententia in Jure videtur verior Baid. *in d. cap.* 1. §. *fin.* Molin. *in Consuetud. Parisiens.* §. 30. *quæst.* 18. Borcholt. *d. c.* 8. *n.* 96. & 97. *in princ.* Finckelthauß *disput feud.* 10. *controv.* 12. *per rationes ibi adductas.* Hunn. *in d. tract. feudal. c.* 14. *in fin. p. m.* 385.

XXXVI.

Porrò per consequentiam Vasallus committit in Dominum, & eâ de causâ suum amittit feudum, si filiam Senioris

sui, neptem ex filio vel nurum virginitatis suæ flore privaverit, *d. §. item si fidelis ibi, vel si cum filia aut nepte ex filio, aut cum nupta filio. 1. Feud. 5. d. §. 2. vers. rursus si domini. 2. Feud. 24.* Vultej. *latè lib. 1. de feud. cap. 12. num. 31. vers. sed non ex uxore duntaxat.* Rosenthal. *c. 10. concl. 56.* Zas. *p. 10. num. 24.* Sonsbec. *p. 12. num. 28.* Wesenb. *cap. 15. num. 5.* Duaren. *cap. 14. n. 11.* Balthas. Klammer *in Promptuar. Juris tit.* **Von verlust vnd verwirckung der Lehen.** *7. num. 4.* Quamvis autem post Baldum Schenckius, Sonsbeccius & alii Vasallum non aliter, nisi delictum hoc in personas illas sit consummatum, feudo exspoliandum esse existiment, Sonsbec. *d. part. 12. num. 31.* attamen cùm una & eadem quæ in uxore, hìc etiam sit ratio, videlicet honestum, *2. Feud. 6.* & Fidelitatis juramentum hæc duo conjungat *in fin. ibi, ad tuam tuorumq; injuriam vel contumeliam. de nova form. fidelitat. 2. Feud. 7.* idcircò cum Curt. *part. 4. num. 25. vers. secunda cadit dubitatio.* VVesenbec. *cap. 15. num. 5.* Rosenthal *d. cap. 10. concl. 58.* Hottoman. *diput. feud. 41.* & aliis solam attentationem hoc quoque in passu, licet

non

non sequatur effectum, ad privationem feudi sufficere statuimus.

XXXVII.

His prædictis personis mater Domini addenda est. Nam licet in J. Feudali hoc expressum non sit, quia tamen ead. matri, quæ conjugi debetur reverentia, *argum. Novell.* 105. *cap.* 2. *in princ. l. ult. in princ. in fin. C. de privileg. scholar. l. fin.* §. 1. *in princ. C. de Castrensian.* idcircò ob stuprationem etiam illius Vasallum feudo privari rectè concluditur à Rosenthal. *d. c.* 10. *concl.* 27. *num.* 25. Zas. *d. part.* 10. *num.* 27. *vers. extende etiam.* Schrader. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 16. Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. *vers. de matre Domini.*

XXXVIII.

Excipimus autem ab hac Juris dispositione & extensione neptem ex filiâ. Quamvis enim textus ille, *cum nepte ex filio vel cum nupta filio quibus mod. feud. amitt.* 1. *Feud.* 5. *in princ.* valdè depravatus, & propterea ita, *vel si cum filiâ aut nuru, id est, cum nuptâ filio*, restituendus videatur Cujac. *lib.* 1. *de feud. tit. quibus mod. feud. amitt.* 2. *p. m.* 52. attamen ut aliorum textuum vitanda est

correctio, *l.* 1. C. *de inofficios. dotibus*: ita & hanc rectiùs rejicit Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *num.* 31. *vers. sed non in uxore ibi, sed hæc restitutio.* ubi illius juris rationem assignat, quòd scil. non tàm magnum dedecus ex illius ex filiâ, quàm filio neptis injuria, quippè quæ non in avi materni, sed patris sui est familiâ, §. *fin. Inst. de P. P.* illiusq; finis & caput dicitur, *l. pronunciatio.* 195. §. *fin. cum l. seq. ff. de V. S.* ad avum illum paternum redundet.

XXXIX.

Pedissequæ vel famulæ facta injuria, quamvis Dominæ illata, *l. item* 15. §. *tenetur.* 19. *ff. de injur.* & ita per consequentiam ad Dominum quoque pertinere videatur. §. *patitur.* 2. *Instit. de injur.* quia tamen odia largè adeò extendenda non sunt. *c. odia.* 15. *de* R. J. *in* 6. *l. interpretatione* 24. *ff. de pœnis.* Idcircò ad privationem feudi porrigi non debet, id quod communi Interpretum calculo receptum esse testatur Vultej. *d. cap.* 11. *n.* 31. *vers. uxori jure Civil.* Rosenthal. *cap.* 10. *conclus.* 58. Sonsbec. *p.* 12. *num.* 22. Setzer. *disp. feud.* 9. *th.* 4. *in fin.*

XL

XL.

Nec distinguendum hîc esse opinamur, an suprà dictæ personæ in stuprationem illam consenserint, an non: vel, nùm honestam, an inhonestam vitam peregerint. Etsi etenim illis consentientibus nulla fiat injuria *l. si. quis servum. 26. ff. de injur. l. quamvis* 11. *de in jus vocand.* Domino tamen facta per illarum consensum in præjudicium ipsius corrumpenti remitti nequit *l.* 1. §. *usq; adeò.* 5. *ff. de injuriis.* Schrader. *p.* 9. *c.* 2. *num.* 19. Rosenthal. *d. c.* 10. *conclus.* 57. Vultej. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 31. *vers. cæterùm. & seq.* Curt. *in tract. feudal. p.* 4. *n.* 20. *& seqq.* Zas. *p.* 10. *num.* 27. Sonsbec. *p.* 12 *num.* 16. *in princ.* Blanch. *lib.* 2. *c.* 1. *de feud. num.* 66. Hunn. *d. cap.* 14. *pag. m.* 356. *in fin.* Secùs si Vasallus sine fraude, errore vel ignorantiâ lapsus uxorem Domini vitiasset, vel cæteris personis solvisset cingulum: tunc enim illum caducitate feudi non puniri posse tradunt DD. Curt. *part.* 4. *n.* 20. Zas. *d. p.* 10. *n.* 27. *vers. verùm si Vasallus ignorans.* Vultej. *cum ibi allegat. lib.* 1. *de feud. c.* 11. *n.* 31. Rittersh. *d. c.* 5. *quæst.* 101. *cum seq.* ignorantia enim facti, non juris excusat *l. regula.* 9. *in princ.*

& §. *si quis.* 5. *in fin. ff. de* I. & F. *ignorant.* Vult. *d. c.* 11. *n.* 31. *in fin.*

XLI.

Hactenùs de Personis: nunc de Rebus, in quibus Feloniam Vasallus contra Dominum per consequentiam committit & feudum perdit, dispiceamus.

XLII.

a. in bona. 1. *Feudi deterioratio.*

Ubi primò sese offert deterioratio rei feudalis, §. *quicunque.* 8. *de pace tenenda & ejus violator.* 2. F. 27. §. 2. *vers. præterea, quæ fuit prima causa benef. amitt.* 2. *feud.* 24. quâ in re consentit Jus Saxon. Art. 44. lib. 2. Landr. *in gloss. German in verb.* wer auch an seinen Lehn. *n.* 8. *ubi dicitur*, hierbey soltu dieses wissen/ daß alle Lehen von gnaden herkommen/ darumb wer ein Lehn hat vnd dessen vbel gebraucht / der verleust es. nisi quod in ædificiis differentiam constituit Reinhard. *p.* 3. *differ.* 29. uti licitum sit Vasallo sine consensu Domini ædificia deteriorare, per text. Landr. *lib.* 2. *art.* 21. *vers.* ein jeglich Mann. cui Zobel. lit. F. assentiri videtur. Amissio a. non aliter procedit, quàm si (1.) dolosè vel culpâ ejus facta fuerit deterioratio: id quod o. stēdit tàm rubr. cū nigro. *tit. de feudo sine*

cupa non amitt. 21. l. 1. feudor. & §. sancimus. fin. ibi, nisi convicta causa. quo tempore miles investitur. pet. deb. 1 feud. 22. quàm Juris ratio, quæ in omni delicto dolū requirit, cùm sublatâ voluntate, per quā distinguuntur maleficia *l. qui injuriæ. 53. in princ. ff. de injur.* omnis actus sit indifferens, Bald. *in l. fœdissimam. 20. C. ad L. Jul. de adult.* qui dolus præsumitur, quando nec admonitus desistit, Dd. *in de §. quicūq; advocatiam. 1. feud. 21.* Et (2.) grandis & notabilis illa sit deterioratio, non modica *d §. 2. vers. præterea. in verb. grandem. 2. F. 24.* Hart. Pistor. *lib 2. quæst. 25. n. 19.* Id quod Judicis arbitrio definiendum relinquit Menoch. *lib. 2. de A. I. Q. cas. 78. n.*

XLIII.

Et hoc ipsum etiam, quando Vasallus subditos suos severiùs, quàm decet, tractat, vel censu aut exactionibus extra necessitatis casum emungit assiduisq; operis excruciat beschweret sie mit vngemessenen vnd täglichen frohnen. obtinere rectè putant Schneid *in Epit. feud. p. 8. c. 1. n. 31. & 38.* Mynsi. 5. *obs. 8. n. 6.* Schrad. *p. 9. c. 6 n. 61. & n. 73. vers. undecimò Vasallus.* Et ita non infrequenter practicatur, Gail. *lib. 1. obs. 17.* Non autem si ex legitimâ causâ, veluti propter rebellionem in subditos

ditos animadverteret, vel illorum civitatem, cùm ipsos aliter domare non posset, destrueret, Curt. Jun. *consil.* 137. *n.*20. Schrad. *d.p.*9 *c.*6. *n.*73. *in fin.* multò verò magis, si transactionem vel rem judicatam pro se haberet Dominus.

XLIV.

Sic feudum non amittit Vasallus, quando realem feudo imponit servitutem, quia imponenti tantùm, non Domino nocet: & propterea eò ad Dominum vel agnatos reverso, servitus illa extinguitur per text. §. *rei autem per beneficium. vers. quid ergò. &* § *è contrario. seq. de investitura de re aliena facta* 2. *feud.* 8. Hunn, *d. tract. feud. cap.*12. *pag.* 336. Finckelthauß *Disput. feud.*9. *Controv.* 6. Secùs est, si servitutem personalem ipsi imponeret, Finckelth. *d. Disput. feud.*9, *Controv.* 7. Hunn. *d.c.*12. *p.m.*337.

XLV.

2. *Alienatio.* Secundò occasione bonorum culpa amittendi feudum committitur, si Vasallus feudum inconsulto & non consentiente Domino vendiderit vel alienaverit §. *item si quis. fin. quibus mod. feud. amittitur.* 5. §. *si quis miles. fin. de feudo sine culpa non amitt.* 21. *lib.*1. *feud. princ. vers.*

vers. hortatu itaque & consilio. de prohibita feud. alien. per Frider. 55. lib. 2. feudor. quia id in contemptum ejus fit §. *denique. fin. in fin. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. 2. feud.* 24. & vires Imperii debilitat, ita ut deinde milites omnibus bonis exuti Dominorum ſuorum ſubterfugiant ſervitia, Libor. Hattyſer. *in Analyſ. Jur. feud. c.* 10. *verſ. contra non poteſt. lit. B. facit c.* 11. *omittendo culpa ut plur. lit.* K. ita tamen, ut ſi totum alienet, totum perdat; ſi partem, partem alienatam amittat *cap. unic. in princ. de Vaſallo qui contra Conſtitut. Lothar. 2. ff.* 38. Omnis enim pœna delicto commenſurabilis eſſe debet *l. Divus.* 31. *ff. ad L. Cornel. de falſis.* Balthaſ. Klammer. *in Promptuar. Jur. tit.* von verluſt vnd verwürckung der Lehen. 7. *num.* 2. Roſenthal *cap* 9. *concluſ. 1. n. 1. &* 2. Fachin. 7. *c.* 9. Setzer. *diſput. feud. 9. th.* 14. Duar. *de feud. c.* 14. *n.* 16. Borcholt. *c.* 8. *n.* 32. *& ſeqq.* Vult. *d. c.* 11. *n.* 40. Quin & Notarius, ſi ſciens de ejuſmodi alienatione prohibitâ inſtrumentum conficeret, infamiâ notatus amputatione manus plectitur *princ.* §. *callidu. verſ. ſcriba verò. de prohibit. feud. alienat. per Frider.* 2. *feud.* 55. Setzer. *diſput. feud. 9. th.* 15.

XLVI.

3. *In dotem datio.*

Sed cùm pater ad dotem filiæ dandà, etiamsi locuples fuerit & aliunde, quo se dotare possit, habeat, Gail 2. *obs.* 95. *n.* 15. nobili judicis compelli possit officio, ut dilucidè constat *ex l. capite trigesimo.* 19 *ff. de* R.N. *l. fin. vers. neq; enim leges.* C. *de dotis promiss.* idcircò non inconvenienter hîc quæritur, an feuda etiã in dotem dare possit? Et quanquã Interpretes hac in re plurimùm varient: frequentiori tamen calcúlo, feudũ regaliter à Vasallo in dotem dari non posse, approbatum est, *per* §. *donare a. aut judicare pro anima, vel in dotẽ pro filia dare.* 1. *qualiter olim poterat feud. alienar.* 2. F. 9. Balthas. Klammer *in Prompt. Jur. tit.* von verenderung der Lehen. 6. *n.* 9. Schrad. *p.* 8. *c.* 1 *n.* 32. Finckelth. *Disp.* 9. *Controv.* 18. quam sententiam Assessoribus Supremæ Curiæ placuisse refert Mynsi. *cent.* 4. *obs.* 86. *n.* 3. A fœminâ a. Vasallâ rectè dotem in feudo marito constitui posse patet *ex c. un. de investitura quã Filium accep. à Sempron.* 2. F. 13. *c. un. in princ. de cõtrov. feud apud par. termin.* 2. F. 17. Hunn. *d. c.* 12. *p. m.* 347. *vers. porrò cum Vasallo.*

XLVII.

Limitatur autem illa conclusio procedere, nisi Vasallus vel pro vitæ suæ sem-

tempore inæstimatum & cum pacto de non lucrando feudum cõcederet, Fach. *L.7. Controv.78. vers. cæterum.* vel de feudi fructibus & proventibus dotem constitueret, & sic pro suâ personâ ad hujusmodi fructus sese obligaret, prout elegans hoc dogma Præpositi est *in d. §. donare.* 1.2.F.9. Hart. Pistoris *lib. 2. quæst. 25. n.4.* Gail. 1. *obs. 117. n.7.* Finckelthauß *d. controv. 18. in fin. p.m.* 313. Ex quo Nobilium ætatis nostræ usurpationes, quod feuda pro filiabus in dotem dare in more positum habentes, fructus duntaxat pro dote obligare intelligantur, salvari possunt, ut pulcherrimè docet Zasius *de feud p.9.n.8.* quem sequitur Mynsing. *d. cent.4. obs 86.n.6.* Si autem pater allodialia non habeat bona, cum consensu Domini de feudalibus filiam rectè dotare potest, Alvarott. Præposit. & DD. alii *in d. §. donare. 2. feud. 9. §. si verò cum Domini voluntate. fin. de alienatione feud. 1. feud. 13.* modò Dominus clausulam illam, salvo jure Dominii directi, alienationi non adjecisset, quia tunc feudum, Vasallo & uxore ejus sine legitimis heredibus descendentibus, vel eo aliàs amisso, ad Dominum revertitur, Mynsing.

d. cent.

d.cent.4.obs.86.n.7.in fin. Zas. *d.part.* 9 *n.*8. ubi se hoc de facto in feudo quodam Baronum de Stouffen cum Nobili quodam Vasallo servatum vidisse asserit.

XLIIX.

Quemadmodùm itaq; feudum sine voluntate Domini, ut dictum est, in dotem dari nequit: ita & in dotalitio Leibgeding oder Leibzucht / de consuetudine uxori constituendo, Domini adhiberi consensum multùm est tutius: si verò justâ de causâ adhiberi non potuit, eam tamen ob rem Vasallus feudum non amittit, sed Dominus tamdiu dotalitium illud ex consuetudine, quoad liberi vel agnati superstites sunt, impugnare non potest, *Wesenb. c.* 11.*n.*4. Agnati autem si velint constituenti dotalitium succedere, constitutionem illam defuncti rata habere coguntur, Jacobin. *in verb. & cum pacto.n.*35.*per l.cum d matr.*14. C. *de R. V.* quippè cùm de l. Sax. viduæ nobili dotalitium, licet ab initio nullum constitutum, modò tamen dos realiter illata & in feudum conversa sit, à feudi successoribus debeatur, ut eleganter docet Hart. Pist. *lib.* 1. *quæst.* 4. *n.*14. *&* 15. Rittershus. *lib.* 2. *partit. feud. c.* 3. *quæst* 31. *in fin.*

fin. in tantum, ut possessioni bonorum tanquam pignori incumbens, donec ipsi satisfactum fuerit, ex illis alimenta habere debeat, sicut expressè hoc uxoribꝰ concessum est privilegium à Serenissimo Elector. August. p.m. *p. 2. Constitut. 25. in fin. hu verbis*; Wie dann auch die Fraw so lang das jus retentionis in den Lehengütern vnd jhren Vnterthanen haben soll / biß sie des jhren vorgnüget. quæ sententia communis & recepta, omnium DD. nemine penitùs discrepante, & propterea benè menti tenenda est, conclusio, sicut Dan. Moller. *ad d. constitut. 25. p. n. 5.* affirmat. Et hæc etiam in Marchiâ observari attestatur Köppen *dec. 39. n. 42.*

XLIX.

Cùm autem omnis feudi alienatio hodiè sit prohibita *princ. ibi, quocunqꝫ modo distrahere seu alienare. de prohibita feud. alienat. per Frider. 2. feud 55.* idcircò cum effectu pleno & ipsam rem afficiente Vasallus nec in usumfructum vel emphyteusin dare potest, Wesenb. *c. 11. num. 5.* Duar. *de feud. c. 12. n. 8.* Borcholt. *c. 8. n. 37.* Finckelthauß *Diß feud. 9. Contr. 16.* Hunn. *in tract. feud. c. 12. p. 347. & 348.* Ex generali autem Consuetudine tàm Italiæ, quàm Germaniæ Vasalli pascua, inculas

4. In emphyteusin concessio.

tas terras eremosq; feudales in emphyteusin concedere possunt, ut refert Clar. §. *feudū. quæst.* 33. *n.* 4. Curt. *p.* 4. *n.* 91. Vult. *l.* 1. *de feud. c.* 10. *n.* 47. sicut etiam locare optimo jure licet Vasallis, etiā in decennium, & non requisito Domini assensu *c.* 1. §. *donare.* 1. *qualiter olim pot. feud. alien.* 2. F. 9. Curt. Jun. *p.* 4. *de feud. n.* 92. Schrad. *p.* 8. *c.* 1. *n.* 18. Arum. D. *feud.* 7. *th.* 7. nisi locatio esset fraudulosa alienatio *d.* §. *donare. ubi Schenck Baro, Alvarott & alii. l.* L. *Titius.* 88. §. *instituto.* 15. *ff. de legat.* 2. Rittersh. *l.* 2. *part feud. c.* 3. *quæst.* 36. Ruding. *lib.* 1. *variar. lection feud. c.* 53. L.

5. *Census.*

In censum quoq; dare potest Vasallus sine consensu Domini feudū, *in princ. de prohibit. feud. alien. per Frider.* 2. F. 55. Mozz. *de amiss. feud. n.* 103. etiam Jure Sax. Lehnr. *c.* 60. Et si maximè licitè & cum consensu Domini censiticus contractus sit celebratus, is tamen, qui sic accepit, in aliū per eundem contractum feudū transferre nequit Lehnr. *d. c.* 60. *in fin.*

LI.

6. *Permutatio, in solutum datio, donatio.*

Permutare etiam vel in solitum dare non possunt Vasalli, cùm etiam alienationis sint species & venditioni æquiparentur *l. apud Celsum.* 4. §. *auctorit. ff. de dolo mal. except. l. fin. ff. quib. ex caus.*

in

in possessi eatur. Rittersh. *c.* 3. *quæst.* 22. & 23. Vultej. *de feud. c.* 10. *n.* 50. & 52. Nec donare vel legare, quia J. feudali omnis defuncti in testamento facta irrita est dispositio *in pr. & ibi Horro. de successione feud.* 1. F. 8. ita ut nec quis pro animâ i. e. ad pias causas regulariter testari possit *d. princ. ibi, pro anima judicare.* 2. F. 55. & *d.* §. *donare autem.* 2. F. 9. & *ibi Gothofred. in not. lit.* R. Schneid *in epit. feud. p.* 6. *c.* 1. *n.* 12. & *seqq.* Borch. *c.* 8. *n.* 42. & *seq.*

LII. 7.

Oppignoratio quoq; Vasallo sub privationis feudi pœnâ est inhibita *d princ. ibi, pignorare* 2 F. 55. quæ opinio DD. communis est, teste Borcholt. *d. c.* 8. *n* 40. modò de pignoratione illâ per quam in creditorem rei feudalis transferatur possessio, & prædio ipso feudali accipiatur. Borcholt. *d. c.* 8. *n.* 41. *in fin.* Nam si retentâ possessione per hypothecam creditori constituerit jus debitor, feudum quidè eo ipso non amittit, sed tamen actus ille invalidus est. Sonsbec. *P. P.* 12 *n.* 99. & *seq.* Wesenb. *c.* 11. *n.* 5. Vult. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 43 *circ. fin.* Hunn. *cap.* 12. *de feud. p. m.* 350. & *seq.* Finckelthauß *Disput.* 9. *th.* 11. Unde Andr. Gail. *l.* 2. *obs.* 154. *n.* 4. & 5. illos, qui cum

Oppignoratio.

Vasallis contrahunt, ne decipiantur, ut circumspecti sint & peritiores consulant, fideliter admonet. Ipsi tamen Domino absq; superioris confirmatione & cōsensu oppugnare potest *c. 1. ubi CC. cōmuniter extr. de feud.* & ita in terminis tradit Andr. Rauchbahr. *p. 1. quæst. 24 incipit, diximus suprà in quæstione sexta* (ubi plures rationes affert, contrarias refutat, & ita à Wittebergensibus responsum esse refert) *n. 1. & seqq. item n. 14. vers. verùm hucc non obstantibus. & seqq usq; adfin.* Berlich. *p. 2. concl. 29 n. 25.* Sic & consentiente Domino fieri potest feudi oppignoratio, ad quam olim Jure Saxon. requirebatur consensus Judicis & Domini territorii, & præsentia Parium Curiæ, Lehnr. *c. 55. vers.* welcher Mann. quod tamen usus non servat. Quamvis a Dominus oppignorationi hujusmodi consentiat, servitia tamen Vasalli & collectandi aliaq; jura ad regalia potissimùm pertinentia, integra retinet Dominus Lehnr. *c. 55. vers.* es mangelt. & ibi Zobel. lit. D.

LIII.

18. *Fidejussio.* Sed an Vasallus inconsulto Domino pro aliis fideiubere possit, ardua est quæstio? Et Vasallum, si ad hoc requisitus fuerit, pro Domino fidē interponere debe-

re-

re existimat Schneid.*p.*8.*c.*1.*n.*77.Pro extraneo a. ipsū fidejubere posse rectè negat.Anton. Hering.*in tract.suo elegantiss. de fidejussor.c.*7.*n.*181. *& multis seqq.* Quāvis v.Nobiles Vasallos in regno Galliæ, Ducatu Mantuæ,in Marchionatu Lusatiæ,Ducatu Glogovienſi,Silesiâ &Marchiâ Brandeburgenſi fidem pro aliis nectere quotidiano usu receptū esse fateatur:Illos tamē in eo aliquando prudentiores fore,& in manibus suis vulgatum illud,sponde,noxa pręstò est,Bürgen sol man würgen.*c.*1.*n.*22,ligare,optat *d.tract. c.*7.*n.* 200. unde etiam *n.* 203. *& pluribus. seqq.* Consuetudinem illam execratur,& ut fidejussio Vasallorum cum quali quali causæ fiat cognitione, admonet.

LIV.

Sed jam quæritur,utrùm super feudo transactio,divisio & compromissum sine Domini consensu sint licita? Affirmātiū castra sequenda esse suadet §.5.*vers.si Vasallus de beneficio.* & §.4.*vers. omnes filii.si de feudo defuncti content.sit inter Dom.& agnat.Vasall.*2.*feud.* 26.*c.unic.de controvers. inter Vasall.& aliū de benef.*2.*feud.*43.§.1. *vers.itē si fuerint.quib.mod. feud. amittatur.* 1 *feud.*5.*in princ,vers.si a.inter pares.de Lege Conradi.*2.*feud.*34.*c.un. in princ. an apud ludicē vel curiā Dom.*2.*feud.*46.Rosenth.*c.*9.

*concl.us.*19 *n.* 21. modò quod *Divisionẽ* attinet, feuda non sint regalia, quæ regulariter dividi non debent. §. *firmiter etiam.* 1. *vers. præterea Ducatus. de prohibit. feud. alienat.* 2. *feud.* 55. diserte Schneid. *ad* §. *vi bonorum.* 19. *rubr. de action. famil. erciscund. n.* 37. *& seqq. Inst. de actionib.* quia dignitates potiùs augendæ, quàm minuendæ sunt *l. observandum.* 19. *in fin ff. de offic. præsid.* Minora a divisionem recipere expresse cõ comprobat text. *d.* §. 1. *vers. præterea Ducatus.* 2 F. 55. *& ibi* FF. *communiter.* Curt. *de feud. p.* 4. *n.* 124. Schrad. *p.* 8 *c.* 2 *n.* 30. *& seqq.* idq; ideò, quòd cõmunio discordias excitare & contentiones gignere soleat, *per l. cùm pater.* 77. §. *dulcissimi.* 20 *ff. de legat.* 2. *l. in re communi.* 26. *ff. de servit. urban. prædior.* Et hoc etiam de J. Sax. procedere constat satis ex *c.* 32. Lehnr. *in princ. ibi,* wolten sie sich hernach theilen mit dẽ Gutte / sie mögen es wol thun vnter sich ohne des Herren vorwissen / wie sie wollen. *ibiq; gloss Latin. lit. E.* quod confirmat etiã Elector. Constit. August. 45 *part.* 2. §. gleicher gestalt so wird die gesambte hand. adeò, ut pars illa divisa, mortuo sine heredibus Vasallo, non ad Dominum, sed ad superstites fratres & agnatos de Jure comm. feudali pertineat, prout gloss. ordinaria & ibi eleganter post alios Alvo-

rot-

rott. *c.* 1. *Imperator Lotharius Augustus &c. Eugenio Papæ & univers. populo.* 2. F. 52. docent: secùs est de J. Sax. ubi pars illa ad Dominum redit, nisi de novo fratres simultaneè investiti fuerint *d. Const. Elect.* 45. *p.* 2. *ibi*, gleicher gestalt. Quanquâ a regalia illa feuda sive dignitatis die fahnen lehen non debeant dividi de Consuetudine tamen non solùm nostrâ in Germaniâ, sed ferè ubiq; locorum recepta est divisio, Borch. *de feud. c.* 7. *n.* 42. Quia tamē sæpiùs Principales familiæ ex crebrâ illâ totiesq; repetitâ bonorū divisione, si non planè intercidunt, ita tamē debilitantur & enervantur, ut pro dignitate statū & conditionē suā amplius tueri nō possint, & maximē ita diminutis divitiis diminuatur illarū honor §. *hoc quoq;* 2. *& ibi DD. Inst. per quas person. nobis acquir.* id quod satis plus edocet experientia: magis certē è re Imperii ejusq; dignitate foret, si hujusmodi feuda indivisa manerent & jus primogenituræ locum adhuc obtineret, sicut hac de re elegantissimē differit & adhortatur Gail. *l.* 2 *obs.* 153. *n.* 2 & suprà Disp. 2. *th.* 19. *ut* & Disp. 8. *th.* 75. *& seqq.* pluribo dictū est. Quod *transactionem* spectat, procedit illa, si prædiū feudale, quod Vasallus possidet, & de quo 2.

antequam scil. Dominus jure suo uti incipiat, vel antequam res exemplo pernicioſa, in publicum divulgetur, Jure quoque communi privationis pœnam cessare, Heig. *d. quæst.* 18. *num.* 35. post Zas. *p.* 10. *de feud num.* 6. & alios tradit, eamq; sententiam æquitatis plenam dicit Alvarott. *ad d.c.* 1. *quid juris si post alienat. n.* 3. *circ. fin.* Resignatio tamen feudi **die Lehensauffiassung** intermissa, quæ de consuetudine in his terris ad alienationem necessaria est, à privatione Vasallum non liberat, uti copiosè demonstrat Heig. *d. quæst.* 18. *per tot.*

LVI.

Sunt autem casus plurimi, in quibus Vasallo sine consensu Domini feudum alienare permittitur, nec alienatum amittit, veluti si

1. In proximiorem successorem fiat alienatio. §. *si verò cum Domini. fin. de alienatione feud.* 1. *Feud.* 13. etiam per assignationem in vitâ uni filiorum, de quâ dictum suprà *disput.* 6.

2. Si consvetudo id permittat, quamvis eam, utpotè quæ magnitudinem & augmentum Imperial. Majestatis maximè attenuat, & contra public. Imperii

utilitatem vergit, nec laudare velit, Zas. *de feud. p. 9. num. 22.*

3. Si feudum illud Vasallo pro se & heredibus suis & omnibus, quibus ipse dederit, concessum sit, Borcholt. *d. cap.* 8. *num.* 76. ubi in hoc omnes DD. consentire asserit.

4. Si justè alium subinfeudet, id est, alteri rem feudalem in feudum concedat, *in princ. vers. si autem dissentiente. qualiter olim pot. feud. alien.* 9. §. *Si Vasallus.* 6. *vers. beneficium à Vasallo. si de feud. defuncti contentio sit.* 26. §. *similiter nec Vasallus.* 2. *de Lege Corrad.* 34. *lib.* 2. *feudor.* Germanis ein Afterlehn dicitur: quod fit tribus conditionibus observatis, (1) ut sincerè ac sine fraude fiat alienatio, *d. vers. beneficium.* 2. *Feud.* 26. *in princ. vers. si autem dissent.* 2. *Feud.* 9. §. *callidis.* 2. *Feud.* 55. (2) ut ad serviendum Domino similis conditionis & qualitatis Subvasallus sit, *d.* §. *similiter. in princ.* 2. *Feud.* 34. (3) ut iidem pactis & Legibus, quibus ipse Vasallus acceperat, feudum alienetur. §. 2. *vers. profectò ille. de Lege Corrad.* 2. *Feud.* 34. ita ut si de illis aliquid remittit, feudo privetur, Schrader. *tract. feud. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 14. ne scil. quod per directum prohibetur, id

per

per indirectum concedatur, *l. quæritur.* 38. *ff. de bonis libertor.* quâ de re in præcedenti Disputat. *thes.* 27. *& seqq.* latiùs dictum est.

5. Si Vasallus terras incultas ac desertas culturæ causâ alicui in emphyteusin concedat, id quod de generali consvetudine receptum esse testatur Curt. *part.* 4. *num.* 91. & in Germaniâ nostrâ satis comprobat experientia, de qvâ vid. *th.* 49.

6. Si ex justâ & probabili alienet ignorantiâ, *princ. c. unic. de controvers. inter Domin. & emptor. feud.* 2. *Feud.* 42.

7. Si alienationi certas clausulas vel protestationes adjiciat, veluti, *si Domino directo placuerit:* vel, *si Dominus consenserit,* maximè illis verbis insuper additis, *aliàs non, non aliter, nec alio modo,* Jacobin. *in verb. & eam pacto de non alienando col.* 8. *vers. tamen Vasallus.* Borcholt. *de feud. c.* 8. *num.* 82. Vultej. *cap.* 11. *num.* 44. Zas. *part.* 10. *num.* 13. *&* 14. non autem idipsum operabitur clausula illa, *salvo jure Domini,* quia non tantùm hîc jus Domini agitur, sed & reverentia ipsi à Vasallo debita attendenda est, Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 44. *vers. etiamsi. in fin.*

8. Si

memoratas hasce, quàm alias in jure vel ratione juris benè fundatas exceptiones procedat, consensus Domini, si feudum novum nec agnatorum intuitu facta est concessio, solus sufficit. §. *si verò cum Domini. fin. de alienat. feud.* 1.F.13. Thoming. *decis.*23.*n.*10. Si autem paternum vel antiquum est, tunc consensus cùm Domini, & hujus quidem etiam tacitus, Borcholt.*de feud.cap.*8.*num.*72. *cum ibi allegat.* ipso tamen præsente & non cõtradicente, Mynsi. *Cent.*4. *Obs.*87. *n.* 2. Rittershus. *partit.feud. lib.*2. *c.*3. *quæst.*9. vel ex postfacto eam ratam habente, Zas. *in epitom. feud. p.*9. *num.* 32. Rittersh. *d. c.*3. *quæst.* 10. sive aliunde collectus, Wesenb. *cap.*11. *num.*11.ita ut eo semel interposito, quanquam directo Dominio nullum faciat præjudicium, ut communis est DD. sententia teste Schrader. *p.* 8. *cap.* 4. *num.*28. Dominus pœnitere ampliùs & dissentire non possit, Landtr. *lib.*3. *art.*75. *in gloss. verb. in feudo verò.* **Hat der Herr eines gewilliget / daß der Mann sein Lehn möge verwenden / so mag er solches ferner nicht widersprechen.** Schneidw. *in Epitom.feud. p.*7. *cap.*2. *num.*52. tùm omnium agnatorum (etiam remotiorum, non attento

proxi-

proximorū consensu, uti deducit Matth. Berlich. *decis.* 125. *per tot.* ubi *n.* 3. responsum Scabinatus hujus Witteb. celeberrimi attulit.) ad alienationis validitatem necessariò exigitut, *in princ. de alienatione patern. Feud.* 2. *Feud.* 39. *& præallegat. DD. dict. loc.* cùm ad evitandam privationis pœnam, Dominum non dissentire, omninò sufficiat, *t.t. qualiter olim pot. feud. alien.* 2. *Feud.* 9. *in princ. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & Frid.* 2. *Feud.* 52. *&* 55. Quia autem hoc casu agnatis, vivente adhuc alienatore, jus revocandi sine pretio non datur, Hartm. Pistoris *lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 11, & propterea sola taciturnitas & præsentia non sit sufficiens: idcircò suum consensum verbis expressis vel facto quodam illos declarare debere satis monstrat Hartm. Pistoris *lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 1. *& seqq.* Confer eund. *lib.* 3. *quæst.* 17. *per tot.*

LVIII.

Si itaque Vasallus in eam inciderit dementiam, ut inconsulto Domino feudum alienaret, tunc ipso jure nulla illa erit alienatio, sed tanquam rei feudalis alienator temerarius puniendus est, *c. Imperialem. in princ. de prob. feud. alien. per Frider.*

Frider. 2. Feud. 55. & alij juris feud. text. suprà allegati. Jure quidem communi statim feudi privatione, ut dictum suprà th. 45. Jure verò Saxon. tùm demùm, si Vasallus intra anni & diei Saxon. spatium feudi possessionem non recuperaverit: ita tamen si Dominus ipsi priùs denunciaverit, & uti intra sex septimanas feudum recipiat, injunxerit: cui denunciationi si non paruerit, mulctâ ad decem pondo assurgentem punitur uti *ex cap.* 69. Lehenrecht *vers.* Versetzet auch ein Mann. *& vers.* Zehen Pfundt. *junct. cap.* 58. *vers.* Wer sein Gut auff die flucht/ *& cap.* 59. eleganter deducit Jac. Schultes *in addit. ad Modestin. Pistor. quæst.* 56. *num.* 66. *& seqq.* quibus nos addimus cõsentientes text. Lehenrecht *cap.* 16. *&* 30. suprà *th.* 55. adductos. Si verò sine cæterorum agnatorum & de quorum interesse agitur, voluntate distraxerit, tunc ipso quidem jure illa valebit alienatio, sed agnati vel jus ἀφαιμήσεως intra annum à die scientiæ computatum, alienante adhuc vivente feudoquè ad ipsos nondùm devoluto; vel feudo ad ipsos devoluto jus revocandi nullo refuso pretio competit. §. 5. *vers. Titius filios masculos*

masculos. si de feudo defuncti contentio sit inter Dom. 2. Feud. 26. Hartm. Pistor. *prolixè & eleganter lib. 2. quæst. 11. & 12. per tot.*

LIX.

Hinc notandum, quòd quando Domino oppignorationi feudi consensum accommodanti feudum illud aperitur, & ex bonis allodialibus defuncti Vasalli creditoribus satisfieri nequit, Dominus illis vel de suo solvere, vel creditores suo uti jure pati teneatur, quemadmodùm hæc latè deducit Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 48. n. 14. & plurib. aliis.* Finckelthaus *disput. feud. 9. Controvers. 12.* Setzer. *disput. feud. 9. thes. 19.* in tantum, ut etiam ad id, quod interest, modò illud ex ipsâ obligationis rei naturâ descendat, omninò teneri possit, ut idem Hartm. Pistor. docet *d. lib. 2. quæst. 49. n. 18.* id quod sequi videtur Fachin. *7. controv. 57.* Barthol. Camerar. *in repetit. c. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per Frider. p. 407. in fin. & p. 408. in princ.*

LX.

Causæ cõmissionis in extraneũ.

Hæc de culpâ amissionis feudi in Dominum tàm directò, quàm per consequentiam commissâ dicta sufficiant:

nunc

nunc quomodo feudum in *extraneum* delinquendo amittatur, videndum est.

LXI.

Primò itaque si Vasallus crimen læsæ Majestatis commiserit, ipso jure feudum amittit, Schrader. *in tract. feud. p.* 9. *cap.*8. *num.*18. Matth.de Afflict.*cap.*1.§.*fin. num.* 68. *quibus mod. feud. amittatur.* Rittershus. *lib.*2. *partit. feud. cap.*5. *quæst.*124. Vultej. *lib.*1. *cap.*11.*num.*36. *vers. sed nec de crimine læsæ Majestatis.* salvo tamen manente jure Domini, Schrader. *p.* 8. *cap.*1. *n.*134. *& seq.*

1. *Crimen læsæ Majestatis.*

LXII.

Secundò si parricidium perpetraverit, i. e. fratrem suum aut ejus filium interfecerit. §. *item si fratrem. in princ. quibus mod. feud. amitt.* 1. *Feud.* 5. §. *fin. vers. si verò non in dominum. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* 2. *Feud.* 24. *c. unic. in princ.* 2. F. 37. Et hæc ad quodvis, sive ob spem totius hereditatis consequendæ, sive ob aliam quandam causam ex proposito commissum extenduntur parricidium, Schrader. *p.* 9. *cap.* 3. *num.*25. Curt. Jun. *de feud. p.*4. *num.*39. Hunn. *in tract. feud.c.*14. *p.m.* 387. Setzer. *disput. feud.*9. *th.*9. *lit. A.* Finckelthauß *disput.* 10. *Controvers.* 13. *lit. A.*

2. *Parricidium.*

etiamsi eventus proposito non responderit, nec secutum fuerit parricidium, idquè propter sceleris gravitatem receptum est, Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 34. Et hæc ipsa non tantùm de J. communi, sed & Saxon. vera esse expressè comprobat, Landtr. *lib.* 3. *art.* 84. *ibi*, **Tödtet auch ein Mann seinen Vatter oder seinen Bruder.**

LXIII.

Fratrem Domini trucidans Vasallus feudo regulariter non privatur, *d. c. unic. in princ.* 2. *Feud.* 37. nisi proditoriè aut in injuriam Domini id faceret, Vultej. *d. d. cap.* 11. *num.* 34. *vers. non idem.* multò igitur minùs, si simplex tantùm homicidium, quod ex L. Cornel. hodiè capite puniri solet, *l. ejusdem.* 3. §. *fin. ff. ad* L. *Cornel. de Sicar.* commiserit, causa amittendi feudi erit idonea Finckelthauß *d. disp.* 10. *Controv.* 15. *lit.* D. Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 36. *vers. an ob homicidium.* Setzer. *disp. feud.* 9. *th.* 10. *lit. B.*

LXIV.

3. *Convasalli traditio.*

Convasallum autem tradenti, i. e. ad occidendum alteri prodenti Vasallo rectissimè feudum adimi, tàm per text. *c. unic. in princ. an ille qui interfec. fratr.* De-

mi-

min. sui feud. amitt. 2. Feud. 37. ibi. hominem tradendo. quàm per rationes, à Rittershus. *partit. feud. lib. 2. cap. 5. quæst.* 119. & Finckelthauß *d. disput.* 10. *controv.* 15. *lit. A.* adductas, statuimus. Et id multò magis, si ipsemet eum occideret, Rosenthal. *cap.* 10. *conclus.* 36. *num.* 18. Schrader. *p.* 9. *cap.* 3. *num.* 58. Schurff. *Consil.* 43. *num.* 3. Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 36. Blanch. *de feud. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *per tot.* Hunn. *d. cap.* 14. *p. m.* 388.

LXV.

Αὐτοχειρίαν quantumvis omni jure prohibitam esse non nesciamus, & Vasallus αὐτόχειρ hac ratione Domini servitiis & fidelitati se subtrahere velle videatur: quia tamen id principaliter & ex proposito non facit, id quod tamen requiritur. §. *si voluerit Vasallus. 2. verb. infidiatus. de Capitaneo, qui curiam vendidit, an intellig. benef. vendidiß. 2. F.* 51. Finckelthauß *d. disp.* 10. *controv.* 14. nec ullius post mortẽ culpæ ampliùs argui potest, Vult. *cum aliis ibi allegat. in d. cap.* 11. *n.* 34. *vers. seipsum.* Hunn. *d. cap.* 14. *p. m.* 388. Setzer. *d. disput. feud. 9. thes.* 11. idcircò feudum ipsa

adimere non æquum esse existimamus: & hanc opinionem veriorem & communiorem esse asserit Hunn. *d. jam loco.*

LXVI.

4. *Incestus.* Ob commissum incestum sive juris ille gentium sit, sive jur. Civilis, feudum Vasallum perdere communiter statuitur, idque non tantùm propter summam illam flagitii turpitudinem, cùm amplius in Curiâ Domini honestè stare non possit, *c. unic. in princ. an ille qui interfecit fratrem Dom. 2. Feud. 37.* & ita se beneficio illo indignum reddiderit; sed & quia incestas nuptias contrahentium bona fisco applicantur, *c. unic. ibi, & bona contrahentium incestas nuptias. quæ sint regalia. 2. Feud. 65.* Rittershus. *lib. 2. cap. 5. quæst. 120. & 2. seqq.* Hunn. *in d. cap. 14. p. m. 389.* Sonsbec. *p. 12. num. 58. & seq.* Ant. Matth. *disput. 11. th. 7. lit. E.* ita ut licet Papa, Ecclesiæ (si Diis placet!) caput egregium, super his nuptiis dispensaverit, feudum tamen semel amissum recuperare non possit, Schrader. *part. 9. cap. 3. num. 1. Zas. p. 10. num. 29.* Schneidewv. *p. 8. cap. 1. num. 154.* Sonsbec. *d. loc. num. 58.* Sed quia hodiè in hoc crimine pœna publica-

catio-

eationis bonorum tàm in Imperio, quàm Saxoniâ nostrâ in desvetudinem abiit, Jul. Clarus *in pr. crim. quæst.* 78. *n.* 1. *&* 2. Wesenb. *in parat. ff. de bonis damnator. n.* 6. Dan. Moller. *ad Constitut. Elector.* 6. *part.* 3. *cap.* 7. *membr.* 1. *num.* 170. non immeritò de hoc dubitari potest. Adulterium verò & stuprum in extraneas perpetratum personas, cùm id nullo juris fundamento probari possit, & idcircò maximè odiosum sit, ad privationem feudi non extendendum esse cum Rittershus. *d. cap.* 5. *quæst.* 123. Finckelthauß *disp. feud.* 10. *controvers.* 15. *lit. B. &* C. Setzer. *disput. feud.* 9. *thes.* 10. *lit. B.* affirmare non erubescimus.

LXVII.

Denique quævis culpa, quæ mortem civilem, h. e. amissionem vel libertatis vel civitatis, adeoq; publicationem bonorum importat, amissionem feudi operatur Constitut. Pac. public. Maximil. I. de Anno 1495. *rubr.* Die Peen der Friedbrecher. & Constitut. ead. Carol. V. de Anno 1521. *d. tit.* Ordin. Camer. *tit.* 9. §. 2. *p.* 2. Andr. Gail. *lib.* 2. *de* P. P. *c.* 13. *& seq.* Accedit Jus Sax. textu expresso, *lib.* 1. Landr. *art.* 38. *in princ. & gloss.* Lehenr. *c.* 72. *n.* 8. 5. *Mors civilis.*

LXVIII.

Causæ omissionis.

Consideratâ hactenùs culpâ amissionis: ordinis nunc poscit ratio, ut ad id, quomodo omittendo feudum amittat Vasallus, faciamus transitum.

LXIX.

1. *Investituræ neglecta petitio.*

Prima igitur causa est, si Vasallus factâ mutatione intra annum & diem renovationem investituræ à Domino non petierit, *princ. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. 24. princ. de Capitulis Corrad. 40. §. final. in fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. 52. princ. verſ. præterea ſi quis. de prohibit. feud. alienat. per Frider. 55. lib. 2. feud.* Mynsing. *Cent. 5. obſ. 9. num. 1.* Annus verò ille à tempore demùm currit scientiæ, Borcholt. *cap. 8. num. 4.* Hartm. *in pract. obſervat. tit. de feud. obſerv. 9.* h. e. cùm scit & notitiam feudi vacantis habet, Zaſ. *tract. feud. p. 7. n. 2.* Unde si quis Vasallo, ignorans ipsum defunctum esse, succedit, nec quædam instrumenta investituræ in hereditate invenerit: vel ipse Vasallus Dominum vitâ functum esse nescians, investituram petere neglexerit, justissimam sese excusandi habebunt causam, id quod in Praxi diligenter observandum esse monet Gail. *lib. 2. obſ. 48. n. 10.*

Et

Et in genere notandum, quamlibet justam causam à privatione feudi hac in parte Vasallum ejusq; successores excusare posse, Mynsing. *d. cent. 5. obs. 9. num. 3. & seqq.* Borcholt. *d. cap. 8. num. 23.* Libor. Hattyser. *in Anal. Jur. feudal. cap. 11. vers. omittendo culpa ut plurimùm. lit. I.* Balthas. Klammer *in Promptuar. Jur. tit.* Von Lehen empfahung. 1. *n.* 2. de quibus omnibus suprà disput. 7. actum pluribus.

LXX.

Secunda, si servitia, propter quæ datum est beneficium, vocatus facere recusaverit, tunc, quia nulla justior auferendi beneficii causa est, feudum amittit. §. 2. *vers. sed non est alia justior causa. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* 2. *Feud.* 24. *c. unic. in princ. de feud. sine culp. non amitt.* 1. *Feud.* 21. Curt. *p.* 4. *n.* 61. Duaren. *d. c.* 14. *num.* 12. Sonsbec. *p.* 7. *num.* 27. *in med. & par.* 10. *num.* 18. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 111. Balthas. Klammer *in Prompt. Jur. tit.* Von Lehnpflicht. 2. *num.* 3. Hoc ipsum etiam de Jur. Saxon. procedit. *lib.* 1. Landr. *art.* 14. *in gloss. num.* 3. *in fin.* Zum letzten verlieret ein Mann sein Lehen/ ob er seinem Herren die Pflicht vnd Dienst nicht leistet / darumb jhm das Gut gegeben

2. *Servitiorum detrectatio.*

oder gelehen worden ist: modò justâ causâ non impeditus fuerit, Vultej. *de feud. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 22. *in fin.*

LXXI.

3. *Domini in acie desertio.*

Tertia, si Dominum in acie vivum nec lethaliter vulneratum dimiserit, *princ. ibi, si enim Dominus prælium campestre habuerit. quibus mod. feud. amitt.* 5. §. *si quis miles. final. in fin. de feud. sine culp. non amit.* 21. *lib.* 1. *feudor.* §. *item qui dominum suum.* 2. *quæ fuit prima caus. benef. amitt.* 24. *c. unic. ibi, seu in campestri bello suum Dominum reliquerit. quot test. sunt necessar.* 57. *lib.* 2. *feudor.* Hering. *in tract. de fide jussorib. cap.* 29. *num.* 35. & 37. quæ causa à Borcholt. *d. cap.* 8. *n.* 86. justissima dicitur. Id quod & tunc locum habere putamus, etiamsi Vasalli desertione Domino nihil damni accidisset, sed nihilominùs victor extitisset magnificus, Finckelthauß *disp. feud.* 10. *Controvers.* 16. *lit. B.* ubi sex hujus rei allegat rationes: ut & si Vasallus fugitivus pœnitentiâ ductus statim rediisset in aciem, Curt. *part.* 12. *num.* 12. Sonsbec. *p.* 12. *n.* 14. Wesenb. *cap.* 15. *n.* 5. Duar. *c.* 14. *n.* 4. nisi ita inutilis redditus esset, ut Domino amplius auxilium ferre non vale-

valeret, puta amisisset brachia, pedes, vel aliàs ipsemet de vitâ periclitaretur, Schneidevv. *p.* 8. *c.* 1. *n.* 20. Sonsbec. *p.* 12. *n.* 12. *vers. fallit secundo.* quia vitam suam Domini sui vitæ postponere non tenetur, Schrader. *tract. feud p.* 6. *c.* 6. *n.* 84. & 85. Duar. *c.* 14 *n.* 9. Zas. *p.* 7. *n.* 34 Rittershus. *lib.* 2. *partit. feudal. c.* 1. *quæst.* 25. Hunn. *in tract. feud. c.* 13. *p. m.* 368.

LXXII. 4.

Liberationis intermissio.

Quarta, si Vasallus Dominum carceri inclusum teneri sciens ipsum, cùm id posset, non liberaverit, vel, ne includeretur, caverit, feudum amittit *d.* §. 2. *vers. præterea si Vasallus. item vers. si delator.* 2. *feud.* 24. ita ut etiam proprio ære, si Domini facultates non patiuntur, eum ab hostibus sine justâ causâ captum redimere, Schneidvv. *in Epitom. feud. p.* 8. *c.* 1. *n.* 79. *& seq.* & Dominum inopem! propter feudi alere teneatur. Finckelthauß *Disput. feudal.* 9. *Controvers.* 19. *p. m.* 313. Si autem propter delictum vel aliena debita, & sic justè carceratus est, ipsum non liberaverit, feudum non perdit, Hering. *in dict. tract. de fidejuss. c.* 29. *n.* 29. *& seqq.* Hunn. *d. tract. feud. c.* 13. *p. m.* 375. Libor. Hattys. *in Analys. Jur. feudal.*

c.10.*lit.* M.Andr. de Iſern.& Alvarott. *d.* §. 2. *verſ. item ſi de delator.* 2. *feud.* 24. quamvis ipſe bona Domini ſui debitoris arreſtare non poſſit, Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 74.*n.*16.

LXXIII.

5. *Periculi reticentia.*

Quinta, ſi Vaſallus grandem quandam jacturam vel vitæ periculum Domino imminere animadvertens eum certiorare neglexerit, aut pro vitibus avertere non ſtuduerit *d.*§. 2.*verſ prætereà ſi Vaſallus præſcierit.* 2. *feud.* 24. § *ſi à morte Vaſallus.fin. de alienat.patern.feud.*2.F.39. Weſenb.*c.*15.*n* 7.Duar. *cap.*14. *num.* 10. Blanch.*lib.*2.*epit.feud. c.*1.*n.*15. Roſenth. *d.c.*10.*concluſ.* 17. *n* 40. quod uſque adeò verum eſſe, ut procedat, etiamſi pater vel filius Vaſalli graves & atroces injurias Domino inferre molitus tantùm fuerit, teſtatur Schrader.*p.*9.*c.*4 *n.*42. ſi modò id indicare vel periculo illi obſiſtere potuerit *d. verſ.prætered. tit* 24.*&* 5. *ſi à morte final. tit.* 39. *lib.* 2. *feud.* Schrader. *d.par.*9. *cap.*4. *num.* 43. Curt. *par.* 4. *num.* 59.

LXXIV.

LXXIV.

Sexta, si Domino justitiam facere noluerit *d.* § 2. *vers. illud tamen non latent.* 2. *feud.* 24 quod fit, quando Vasallus ratione feudi ter legitimè citatus vel monitus juris sui experiundi causâ venire recusaverit & contumaciter emanserit, quemadmodùm hæc ipsa Feudista se explicuisse in prioribus, videlicet *cap. unic. de milit. Vasallo.* 2. *feud.* 22. affirmat *d* §. 2. *vers. illud tamen.* 2. *feud.* 24. quam expositionem textui magis congruere ait Borcholt. *de feud. cap.* 8. *num.* 109. vel quando Vasallus Judex à Domino electus Justitiam facere & indicare denegaverit: tenetur enim Vasallus judicium invitus suscipere, uti communiter DD. statuunt *argt. cap.* 1. *vers. honestum. de form. fidelit.* 2. *feud.* 6. *&* §. *item qui Dominum* 2. *vers. porrò. tit. quæ fuit pr. caus. benef.* 2. F. 24. *& ult. vers. si verò interdùm de prohib. feud. alienat. per Frider.* 2. *feud.* 55. & mores ac stylus totius Germaniæ, qui pro lege servandus est, Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 1. *obs* 65. *n.* 8. *de pignorat. cap.* 13. *n fin.* Treutl. *vol.* 1. D. 1. *th.* 9. *lit. A* hæc jura jam dudũ interpretati sunt, Zasius *p.* 11. *de feud. n.* 20. idque procul dubio ex Jure Saxon. quod hũc casũ clarè ita decidit Lehnr. 6. 72. *v.* auf

6. *Justitiæ denitio.*

tin

ein jegliches Lehen, profluxit: ubi eadem decisio de Vasallo in testem à Domino producto habetur; & *cap.* 24. Lehnr. *vers.* Hat aber der Herr. ob hujusmodi casum feudum amitti expressè statuitur.

LXXV.

Idem etiam est, quando non ratione feudi in causâ criminali vitam, corpus vel honorem Domini tangente Domino justitiam facere noluerit, Schneidvv. *p.* 8. *cap.* 1. *num.* 69. Si autem in causâ Civili non feudali justitiam ipse facere denegaverit, tunc Vasallum propterea, nisi Dominus eâ ratione gravem patrimonii jacturam sentiret, feudo non privandum esse satis ostendit Schrader. *p.* 9. *c.* 7 *num.* 2.

LXXVI.

7. *Filii delinquentis recusata oblatio.*

Septima, si Vasallus filium suum vel alium quendam domesticum, qui Dominum offendit, ad satisfactionem à Domino requiritus offerre contempserit, vel à se eum non separaverit, feudo privatur: quod si filius aufugiat, vel aliàs resistat, ut offerri nequeat, patre mortuo non potest in feudum succedere, nisi priùs satisfecerit Domino §. *insuper* 2. *de*

2. *de probibit. feud. alienat. per Frider.* 2. F. 55.

LXXVII.

8. *Subvasalli delinquentis ad satis faciendum recusata coactio.*

Octava, si Subvasallus offendisset Dominum, Vasallus autem requisitus, Subvasallo, ut Domino superiori justè satisfaciat, injungere, & ita desiderium Domini sui implere noluerit, feudum utrque amittit *d.* §. 2. *vers. illud quoq; præcipimus.* 2. *feud.* 55.

LXXIIX.

9. *Feudi abnegatio.*

Nona, si fidelis Seniori suo feudum totum vel partem aut etiam ipsius conditionem ex certâ quadam scientiâ & dolo malo abnegaverit vel celaverit §. *Vasallus si feudum.* 3 & §. *si Vasallus.* 6. *vers. Vasallus, feudum quod sciens. si de feud. defuncti contentio sit.* 2. *feud.* 26. §. 2. *vers. si fuerit fin. de Lege Corradi.* 2. *feud.* 34. Rittersh. *d. c.* 5. *quæst* 28. Rosenth. *cap.* 10. *conclus.* 79. & *seq.* Vultej. *lib.* 1. *de feud. c.* 11. *n.* 22. & 28. Borcholt. *c.* 8. *n.* 115. Molin. *in Consuetud. Parisiens.* § 30. *quæst.* 1. *n.* 5. & *seq.* Everhard. *in Topic. loco à feud. ad emphyteus. num.* 12. Schneidevv. *in Comment. ad* §. *omnium.* 1. *n.* 89. *Inst. de action.* Balthas. Klammer *in Promptuar. Jur. tit.* 7. *n* 3. Id quod etiam de Jure Sax. procedere testatur Land-

recht

recht *lib.1.art.32. gloss. in verb.* sprechen sie aber. *in princ.* also auch verleust man das Lehn/ob einer spreche/das Gutt were eigē. cum quo consentit Sächsich Lehnr. *c.14. vers.* Wann auch ein Mann. *cap.24. vers.* wann der Herr. *& cap.37. vers.* Welch man jhm auch. *& ibi gloss.* in tantum, ut vel celans etiam investituram vel breve testatum, aut instrumentum tâm investituræ, quàm brevis testati, ex quo titulum possessionis Vasalli scire possit, feudum amittat, Schrader. *p.9 c.6. n.23.* Schneid. *p.8.c.1.n.42.* Borcholt. *cap.8.n.116.* Niell. *Disput.feud.8.th.5. lit. E.* nisi Vasallus, se per 30. annorum spatium rem illam feudalem possedisse, probare possit, quia ea tunc ipsum ab onere editionis tituli suæ possessionis liberat, Hartm. Pistor. *lib.2.quæst.46.n.14. & seqq.* Si autem totum feudum abnegaverit, toto privatur, si partem, parte. *argument. c.un. in princ. de Vasallo qui contra Constit. Lotharii. 2. feud.* 38 per rationem *l. sancimus. 22. C. de pœnis. l. ex facto. 43. §. Julius. 3. ff. de vulg. & pupill. substitut. d. cap.* 24. Lehnr. *vers.* Wann der Herr. Nec refert, an negatio illa extra judicium, vel coram judice facta sit, Rittershus. *d.s.5. quæst.29.*

LXXIX.

LXXIX.

Hæc autem non procedunt, si vel litem negativè contestaretur & narrata, prout narrantur, vera non esse contenderet, sagte in gemüt vnd meinung den Krieg rechtens mit nicht gestehen zubefestigen/daß er der Klage / in massen dieselbe erhaben vnd fürbracht/ vnnd darinnen allenthalben gebeten / nicht gestendig/ Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 28. Schrad. *tractat. feud. part.* 9. *cap.* 6. *num.* 35. Udal. ric. Zas. *p.* 10. *num.* 53. præsertim si in possessione sit, & intra annum id vel juramento firmaverit, vel aliàs probaverit, Jure Sax. Lehnr. *cap.* 39. *vers.* Vnd es mag. *& ibi Zobel. lit.* C. vel pœnitentiâ ductus re adhuc integrâ confiteretur, & errorem Domino, refusis litis expensis, deprecaretur, quia & tunc feudum retineret, Schneidevv. *in Epitom. feudal. p* 8 *c.* 1. *n.* 44. quam limitationem pro regulâ generali Idem refert Schneidevv. *ad* § *vi bonorum.* 19. *rubr. de action. ex testament. n.* 9. *Inst. de actionib.* Borch. *c.* 8. *n.* 116. *vers. ita demum in tamen.*

LXXX.

10. *Omissa divisio.*

Decima, si ad denunciationem Domini Vasalli

Vasalli feudum commune non divisérint, ut sciat Dominus, quem ex pluribus heredibus vel sociis præcipuè Vasallum habeat, quique ipsi debita præstet servitia Lehnr. *cap* 8 *vers.* Der Herr mag auch wol.

11. *Feudi translationis permissio.*

LXXXI.

Undecima, si Vasallus præsens feudum suum à Superiore in alium transferri permiserit, nec contradixerit Jure Sax. Lehnr. *c.* 17. *&* *c.* 39. *vers.* Ob ein Herr. *&* *c.* 45. *vers. ult.* quam tamen taciturnitatem per annum & diem durare debere, Gloss. & Zobel. *ibid.* asserunt, quod æquitati maximè consentaneum est, & probari videtur textu Lehnrecht. *cap.* 81. *in princ.*

12. *Investituræ à superiore petitio.*

LXXXII.

Duodecima, si Vasallus factâ mutatione Domini non illum, sed Superiorem, sciens & sine justâ causâ adierit, ab eodemque feudum sibi renovari petierit Lehenrecht. *cap.* 47. *in princ. & ibid. Zobel. lit. B.* Non enim Vasallus, irrequisito Domino suo, à Superiore investituram petere debet: quod si verò Dominus requisitus non profiteatur, an velit esse ipsius Dominus, cogi potest

test per judicium parium, & illo ulterius tergiversante, Vasallus sequi Superiorem Lehnr. c. 48. *vers.* 6. ea sol auch.

LXXXIII.

Decima tertia, si Vasallus injustè recognoscit feudum ab alio quovis extraneo: Nec enim possessionem feudi per investituram ab alio, quàm vero suo Domino agnoscere debet Lehnr. *cap.* 14. *vers.* Zeucht ein Mann. 13. *Feudi recognitio ab extraneo.*

LXXXIV.

Et hi modi amittendi feudi expressi sunt: possunt tamen esse causæ aliæ vel similes vel etiam majores hisce expressis, quæ feudi privationem mereantur, uti expresse traditur *in* §. *item qui Domi num.* 2. *vers. sed quia natura. quæ sit prima caus. benef. amitt.* 2. F 24. idq; DD. omnes facilè admittunt. Unde verò cognoscendæ sint illæ causæ: & an illæ, quibus vel filius exheredari, vel donationes perfectæ revocari, vel matrimonia dissolvi possunt, hîc sufficiant, non una omnium est sententia? Negat enim id strenuè Curt. Jun. *p.* 4. *de feud. n.* 44. & qui hunc sequitur Vultej. *lib.* 1. *de feud. c.* 11. *num.* 13. Communis tamen DD.

schola affirmantium tuetur sententiam, quam ab Oberto, *d.* §. 2. *vers. praedicti modi.* 2. *Feud.* 24. satis apertè decisam autumamus.

LXXXV.

Cùm autem Magistratus, ut ad arma & manus veniant subditi, permittere non debeant, *l. non est.* 176. *de R. J.* nec concedere, ut sibiipsi jus dicat aliquis, *l. si quis.* 7. *C. unde vi.* quod vel maximè fieret, si Dominus absq; ullâ causæ cognitione vasallum feloniam committentem posset expellere: idcircò satius & æquius esse, licet feudum ipso jure quoad Dominium amissum fuerit, sententiâ tamen Judicis ad possessionem auferendam opus esse, existimamus moti per text. *c. unic. in princ. de feud. sine culp. non amitt.* 1. *Feud.* 21. §. *sancimus. final. quo temp. miles investitur. pet. deb.* 1. *Feud.* 22. Finckelthauß *disput. feudal.* 10. *controv.* 19. Hunn. *in tract. feud. cap.* 14. *p. m.* 391. Zas. *part.* 10. *num.* 72. *&* 73. Duar. *cap.* 15. *num.* 4. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 157. modò felonia non talis sit, quæ ipso actu permaneat, & ita crimen sit notorium, Gail. *lib.* 2. *obs.* 51. *num.* 8. ubi tamen adhuc, ut delictum & pœna

pœna sententiâ declarentur æquius esse putat Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 57. *vers. sanè si delictum.*

LXXXVI.

Hæc de Vasallo: nunc de Domino brevibus videbimus. Quemadmodùm autem Vasallus propter culpam tùm in Dominum & personas ipsius affectui & potestati subjectas illiusq; bona, quàm in extraneum commissam feudum amittere diximus: ita & Dominum ob ejusmodi feloniam proprietate suâ privari sufficienter demonstrat. §. 6. *vers. Damino committente feloniam. si de feud. defunct. contentio sit inter Dom. & agn. Vas.* 2. F. 26. *c. unic. qualiter Dominus propriet. feud. privet.* 2. *Feud.* 47. ubi Matth. de Afflict. de Vasallis afflictis ita ait; utinam iste titulus servaretur, Duces & Barones ab omnibus indebitis illis suorum vasallorum abstinerent oppressionibus. *Felonia Domini.*

LXXXVII.

Cùm enim Dominus & Vasallus omnem sibi mutuò debeant æquitatem, Hartman. Pistor. *lib.* 3. *quæst.* 25. *num.* 15. & inter illos servanda sit æqualitas, ita ut fidem illam, quam servat Vasallus; & ipse servare debeat, Idem Hartman.

Pistor. *lib.*1. *quæst.* 15, *n.*15. & 16. adeò ut Dominus in omnibus illis, ad quæ Vasallus ipsi obligatus est, vices reddere cogatur, Schrader. *par.* 6. *c.*7. *n.*2. juxta vulgare illud adagium, getrewer Herr / getrewer Knecht/Schneidevv. *pag.* 5. *c.*2. *num* 126. Vultej. *cap.* 10. *num.*37. *in med.* quò clientela feudalis pari utrinque fide & benevolentiâ nitatur & conservetur, Hottoman. *Disput. feud.* 41. idcircò quod statutum est in uno, etiam in altero locum habere dicimus, per regulam illam tritam, quod statuitur in uno correlativorum, etiam in altero statuendum est, Schrader. *tract feud. p.* 5. *c.*4 *n* 15. *part.*10. *sect.*5 *n.*173. *section.* 6. *n* 140. *sect.*8. *n.*18. & *num.*34. *sect.*12. *n.*74. *sect.* 17. *n.*60. Borcholt. *de feud. c* 8 *n.*134. Everhard. *in Topic. Loc. à Correlativ. n.*10. ubi se ita in Rege Franciæ quoad comitatum Flandriæ & Artheſii ſuo tempore practicari vidiſſe refert.

LXXXVIII.

Dominus itaque proprietate rei privatur, & Vasallo acquisita cum usufructu consolidatur, si Vasallo impias manus ingesserit, ipsum affecerit, reales vel verbales ipsi injurias intulerit, amicitiæ fœdu-

fœdus cum hostibus ejus malitiosè inierit, secreta aliis revelaverit, ipsum apud alios prodiderit, contra eum testimonium perhibuerit, ipsius uxorem, sponsam, filiam, sororemvè constupraverit aut tantùm stuprare conatus fuerit, si parricidium commiserit, si locum ad Vasallum pertinentem hostili animo invaserit, & Jure Sax. si hostilitatem sine causâ Vasallo indixerit. Wann er jhm absaget/ Lehnr. *cap* 20. *& ibi Zobel lit. H.* de modo suprà dictum. Item si ipsum bonis illius vel personæ periculum aliquod imminere sciens certiorem non fecerit, nec, si potuit, liberaverit, carceri injustè mancipatum non redemerit, vel jure suo proprietatis quoquo modo abusus fuerit, de quibus universis & singulis vid. Vultej. *cum ibi allegat. lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *n.* 52. *vers. hinc est ut Dominus.*

LXXXIX.

Item si id, ad quod ex investiturâ & pactis in eâ conventis, secundùm quæ duntaxat feuda censenda sunt, Hartm. Pistor. *observat.* 226. *n* 37. tenetur, præstare recusaverit: aut Vasallus ab ipso humiliter, devotè & cum honoris præfatione intra annum & diem, Schrader.

tract. feud. part.6. cap.1. num.19. & part.6. cap.2. num.1. vel terminum ipsi à Domino præfixum investituram vel renovationem petierit, Dominus autem petito illius vel planè deferre noluerit, vel ultra tempus à Jure vel Domino prœfixum distulerit, proprietatem rei amittit, Lehenrecht *cap.22. post princ. ibi.* Ob der Herr dem Manne diß wegert zu vnrecht. & *gloss. Latin. ibid. & cap.49. à princ.* ubi per superiorem ab hoc cogi, & si renuat inferior, per superiorem id expediri posse affirmatur. Schrader *part.6. cap.7. num.3.* Zas. *p.10. num.81. vers. denique sicut Vasallus.* Borcholt. *cap.8. n.135.* Vultej. *d.c.11. n.52.* ante tamen elapsum tempus moram rectè ipsum purgare posse testis est locuples, Rosenthal. *cap.6. n.111.* Quod si verò non nisi prævia causæ cognitione investituram facere voluerit Dominus, sine culpâ autem impeditus fuerit, tunc nihil deliquisse dicitur, Lehnr. *cap. 24. in princ.*

XC.

Ne autem in probandâ illâ denegatione difficultates creentur, sed præcaveantur, Vasallus in semel factâ investituræ petitione & denegatione acquiescere

scere non debet, sed bis adhuc, antequam præscriptus elabatur terminus, illam à Domino requirere, & ultimâ vice cum Notario & testibus ipsum accedere, illiusq; negationem in scripturam redigere potest, sicut docet Balth. Klammer *in Promptuar. jur. tit.* Von Lehen empfahung. 1. *n.* 5.

XCI.

Similiter, si Dominus justitiam fideli suo denegaverit, vel in illâ administrandâ negligens fuerit, proprietate rei suæ cadit, *gloss. in d. §. 2. vers. illud tamen. in verb. justitiam.* 2. *Feud.* 24. quam Dd. communiter sequi testatur Borcholt. *cap.* 8. *num.* 138. & Jure Saxon. apertè decisum, extat. Lehenr. *cap.* 24. *vers.* Deßgleichen. Quod maximè fit, quando vel pares Curiæ ad judicandum super re feudali seu investiturâ testificandum non compellit: vel filium in Vasallum delinquentem requisitus non deducit, aut à se separat, Zas. *p.* 10. *n.* 82. Vultej. *d. lib* 1. *c.* 11. *n.* 52. *vers. hinc est, ut Dominus. post princ.* ubi hæc ita scripta, sed quomodo serventur, ex usu discendum esse, adjiciunt. Similiter si motâ à superiore Vasallo inferiori de feudo controversiâ, Dominus inter-

medius ad Vasalli denunciationem & instantiam spacio sex septimanarum ipsum non defenderit, Jure Saxonico: tunc enim Vasallus iste Superiorem recognoscere, sine ullius pœnæ metu, tãdiu potest, donec Dominus inferior causæ victoriam obtinuerit Schnt. *cap.* 14. *vers. ult.*

XCII.

Licet autem Vasallus directum feudi Dominium seu proprietatem non serviendo (quia res meræ facultatis est, nec ab initio rem quoad Dominium ad ipsũ transferre concedentis fuit animus:) longissimi temporis præscriptione acquirere non possit, etiamsi vel mille annos is rem feudalem possideret, Schneid. *in princ. Inst. de usucap. & long. tempor. præscript. n.* 59. Finckelthauß *Disp. feud.* 8. *controv.* 10. Si tamen Domino interversa fuerit possessio, ut puta Vasallus requisitus servitia detrectavit, seq; Vasallum esse, eò quod prædium à se possessum allodiale sit, negavit: Dominus autem ipsius contradictioni, servitiorum recusationi feudiq; negationi acquievit, tunc Vasallum propter tituli mutationem, ex præsumptâ Domini voluntate factam, directum præscri-

præscribere posse dominium, autores sunt Wesenbec. *de feud. cap.* 15. *num.* 3. Finckelthaus *d. Diput.* 8. *Controvers.* 11. & alii.

XCIII.

Quemadmodùm insuper Vasallus invito Domino alium, etiam idoneum & sibi similem in, obtrudere Vasallum non potest, *per text. c. unic. in fin. de fratribus de nov. benef. invest. 2. feud.* 12. *ibi, ne forte invitus Dominus alium.* Hartm. Pistor. *lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 4. *lib.* 2. *quæst.* 44. *num.* 12. ita nec Domino invitos Vasallos in alium Dominum transferre concessum est, Heig. *part.* 1. *quæst.* 19. *num.* 3. secundùm quam sententiam multos JCt. de facto consultos respondisse refert Hartman. Pistor. *lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 1. quemadmodùm de Rege Franciæ, ipsum unam de Civitatibus regni sui invitis civibus alienare non posse, tradit Gail. *lib.* 2. *de P. P. cap.* 15. *num.* 14. adeò ut etiamsi vel maximâ Vasallorum parte consentiente, Hartm. Pistor. *d. quæst.* 22. *num.* 3. *lib.* 3. jus suum in æquè idoneum vel potentiorem transferret, cæteris tamen non præjudicaret, Salicet. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de novat.*

Johan. Faber. *in tit. de assignat. libertor. n.* 4. Hartm. Pistor. *d. quæst.* 22. *n.* 3.

XCIV.

Id quod tamen limitatur, (1) quando non per se entlen / sed cum ipsâ Curiâ vel Castro, à quo feudum dependet, alienantur, Hartm. Pistor. *d. quæst.* 22. *lib.* 3. *n.* 7. Cacheran. *Consil.* 49. *n.* 2. modò non fiat in inferiorem, quod velle videtur. §. *ex ead. lege.* 1. *de Lege Corradi.* 2. *feud.* 34. & hanc opinionem æquiorem esse dicit, Hartm. Pistor. *d. quæst.* 22. *n.* 10. præsertim cùm Vasallus ead. debeat esse conditione apud novum, quâ fuit apud priorem Dominum, Pistor. *d. l. num.* 11. Imo si Dominus inferiorem recognoscendo, vel ei se subjiciendo dignitatem suam minuerit, tunc ipsum jus suum amittere, & Vasallos à superiore feuda sua recognoscere posse, illumq; priori æqualem Dominum ipsis præficere debere Jure Saxon. expresè cautum est, Lehenr. *cap.* 54. *in princ.* (2) Procedit alienatio, quando probabili de causâ, utpotè necessitate, exigente vel publicâ requirente utilitate, facta est, Curt. *de feud. p.* 6. *n.* 3. Heig. *d. part.* 1. *quæst.* 17. *n.* 17. *& seqq.* Schneidw.

p. 5.

p. 5. c. 2. n. 132. ubi in fin. ex allegato Jasone subjicit, multùm notandum esse contra Principes & Dominos, terras suas contra subditorum suorum voluntatem alienantes & vendentes, nisi ex causâ maximæ necessitatis fieret: vel denique (3) quando jus suum, quod in feudo habet, directo penes se retento dominio, alteri in feudum concedit & subinfeudat Dominus, Hartm. Pistor. *d. lib. 3. quæst.* 22. *num.* 16. ubi ab hac limitatione, cum communiter recepta sit, recedendum non esse monet.

XCV.

Si autem Dominus non consentiente Vasallo jus suum alienaverit, tunc quia lex tacet, idcircò & nostrum est tacere, *per Nov.* 18. *cap. 5. l. dissentientiũ. 5. C. de repud.* ipsum proprietatem in Vasallum non transferre, sed duntaxat pro non factâ illam habendam esse, per text. *c. unic. vers. si quis fecerit investituram. quo temp. mil. investit. pet. deb.* 1. *feud.* 22. cum Bald. *in d. vers. si quis.* Hartm. Pistor. *d. lib. 3. quæst. 22. num. 6.* Sonsbec. *de feud. p. 3. num.* 180. *& seqq.* Vasallum verò non ab empto-

emptore, sed à priori Domino suo recognoscere feudum debere, prout text. *d.* § *ex ead. lege. 1. ibi, verbi gratia. 2. Feud. 34.* id requirere videtur, statuimus.

XCVI.

Quia etiam de J. Feud. quòd Dominus sine Vasalli consensu proprietatem suam alteri pignoris titulo obligare possit, prohibitum non requiritur, idcircò cùm ea, quæ in Jure illo decisa nō sunt, ex J. Civil. decidenda veniant; per text. *c. unic. vers. legum autem Romanar. de feud. cognit. 2. Feud. 1.* Hartm Pistor. *lib. 3. qu. 25. num. 5. lib. 1. quæst. 15. num. 76.* ubi illum textum omnes interpretes pro regulâ habere asserit, & *num. 78* omnino Dominum proprietatem suam pignori obligare posse existimamus: modò non pro tanto pretio jus suum, ut nulla spes luitionis relicta sit, oppigneraverit, Schrader. *tract. feud. p. 8. cap. 1. n. 27.* Schneid. *p. 5. cap. 2. n. 133.*

XCVII.

Generaliter igitur notandum, (1) ex quibus causis Vasallus suum amittit beneficium, ex iisdem Dominum suâ privari proprietate, Balthas. Klammer *in Prom-*

Promptuar. Jur. d. tit. 7. num. 4. Schneidw. *in epit. feud. p. 5. cap. 2. n. 125.* Borcholt. *de feud. cap. 8. n. 133.* Vultej. *lib. 1. cap. 11. n. 52.* Duar. *cap. 15. n. 3.* Zas. *p. 7. n. 56. p. 10. n. 80.* Libor. Hattyf. *in Anal. J. feud. cap. 10. lit. O.* Quia tamen juxta illud tritum DD. *αξίωμα*, nulla regula tàm firma, quæ non admittat exceptionem, nec tàm arcta Domini erga Vasallum, quàm Vasalli erga Dominum sit obligatio, Rosenthal *cap. 11. conclus. 19. lit. B.* idcircò & hanc cum grano salis intellectam, nisi diversitatis adsit ratio, procedere, singulariter decidit Feudistarum ille Auriga & omnium judicio in materiâ feudorum maximus Andr. de Isern. & post eum Alvarott. & alii *in c. unic. an ille qui interf. fratr. Domin. 2. Feud. 37.* vid. Schrad. *p. 6. cap. 7. n. 13.* Everhard. *in Topic. Loc. à Correlativ. n. final. vers. hoc tamen.*

XCVIII.

(2) Tàm Dominum, quàm Vasallum tùm demùm propter commissa & omissa suum amittere jus, si dolus intercesserit, VVesenb. *de feud. cap. 15. n. 8.* Curt. *part. 4. num. 76.* Furor autem & ignorantia, quæ potissimùm in successore præsumitur,

per

per regul. *c. præsumitur.* 47. *de R. J. in 6.* Thessaur. *decis. Pedemont.* 227. *num.* 2. metus & vis excusationem præstant, Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 53. *cum ibi allegat.* Oblivio verò non item, Laudens. *in cap.* 1. *num.* 3. *de form. fidelitat.* 2. *Feud.* 6. Si autem Dominus, postquam feudum per sententiam vel ipsum jus Vasallo ablatum est, & Dominus, se velle, ut Vasallus ille feudo privatus sit, mentem suam exposuit, deinde feloniam Vasallo remittit, tunc sibi duntaxat, non etiam agnatis illius non consentientibus propter jus semel ipsis acquisitum prejudicat, Schrader. *tract. feud. p.* 2. *principal. part.* 9. *sect.* 14. *num.* 38. Et fieri potest hæc remissio tàm expressè, quando ipsi culpam, præcedente pacto, expressis verbis condonat: quàm tacitè, quando Dominus Vasallum post feudum commissum habito secum consilio volens & non dubitans, Borcholt. *cap.* 8. *n.* 25. quam opinionem, DD. communem dicit esse sententiam, Clarus *in* §. *feudum. quæst.* 63. denuò investit, aut ipsum ad capiendam investituram, vel servitia præstanda requirit: multò magis si servitia canonemque respectu feudi debitum recipit, prout hæc latiùs

latiùs deducit Schrader. *d. tract. feud. p. 2. princip. part. 9. ſection. 14. num. 23. & ſeqq.* Socin. *volum. 1. conſ. 66.* & Zobel. *in addit. ad c. 68. Landr. lit. O. circa fin.* Item ſi Dominus ſibi non cavet, & Vaſallum in interpellatione, quam ad eum, ut certo die ad conſtituendum feudale judicium compareat, vel ſimile facit, Fidelem ſuum nominat, Berlich. *part. 1. concluſ. 62. num. 75.* Schrad. *p. 10. ſect. 9. num. 69.* ubi ita ad ſuam ſvaſionem in aliquibus cauſis graviſſimis, & inter cæteras in cauſâ Marchionis K. contra Nobilem X. & C. obſervatum fuiſſe meminit.

XCIX.

(3) In genere ſciendum eſt, quemadmodùm Domino aut Vaſallo Prælato tale quid, ex quo feudo privari poſſit, admittente, Eccleſia quoad illius vitam feudo ſeu jure Domini carere cogitur, jus autem ſuum totaliter non amittere, ſed eo defuncto ſtatim illud recuperare poteſt, §. *item ſi Clericus. fin. de capit. Corrad.* 2. F. 40. Sic & quando Civitas feudum ab alio tenet vel alius ab eâ recognoſcit, & Cōſules aut Rectores illius ſine expreſſo cōſēſu Tribunorū plebis der Zunfft oder

Viers

Vierteismeister aliarumvè personarum, sine quibus Senatus totam non repræsentat Civitatem, Hartman. Pistor. *lib.* 1. *obs.* 37. *n.* 5. enormissimum, puta rebellionis contra Principem, committit delictum, tunc sicut aliàs eo casu ipsa Civitas non tenetur, Mynsi. *cent.* 4. *obs.* 79. *n.* 4. Gail. *lib.* 2. *de P. P. cap.* 9. *n.* 4. *lib.* 2. *observ.* 60. *n.* 14. ita ut eam feudum vel dominium illorum nomine (cùm innocentium melior debeat esse conditio, nec illi ob aliorum delicta gravanda sint, Jacobin. *in verb. dictiq; Vasalli. n.* 54. sed dolus ei, qui eum admisit, nocere, *l. ii qui à debitore. 9. ff. quæ in fraudem creditor.* Suosq; pœnæ autores tenere debeant, *l. si pœna.* 20. *l. crimen.* 26. *ff. & l. sancimus.* 22. *C. de pœnis.* amittere posse cum Niellio *dipl. feudal.* 8. *Corollar.* 2. *lit. E.* & aliis æquissimum esse statuimus.

FINIS.

I.

Collegii Feudalis publici

Disputatio X.

DE

Effectu amissionis Feudi.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO LAURENTI

Gubenâ-Lusato.

THESIS I.

CUm constat Feudum juste esse amissum, proximum est ut hujus amissionis effectum, cognoscamus, qui præcipuus in eo est, ut sciamus (1) cui amissum Feudum aperiatur & ad quem transeat. (2) Cui Fructus Meliorationes & accessiones applicentur & hæe duo nostræ disputationis argumentum sunt. *Applicatio Feudi amissi.*

II.

Ad faciliorem autem prioris membri intellectum repetendæ sunt ex præce-

dentibus quædam Distinctiones, cum fermè quodlibet Distinctionum earum membrum suum peculiarem producat effectum juxta Regulam Juris vulgarem: Limitata causa limitatum producit effectum Distinguendum itaq; est ante omnia inter Amissionem consideratam vel respectu Vasalli, vel respectu Domini. Exinde respectu Vasalli (de hoc enim prius agere commodius est) iterum distinguimus an Feudum amissum sit sine culpa, an vero ex culpa.

A Vasallo.

III.

Sine culpa vel Necessariè.

Ulterius si Vasallus sine culpa Feudum amittit, diversum iterum juxta diversos Feudum sine culpa amittendi modos, eosdemque vel Necessarios vel Voluntarios, jus est. Nam Necessariè Feudo omisso, urputa (1) si planè res feudalis interierit, nemini poterit illa applicari, cum in commerciis hominum esse desierit, *arg. §. antep. Instit. de Usufr. l. pen. C. Eod. Vultej. lib. 1. de Feud. cap. 11. num. 5.*

Rei interitu.

IV.

Morte naturali.

(2) Si vero Morte Vasalli Feudum amissum fuerit, siquidem Novum & defuncto extent Liberi, ad hos pertinebit.

His

His autem deficientibus non ad agnatos quidem nisi hoc nominatim dictum fuerit. §. 2. *circ. fin. tit.* 1. *lib.* 1. *F.* Sed ad Dominum revertetur. Sin autem Antiquum fuerit, & Vasallo supersint Liberi masculi aut Agnati, ad hos feudum morte redibit, quamvis de Jure Saxonico agnati plane non succedant nisi simultaneè fuerint investiti teste Fachs. *diff.* 29. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *q.* 19. *& seq.* His non existantibus, quando ipse Vasallus est suæ Familiæ ultimus ad Dominum Feudum transmittit, *Jul. Clar. qu.* 66. *num.* 1. Quæ omnia supra Disp. sexta latius declarata sunt.

V.

(3) Morte Civili, puta si Vasallus sine delicto casu quodam in servitutem redigatur, procul dubio ad Domunum Feudi redibit, tanquam extinctum & ad incapacem redactum. Quamvis enim & Servus investiri possit. §. *Sed cum res.* 1. *v. personam.* 1. *Per quos fiat invest.* 2. *Feud.* 3. id tamen non quatenus talis, sed quatenus vel Libertatem expresse vel tacitè concedens simul largitur, vel quatenus Dominus illius Feudi capax est, *Morte Civili.*

procedit, *d. v. personam & ibi FF.* quibus casibus omnibus non ignarus illius conditionis ut sit investiens, necesse est. Quæ omnia nostro casu in contrarium acta, ubi Dominus ab initio capaci investituram fecit, nec alium, aut Dominum etiam illius Vasallum elegit: ut hinc colligere liceat juris communis dispositionem, quo omne quod servus acquirit ad Dominum pertinet, *in princ. & §. item vobis 3. Inst. Per quas Pers. cuique acquir. cum simill.* locum hic non habere, cum obstet Regula juris Feudalis: Domino Feudi invito & ignoranti non debere alium, facto Vasalli, Vasallum substitui. *text. perspicuus in c. unic. §. si duo circ. fin. de Fratrib. de nov. Benef. invest. 2. F. 12. Adde l. id qui nostrum 11. ff. de R. J. Hartm. Pist. lib. 2. parte poster. q. 44. n. 10.*

VI.

Sed hæc de Novo Feudo, ubi Vasallus descendentes aut Agnatos, vel nullos, vel tales, quibus Successio non competit, reliquerit: Sin secus; vel Feudum ita finitum Antiquum fuerit, tunc ea quæ de morte naturali proximè diximus observanda erunt.

VII.

VII.

(4) Quando Vitio Corporis Feudum finitur primo Filiis & Descendentibus. His deficientibus si Novum, Domino: si Antiquum Agnatis applicatur, deficiente porro generatione ad Dominum redit. *VVesemb. cap. 16. n. 4. Reyger disp. Feud. 5. th. 40. cum duab. seqq.* *Vitio Corporis.*

VIII.

(5) Conditionis defectu, (6) Revocatione vel (7) Tempore si Feudum amittit Vasallus, non dubium est quin his casibus omnibus illud ad Dominum revertatur, ex eo enim tempore sublato Usufructu Vasalli Feudistico, Dominus incipit plenam in re habere potestatem uti & antea habuit, *argum. §. fin. Instit. de Usufr.* *Conditionis defectu, Revocatione, Tempore.*

IX.

(8) Cum Evictione Feudum amittitur sine dubio. Evincens illud habebit, sive tertius aliquis sit qui contra Dominum vel Vasallum; sive Dominus contra Vasallum vel vice versa Vasallus contra Dominum proprietatis vel Usurfr. jus pro varietate evicerit. Idem (9) in præscriptione dicimus, tunc enim si prescribens Dominus fuerit, & spatio 30. *Evictione.*

Præscriptione.

annorum pro Allodio feudum possederit, plenum Dominium adquiret; si vero alius contra Vasallum investitus, Feudum bonâ fide longo tempore, aut vero malâ fide, longissimo possederit jura Vasallitica tenebit. (10) De oblatione Ecclesiæ quis ibi Feudum acquirat nihil attinet dicere cum id quilibet facile intelligat.

Oblatione Ecclesiæ.

X.

Vel Voluntariè Subinfeudatione.

Voluntariè vero, cum quis primò per actum Subinfeudationis Feudum amittit ipse quidem Vasallus neq; usumfructum neq; utile dominium retinet, Borcholt. *in tr. de Feud. cap.* 8. *num.* 52. *cum ibi allegg. Dd.* Sed ad Vasallum etiam invito Domino, *c. unic. pr. vers. si vero. Qualiter olim pot. Feud. alien.* 2. *Feud.* 9. Feudum transmittit. Novum quidem omnimodo *Molinæ in consuet. Paris.* §. 35. *num.* 19. *Borcholt. d. cap.* 8. *num.* 50. De eo enim ita Vasallus disponere potest. Borcholt. *d. l.* Antiquum autem quoad vivit. Nam Subinfeudante mortuo proximus agnatus Feudum revocare potest, teste Ilsern. *ad tit.* 3. *lib.* 2. *Feud.* Jul. Clar. *qu.* 32. *num.* 5. Borch. *d. c.* 8. *n.* 5.

XI.

XI.

Deinde cum Vasallus Feudum refutat, transit illud ad eum cui refutatio facta est, sive is Dominus sit sive Agnatus vel Extraneus, uti constat ex Disputatione Octava. *Refutatione.*

XII.

Clericatu autem vel Monachismo ubi Feudum esse desinit non Monalterio vel Ecclesiæ illud acquiritur uti aliquando in Civili successione obtinet. *Auth. ingressi. C. de SS. Ecclesiis.* Sed vel Domino, vel Agnatis accedit pro diversitate Feudi, uti supra de Morientibus vel aliis incapacibus diximus. §. *si quis per triginta* 4. *vers. qui Clericus. ff de Feud. def. content. sit* 2. *Feud.* 26. *& ibi Dd. Zas. part.* 10. *de Feud. num.* 90. Rosenthal *cap.* 7. *quæst.* 73. Borcholt. *cap.* 7. *de Feud. num.* 62. Schoner. *lib.* 1. *disput. Feud.* 11. *thes.* 25. Arnold. de Renger *disput.* 5. *de Feud. thes.* 42. Idque manifeste decisum extat jure Saxonico Landtrecht *lib.* 1. *art.* 25. *vers.* Begibt sich aber ein Mann. *&* *vers.* Hette er sich aber. Quamvis autem Reinhard. *part.* 3. *differ.* 21 & ex illo Coler. *decis.* 90. existiment Jure Communi Feudum *Clericatu.*

per vitam Vasalli Monachi acquiri monasterio, idque textu juris Canonici *in c. Ecclesia* 10. *ext. de Constitutionib.* confirmant, & in his etiam terris usu receptum dicunt, id non tantum textibus Juris Feudalis apertissimis *in cap.* 1. *de milit. Vasall. qui arma bellic.* 2. F. 21. & §. *fin. de cap. Conrad.* 2. *Feud.* 40. contrarium est, quippe qui diserte eo de casu ubi vivit adhuc Clericus loquuntur, sed & *d. cap.* 10. non probatum, quod non de Feudis sed allodialibus loquitur. Et ut maximè ista opinio in usu fuerit in nostris regionibus, dum adhuc ibi Monachi fuerunt, & durante Papatu; ut explicat Zobel. *part.* 3. *differ.* 23. *n.* 2. hodie tamen illa procul dubio explosa est, uti observarunt Revisores Differentiarum *diff.* 23. & ex Constit. Elect. 28. p. 3. facile colligere licet.

XIII.

Divisione. Denique divisione, si ea licitè facta sit Feudum cui acquiratur non obscurum est, ei nimirum in quem divisione transfertur. Sed ne hæc prolixius tractando actum agere videamur, adiri poterit. *disp.* 6. & 8. ubi ea quæ de his modis scitu necessaria, copiosius exposita sunt.

XIV.

XIV.

Ob Vasalli culpam cõmissam.

Nunc quid juris si ob delictum Vasalli Feudum amissum fuerit? an Domino, an vero agnatis ipsius adquiretur? Et feudum novum quidem simpliciter adquiritur Domino, exclusis filiis & agnatis Vasalli. *§. f. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* 2. F. 24 *§. præterea.* 1. *quib. mod. feud. amit.* 1. F. 5. § *fin. Episcop. vel Abbath.* 1. F. 6. Et sanè ratio cur agnati excludantur expeditissima est, quia hi novum feudum quocunque modo finitum omninò non adquirunt, *d.* §. 2. *vers. Sin autem. de his qui feud. dare poss. lib.* 1. F. 1. De filiis autem hæc esse videtur; Vel quia in his quoq; metuuntur exempla criminis paterni *arg. l. qui quis* 5. §. *filii* 1. C. *ad L. Jul. Maj. Cujac. ad tit.* 2. *lib.* 3. *Feud.* Vel ut Charitas liberorum parentes amiciores reddat suis Dominis, ut in simili casu argumentatur *Cic. in Epist. ad Brut. Wesemb. in π. ff. ad L. Jul. Maj. num.* 7. *in m.* quando enim sciunt parentes pœnas suorum criminum in sobolem quoque suam quodammodo redundaturas, majori certe cum fidelitate officio suo funguntur, Solent enim magis terreri in persona liberorũ quam in propria. *l. isti.*

§. hæc 3. ff. quod met. cauſ. & argum. §. ult. Inſt. de Noxal. act. Rittersh. in part. Feud lib. 2. t. 6. q. 28.

XV.

Prædicta tamen vera ſunt, niſi filius vel agnatus id ſimul ab initio acquiſierint & ita ipſis pariter jus quæſitum fuerit ſpeciali conventione c. unic. in pr. 2. F. 12. Gail. lib. 2. de Pac. publ. c. 13. n. 2 & 3. Theming. detis. 23. n. 7. & ſeqq. tunc enim obtinet vulgata Regela Conventio dat legem & formam contractui l. 1. §. ſi convenerit ff. depoſit. hoc itaq; caſu improbitate ſui agnati ipſis interverti jus quæſitum iniquum eſt. l. non debet 74. ff. de R. J. cum alter alterius delicto prægravari non debeat d. l. non debet & delicta, ſemper ſuos duntaxat obligent authores l. ſancimus C. de Pœnis.

XIV.

In Extraneum. Quoad antiquum vero Feudum diſtinguendum erit inter delictũ in ipſam perſonam Domini commiſſum, & inter delictum quod in extraneum extra Perſonam Domini Vaſallus perpetravit. Hæc caſu cum Vaſallus non in Dominũ ipſum peccavit ſed aliam culpam commiſit, tantùm abeſt, ut hoc agnatis, etiam intra quartũ gradum conſtitutis per c. 1.

An

An illi qui interf. frat. Dom. sui 37 F. 2. *ibi ad agnatum proximiorem pertnebit, Proximus a. in jure is dicitur quem nemo gradu antecedit, ex vocabuli proprietate Fachin. lib.* 2. *c.* 21. *&* *c.* 1. *§. ult. quæ fuerit prim. cauſ. Benef. amitt. Piſt. l.* 2. *q.* 15. *n.* 12. *Faſhin. d. lib.* 2. *c.* 21. *ubi erudite ad argumenta contrarium propugnantia reſpondet* damno ſit, ut etiã ad ipſos mox non expectatâ morte delinquentis devolvatur. ut diſertè probatur *c.* 1. *§. fin. quæ fuit prim. cauſ. amitt.* 2. F. 24. *d. c.* 1. *in pr. an ille qui interf fr. Dom. ſui* 7 F. 37. *Hartm. Piſt. p.* 2. *q.* 15. *n.* 12. *& ſeqq. Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 11. *n.* 147. *circa f. Conſtit. Sax.* 27. *part.* 3. Idem juris eſt ſi Vaſallus ſe ipſum interficiat, neq; enim tunc ad Dominum ſed ad agnatos Feudum tranſit *Vultej. d. l.*

XVII.

Adhuc difficilior vero controverſia eſt cuinam feudum antiquum, culpa in Dominum commiſſa aperiatur? *Fachin.* 7 *controv. c* 22. *Duar. cap* 17. *num.* 2. *& Rittersh. lib.* 2. *cap.* 6. *qua.* 28 ſimpliciter hoc caſu feudum Domino adjudicant rigorem juris pro ſe ferentes, *per text. in c. un. verſ. quia tamen An ille qui interf. fr. Dom.* 2. F. 37 *c. un. Si Vaſall. Feud. priv.* 2 F. 31. Æquior tamen & rationabilior magis eſt ſententia Piſtoris *lib.* 2. *q.* 15. *num.* 32. *& ſeqq.* donec *In Domin. Directi.*

donec delinquens vixerit & filii ejus, feudum ad Dominum: his defunctis ad agnatos pertinere: quæ sententia non omnino à jure feudali aliena esse videtur *facit enim cap. 1. §. si Vasallus culpam 2. Feud. 26. & cap. ult. de cap. Corradi 40. F. 2.* præterea etiam simile quippiam aut idem fermè de jure Civili constitutum reperimus *in l. Statius Florus 48. §. Cornelio 1. ff. de Jure Fisci l. cum pater. 77. §. Hæreditatem 4. de Legat 2* Quamvis nō inviti fateri cogamur contrariam opinionem præallegatis textibus diserte probari, & ab his qui rigorem juris æquitati præferunt, quod tamen minimè fieri decet, *l. 90. de R. J. l. placuit C. de Judic.* ex subtilitate legis contra humanitatem defendi posse *Vide Vultej. lib. 2. de Feud. n 145. cum seqq. ubi hæc prolixius tractat & tandem pro nostra sententia concludit.*

XVIII.

Per consequentiam. Nec in alienatione Feudi illicita, aut omissione petendi intra tempus legitimum investituram, si feudum propterea amittatur aliud dicendum erit *c. 1. De Vasall. qui contr. const. Lothar. 2. F. 38. c. un. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5 c. unic. quid jur si post alien. 2. F. 44 c. imperialem §. calli-*

di

dii & præterea si quis 2 F. 55. *c. un.* §. *ult. quæ fuit prim. caus.* 2. F. 24. *Hartm. Pist. lib.* 2. *q.* 17. Et quidem facilius huc accommodari potest prædicta Distinctio. Hartm. Pist. cum non tam graviter delinquat, qui illicite Feudum alienat aut investituræ tempus ex incuria & negligentia præterlabi sinit, quam is qui directo Dominum offendit *Vultej. d. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 157.

XIX.

Non aliter obtinet Jure Saxonico neque hoc casu jus conjunctæ manus aliquid diversi operatur *per text. Lehnr. cap.* 54. *v. ult.* §. *cap.* 55. *post pr. vers.* Da aber der Mann in einer Sachen / *ubi Gl. ordin. n.* 16. *vers.* Oder ob er jhm sein Gutt / *& cap.* 79. *ibi* zeucht ein Mann sein Gutt. *Gl. art.* 84. *lib.* 3. Landr. *verb.* vnd das Gutt. *ubi expresse habetur*: Wer sein Lehn an seinen eigenen Herren verwircket / solches wird des Herren Kinder ledig / wer es aber an jemand anders verwircket / das felt seinen Anwartenden Erben anheim.

XX.

Neque his casibus distinguimus an Feudum sit Hæreditatium, an ex pacto & Providentia. Distinctio n. ista à Dd.

plane

plane est conficta, nec ullum fundamentum habet in jure feudali; quin potius eam jus feudale omnino non admittit. Notum n. est Hæredem in jure feudali semper significare filium masculum ut expressissimè illud traditur in c 1. §. 1. etsi Clientulus de alien. Feud. Et propterea quando Hæreditarium Feudum dicitur quod concessum est pro se & hæredibus, eadem hæc est definitio cum ea quam habet Feudum quod dicimus ex pacto & providentia; Nam & hoc conceditur pro se & liberis seu hæredibus suis, *Fachin. lib. 7. cap. 3.* Et sic una definitio ponit unitatem speciei, Hinc fit quod Dd. pro Regula tradunt: omnia capitula in dubio de Feudo proprio quod Dd. Feudum ex pacto & providentia vocant esse accipienda *Hartm. Pist. lib. 2. q. 1. per tot.* Quamvis autem distinctio hæc in prax retineri soleat, ut diximus supra Disp. 2. th. 38. in hoc tamen casu nihil operatur, cum feudum Hereditarium in eo non recedat à communi feudorum naturâ.

XXI.

Siccine ergo rebus constitutis fi-

lii

lii amisso à patre ab feloniam Feudo penitus excluduntur ? Et sane excluduntur sive delictum sit contra Dominum aut conventionem feudalem ; sive aliud delictum propter quod Vasallus ex jure nominatim *text. in cap.1. ibi Filius tamen ad id nullatenus aspirabit. Si Vasall. Feud. priv. cui def. 2. Feud. 3 cap.1.§. ſi Vasallus culpam ſi de Feud. def. 2. F. 26. Fachin.7. cap.23.Vultej.d.l. c.11.num.147.* aut etiam arbitrio judicis , qui quandoque ob ea delicta quæ jus nominatim non expressit , expressis autem vel similia vel atrociora sunt, beneficium adimere potest §. 2. *vers ſed quia natura Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.2.F.24.* Feudo privandus sit.

XXII.

Quod si tale delictum non sit ut ob id Vasallus Feudo privari debeat , sed quod jure civili duntaxat pœnam mereatur , hoc casu filios dispositione juris Feudalis cessante minime excludimus. *Fachin. d lib. 7. cap. 23.* quippe proniores ad absolvendum quam ad condemnandum esse debemus *l. Arrianus 47. ff. de O. & A. §. adhæc 1. vers. Bonus tamen. Hic finit. lex deinde. & c.2.F.28.*

XXIII.

XXIII.

Quod autem de filiis & descendentibus diximus eos excludi cum pater Feudum ob Feloniam amisit, id limitationes recipiunt; Nec enim procedit (1) cum ipsi filii simul acquisiverunt Feudum, & ex investitura apparet, Filiis non contemplatione patris sed æquè principaliter ac ipsi patri esse concessum (2) Si delinquens pater Feudum non teneat, sed avus. Nam si nepos patrè superviat, patris delictū nepoti, si postea avo succedat, non nocebit *Hartm. Pist l.* 1. *q.* 6. *n.* 27. & 33. Quinimo de Novella Saxonica Electorali Vasalli delinquentis Filii, delicto in alium quam Dominum commisso plane non privantur Feudo *p.* 3. *const.* 27. *ibi* Auch des Thäters Sohn des Lehns in diesem Fall nicht zu *priviren.*

XXIV.

Amissio ex parte Domini.

Jam si quæratur ad quem ob Domini Feloniam proprietas revertatur, utpote quia Dominus & Vasallus ad paria judicantur ut vulgaris habet Regula Interpp. *ex t. unic. in fin. de Formæ fidel. tit.* 6. F. 2. *desumpta. Vultej. d. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 105. *post pr.* Respondendum venit, sive in Vasallum sive in Extraneum Dogninus deliquerit,

liquerit, sive Feudum novum sive paternum fuerit, §. *Domino Si de Feud. def.* 12. F. 26. *Gl. ad tit.* 47. *Ritterscb. d. lib.* 2 *cap.* 7. *q.* 8. *Vultej. lib.* 1. *Feud. d. c.* 11. *n.* 250. *ubi plures allegat*, indistincte omnimodo proprietatem ad Vasallum devolvi, & ita directum cū utili, quod vocamus, Dominio consolidari ut prædium feudale deinceps jure libero & allodiali possideat Rosenthal *cap.* 6. *concl* 180 & *cap.* 10. *concl.* 48. Berch. c. 8. *n.* 153.

XXV.

Eam autem hæc Cōclusio declarationem accipit si Dominus non habeat superiorem Dominum: ut si de propriis & allodialibus bonis infeudaverit: vel superior sit: Tunc n, juri superioris Domini nihil derogatur, quominus iis Dominus maneat, sed tantum quod ex utili Dominio apud Vasallum residet Vasallo inferioti cōmitttitur, ita ut Subvasallus eximatur à servitiis Domini delinquentis, & jure ipsius: Directum autem Dominium apud majorem Dominum vel etiam agnatos, si aliqui Domini interm edii adsint, remanet Rosenthal *cap.* 11. *concl.* 21. *Sonsbec. p.* 13. *de Feud. num.* 72.

XXVI.

Deinde declaratur ista decisio, ut in feudis quæ ab electione dependent, qualia sunt Imperium, Regnum Poloniæ &c. Archiepiscopatus, Episcopatus & similia Ecclesiastica, amissio Domini respectu non sit perpetua, sed ad vitam saltem Domini *uti post Alvarott. & alios in §. domino. Si de feud. defunct. cõt. 2. F. 26. tradit Molin. ad consuet. Paris. §. 2. gl. 4. n. 17. & seqq. Schrad. p. 2. part. 9. princ. Sect. 9. n. 70. 71. 72.*

XXVII.

Applicatio Fructuum & Meliorationum Feudi A.

Restat nunc pro ratione nostri instituti, ut de altero quod de Fructuum, Meliorationem & accessionem jure, cui videlicet amisso Feudo applicẽtur, agit aliquid dicamus. Principiò autem hoc in limine præmittendum est, Fructus fundi proprie dici qui ex re ipsa naturaliter enascuntur. *definiente Brisson. lib. 6. §. fructus verbum de Verb. signif. Vultej d. lib. 1. c. 11. n. 202. Gödd. ad l. usura. 121. n. 2 ff. de V. S.* Deinde qui fructus sint naturales vel industriales certo jure definiri non posse, sed arbitrio judicis esse relinquendum, ut is non tantum ex fructuum natura, sed etiam ex diversorum locorum qualitate,

litate, majorem quandoque industriam requirentium, hoc dijudicet *H. Pist. quæst. 24. num. 91. Vultej. d. c. 11. n. 114.*

XXVIII.

Feudo ergo per feloniam amisso omnes fructus non percepti ante latam sententiam *Fachin. cap. 94.*, & meliorationes quæ per se subsistere non possunt indistinctè Domino vel agnatis, ad quē ex his feudum devolvitur obveniunt, *arg. § si Vasallus. Hic finitur Lex. 2. F. 28. Vultej. post alios quos ibi allegat. n. 249.* ut nec Vasallus ipse, nec hæres, nisi hic sumpto in iis mortuo Vasallo fecerit, eo nomine quicquam petendi jus habeat *Schr. p. 9. pr. p. 2. Sect. 2. n. 15. & sect. 3. n. 26. Hartm. Pist. lib. 1 q 24. n 53. arg. l. 2. C. de Jure Emph. Auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* Augmentum vero extrinsecum, quod à feudo separari potest, puta Jurisdictio, Prædia rustica & similia feudo adjecta, Vasalli vel hæredum manent, tàm si sine culpa Vasalli quam si culpa Feudum Domino vel agnatis aperiatur *Schrad. d. sect. n 8. Goth. Anton. Disp. 12. th. 7. lit. C.* Si quid a. Feudi occasione errore tamen facti vel etiam sine facto Vasalli, puta Præscriptione & alluvione feudo fuerit acquisitum, id

Culpâ Vasalli.

Domino vel agnatis cedit *Fachin. 7. controv. 88. Schrad. d. Sect. 2. n. 5. & 6.*

XXIX.

Sine culpa

Cæterum amisso feudo sine Felonia, sive controversia sit inter Dominum & defuncti successores allodiales *Vultej. d. t. 11. num. 206. usq; ad n. 221. & plures alii Dd. quos ibi allegat.* Sive, quod frequētius fit, inter Vasalli mortui successores feudales & ejusdē successores in allodio, aut etiam inter eos qui defuncti Vasalli successores sunt & feudales & allodiales simul ex parte una, & Allodiales tantùm ex partè alterâ *H. Pist. d. q. 24. n. 50. 51. 52. Vult. n. 221. circ. fin. & seqq.* Naturales & industriales, *H. Pist. d. l. n. 54. 55. 56.* qui propriè fructus vocantur, ita ad Dominum vel Vasallum revertuntur, ut si Vasallus post Calendas Martias moriatur, omnes illius anni fructus, sive semel sive bis in anno proveniant. *Schrad. p. 2. sect. 3 n. 71. Rosenthal. d. concl. 42 num. 63. Vult. d. l. t. c. 11. n. 112* (etiam qui post mensem Augustum, quales uvæ olivæ & alii fructus, adhuc pendent *Schrad p. 9. pr. p. 2. sect. 3 n. 74. Rosenthal. c. 11. concl. 42 n. 49. vers. quæro quærendum est H. Pist. d. q. 24 n. 48. 49 &c. post illum. Vult. d. l. 1. c. 11. n. 21, ubi addit apud nos, Germanus hac de re minus esse dubi-*

Fructus naturales & industriales.

dubitandum, cum in nostris terris tardius hi fructus maturescunt, quã in illis in quibus vixerunt qui has consuetudines Feudorũ prodiderunt.) Vasalli hæredũ in allodio, nec minũs Hæredũ in feudo & allodio simul. *Vult. d. c.* 11 *n.* 223. maneant. Si vero post Augustum illius, & ante Calendas Martias sequentis anni rursus omnes fructꝰ, anni sequentis & qui inde seminantur, Domini sunt §. *his consequenter Hic fin lex* 2 *F.* 28. *de quo pluribus eleganter agit H. Pist. d. q.* 24. *n.* 39. *& seqq.*

XXX.

Et hanc sententiam communiter approbatam usuq; receptam esse testatur *H. Pist. d. l. n.* 43. *& Rittersh. lib.* 2 *partit. feud. c.* 6. *q.* 34. *circa f.* etiamsi ex mente Baldi nullam aliam rationem habeat quam bene placiti *Rittersh. d. q.* 34. *in m.* Meminisse enim hic nos oportet ejus quod JCtus Julianus *in l. non omnium* 2 *ff. de LL.* monet, Non omnium quæ à majoribus nostris constituta, usuve recepta sunt rationem reddi posse *Vult. d. lib* 1. *c.* 11. *n.* 208 & ante ipsum. *H. Pist. d. l. n.* 44. qui n. seq. aliqualẽ rationem hanc esse, dicit, quod Vasallus qui Cal. Martias attigit, mediã anni partem, & fructibus percipiendis proximã supervixit, & maximas jam expensas fecit.

XXXI.

Annū a. quod ad præsentē casum attinet, F F. cōmuniter *in d. §. hiu consequenter*, incipiunt à Calendis Septēbris ad Calendas Septembr. Fundēq; rursus dividunt, non in quatuor, uti alias solitum est, sed in duas partes, quarum prior incipit à Calendis Septembris usq; ad Calendas Martii. Posterior à Calendis Martii ad Calendas Septembris. Et hoc non absq; ratione eleganti. Nam prior anni pars soli est & respicit Dominum : Posterior autem Fructuum & refertur ad Vasallum *Vide H. Pist. d l. n.* 46. 47. *& Vult. d. l. c.* 11. *in m. ubi hæc exactius pertractant.*

XXXII.

Quid de Reditibus Metallorum statuendum, an & hi in hanc considerationem venient? Certe ad fructus non referuntur *l. si ex lapidicinis* 32. *ff. de Jure dot.* nisi tales sint Fodinæ in quibus metalla renascuntur, tunc enim sunt infructu *l. Fructus* 7. § *si vir in fundo* 13. *ff. solut. matrim.* & ad fructus industriales referūtur *Schr. p. 9. pr. p. 2. sect. 3. n.* 49. Proindeq; in his idē, quod de fructibus industrialibus dictū est nim. ut si id tempus attigerit Vasallus, quo laborū & sumptuū maxima pars inemē dis metallis insumpta, meritò

meritò hæredibus illius cedant. probat Berlich *p.3. concl.35. n.15. & seqq* In piscibus verb. sequimur communem observantiã ratione non destituram, ut pisces ita demum Domino vel agnatis cedant si tempus mortis Vasalli & alterius possessoris sit vicinius tempori quo in piscinã pisces sunt immissi, quã tempori piscationis: modo non custodiæ causa sint immissi *Hartm. Pist. d. q 24. n.63. & seqq Vide tamen etiã Ritterschus. in d. lib. 2. c. 6. q 36.*

XXXIII.

In Civilibus vero Fructibus (quos Fructus abusivè dicimus, cũ non naturâ proveniant, nec ex ipso corpore sint, ut Fructus propriè sic dicti, sed jure percipiantur, & ex obligatione *l. si navis 62. ff. de R.V l. usura 121. de V.S.*) quales sunt reditus annui, pensiones, decimæ & similes, aliter supputatio instituenda est. Nã si sint perpetui, puta ex Emphiteusi, prædio censuali aut decimali vel similibus causis provenientes qui ut plurimum à Dominis ante investituram constitui solẽt, pro rata anni retro à die quo reditus solvendi sunt usq; ad diẽ ex quo annus ille initiũ cœpit, cõputãdi, secundũ dispositionẽ juris Civilis, hoc casu jure feu-

Fructus civiles.

Perpetui.

dali nihil dissonente, dividendi sunt, sunt *Fachin. lib 7. controv. c. 96. Rosenth. de feud. c. 10. concl 42. n. 59. Goth. Anton. D. 12. lib. 6. lit. B. circ. f. Vult. d. c. 11. n. 18. n. f. per l. Divortio 7. ff. soluto matrim.* Ut si reditus, sive census solvendi essent in festo Michaelis anno 1631. initium anni fiat à festo Michaelis anni 1630., atqui si moriatur Vasallus sub finem Martii dicti anni 1631. dimidia reditus istius sive census perveniat ad Dominum vel Vasallum successorem *Vult. d. c. 11. n. 224.* & altera dimidia ad Vasalli mortui hæredes.

XXXIII.

Temporales.

In temporalibus vero pensionibus, puta quas ex bonis feudalibus Conductores præstant & similibus reditibus, quia Vasallis ut plurimum constitui & morte eorum iterum finiri solent observari debet distinctio d. c. 1. §. his consequenter 2. F. 28. *Rosenth. d. c. 10. concl. 42. n. 55 Hartm. Pistor. q 25. n. 4. 5. & 9. Vult. d. c. 11. n. 219. Goth. Anton. d. lit. B.*

XXXIV.

Sed quid juris de Pensionibus sive reditib9 qui ex Feudo Soldatæ h. e. Cameræ aut Cavenæ proveniunt? In his communi-

muniter receptum est, ut si Vasallus anno saltem cœpto moriatur, tunc totius anni pensio sive reditus ad heredes ejus perveniat. Schenck Baro. *in d. §. hiu consequenter num. 4. vers. postremo.* Schneidw. *part. 6. cap. 5. n. 25.* Rosenthal *conclus. 42. num. 62. vers. plane mortuo.* Vultej. *d. cap. 11. num. 221. in m.*

XXXV.

Est etiam alius casus, ubi non quidem inter Dominum & Hæredes Vasalli aut inter Heredem Vasalli unum in Feudo, alterum in allodio; Sed inter Dominum aut agnatum in feudo Successorem ex una parte, & Vasalli defuncti, cui hæres non est, Creditores ex altera de Fructibus controvertitur. Ubi tenendum: Si Creditores ex bonis Vasalli defuncti allodialibus solutionem consequi nequeant, quod tum fructus qui Vasalli hæredibus, si qui extitissent, obvenissent, creditorum commodo cedant, & ita hic quoque distinctio d. §. his consequenter, locum inveniat præsertim cum id satis constet *ex cap. 1. An agnat vel Fil. 45. F. 2.* Vultej. *d. cap. 11. n. 225.*

XXXVI.

Jure Saxonico secus constitutum est de Fructibus Feudi sine Felonia amissi. Nam Naturales pendentes cedunt Domino vel agnatis, ut probat Hartm, Pist. *lib.* 1. *qu.* 21. *num.* 84. *ex artic.* 58. *lib.* 2. Landr. *consentit Elect. Constit.* 32 *p.* 3. & ib. Daniel Mollen. *n.* 6. *Consult. Constit. Sax. tom.* 2. *p.* 2. *q.* 10. *n.* 3. v. Die Früchte aber.

XXXVII.

De industrialibus *in d. art.* 58. ita habetur. Des Mannes Saat/ die er mit seinem Pfluge wircket/ die ist verdienet als die Egde darüber gehet/ vnd des Garten als der gerodet/ gesäet vnd gehacket ist. Et de Vineis Pomariisque in specie ibidem: Arbeitet ein Herr oder Mann von seinet wegen Bäwen oder Weingärten/ so zu Lehen gehören/ vnd beschicket sie biß auff S. Bans Tag/ vnd hat sich denn das Kind noch nicht befahret (loquitur textus de Tutela ad alios tamen casus recte extenditur, H. Pist. *d. q.* 24. *n.* 86.) so nimmet der Lehnherr die Frucht herab. Idem habetur *in Const. Elect.* 32. *p.* 3. *in pr.* unde intelligimus, Jure Saxonico ex agro feudali sato, occato & rastris subacto nascentes fructus omnes ad Vasalli heredes

des pertinere: secus si opera & industria ista nondum accesserit: hi enim ad Dominum aliumve feudi successorem pertinent, Dan. Moller. *ad d. const.* 32. *num.* 3. H. Pist. *d. q.* 24. *n.* 73. *& seqq.* Zobel, *part.* 3. *diff.* 25. *&* 27. Coler. *p.* 1. *decis.* 74. *& p.* 2. *decis.* 253. *&* 286. 101. Schneidw. *ad §. ii. vero.* 36. *n.* 3. *J. de rer. divis.* quod & de fructibus hortorum hac industria provenientibus intelligendum est, ut habent adducti textus & Dd. *quib. adde Consult. Const. Saxon. t.* 1. *p.* 2. *qu.* 24. *n.* 3. In reliquis autem hortorum fructibus, ut & vineis alia hoc Jure inducta est distinctio, ut si Vasallus diem Urbani supervixerit illi ad heredes ipsius: sin minus ad feudi successorem deveniant. *d. art.* 58. *& d. Const. Elect.* 32. H. Pist. *d. l. n.* 93. Coler. *d. dec.* 286. *num.* 111. Joh. Köppen. *decis.* 30. *num.* 44. quod jus inditionibus Saxonicis (extra Electoratum) semper pronunciando & judicando observatum fuisse scribit Matth. Coler. *p.* 2. *de proceff. executiv. c.* 3. *num.* 315. Sed quoad Pomaria diversum habetur *in d. Const. Elect.* ubi inter naturales fructus referuntur & naturalium fructuum jure censentur. Verba sunt: **Die Früchte aber so Naturales genandt werden / als Wiesewachs / allerley Obst und**

vnd dergleichen bleiben den Lehnsfolgern vnd Grundherren vnd nicht den Erben. Vide Vultej. *d. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 213.

XXXIIX.

Civiles vero fructus, puta census & præstationes annuæ Pächte vnd Zinsen/ si cum moreretur possessor, vel intra trigesimum diem à tempore mortis, dies solutionis venerit *secundum d. Constit.* 32. *vers.* Was aber keine Feldtfrüchte / integræ, reliquæ autem pro rata temporis *secundum Constit.* 16. *p.* 3. (ita enim duas constitutiones alioquin pugnantes conciliandas esse putat Mollerus *ad d. Const.* 32. *num.* 5. *in fin.* & Matth. *Coler. p.* 2. *decis.* 252. *num.* 16. *& seqq.* Rauchbar. *p.* 2. *q.* 22. *num.* 25. Aliam conciliationis rationem adfert Jac. Schult. *in addit. ad* Rothschitz *tr. de Dotalitio art.* 25. *num.* 6. *& seqq. usq; ad num.* 19. quam quoad hunc passum refutat Berlich. *part.* 3. *concl.* 44. *num.* 11. *& seqq.*) heredibus attribuuntur accedit. Landtr. *lib.* 2. *art.* 28. *vers.* Zinß von Mühlen. *& lib.* 3. *art.* 76. *inf.*

XXXIX.

Quia verò variæ hujusmodi præstationum species sunt, singulis pro earum qualitate singuli solutionis termini sunt præ-

præfixi Jure nostro Saxonico. Nam præstationis agnorum terminus est dies Valpurgis: Anserum dies Assumptionis Mariæ: Carnium seu animalium pecunia redimendorum dies Johannis Baptistæ: Frugum manipulatorum dies Margarethæ: Vinearum & Pomariorum dies Urbani: reliquorum verò censuum terminus is est, qui pactis & conventionibus est constitutus: & horum tamen omnium generalis dies Martini, *uti textus habet Latinus, experientiâ comprobatus. Lib. 2. Landtr. art.* 58.

XL.

Intelligenda tamen hæc sunt similiter de re ditibus perpetuis, qui ex bonis censualibus vel Emphyteuticis persolvuntur, non vero de pensionibus quas præstant Coloni vel prædiorum rusticorum conductores, quæ post agrum consitum & rastro subactum instar fructuum heredibus deferuntur. Rauchbar *p. 2. qu. 22. n. 26.* Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 25.* Vultej. *d. cap. 11. num. 220. & alii quos sibi allegat.*

XLI.

Meliorationes Inseparabiles.

Quod meliorationes, quas Græco vocabulo Emponemata dicimus, *l. 2. C. de*

de jure Emphyt. ſpectat, hoc caſu intrinſecæ quidem & inſeparabiles quæ propriè meliorationes dicuntur, quales ſunt ædificia cella furnus, horrea item impenſæ factæ in extirpandis dumetis & procuranda fertilitate agrorum feudo quidem accedunt, & tanquam pars feudi ſunt disponendæ, §. *è contrario* 1. *de jur. de re al. fact.* 2. F. 8. Quemadmodum autem jure civili, qui bonâ fide in re ſua, quæ deinde ad alium eſt tranſitura ædificavit vel quid aliud ad perpetuam rei utilitatem fecit, ſumptus hujusmodi utilium vel neceſſariarum impenſarum repetere, vel rem tollere poteſt. §. *ex diverſo.* 31. & §. *qua ratione* 33. & *ſeq.* 34. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 27. §. 2. *ff. de R. V.* ita etiam hoc caſu Dominus vel pati debet ut ædificium vel alia melioratio tollatur, vel pretium ejus ſolvere. *c. un.* §. *ſi Vaſallus. Hic finitur lex.* 2. *Feud.* 28. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 4. *n.* 14. & *ſeq. vol.* 1. *Zobel. p.* 2. *diff.* 29. *n.* 1. & *ſeq. Vultej. d. c.* 11. *n.* 231. & ita optio eſt Domini, quâ ſemel factâ amplius pœnitere non licet. *Vultej. cum aliis allegatis à ſe Dd. d. cap.* 11. *n.* 240. Sed utrum tamen & quatenus & quando admittendum judicis arbitrio relinquitur. Hartm. Piſt. *q.* 42. *n.* 10.

XLII.

XLII.

Quid enim si ædificia ipse Dominus structurus esset? Quid si impensæ ita sint necessariæ ut iis non factis res peritura sit cum detrimento Domini aut agnati successoris? Quid si ablatum Vasallo vel hæredibus nulli usui esse possit? quid si arbores abscisas auferri velit? Sanè his & similibus casibus electio talis Domino est deneganda, & simpliciter ad pretii solutionem adigendus Hartm. Pistor. *d. qu. 42. num. 7.* Rosenthal *d. conclus. 43. n. 154. & seq.* Vultej. *d. cap. 11. num. 234.* ne ab eo sub specie juris fraus committatur. In voluptuarils autem impensis Regula d. §. si Vasallus indistinctè locum habet.

XLIII.

Sic & ipsa æstimatio meliorationum arbitrio judicis est committenda. Hart. Pistor. *d. q. 42. lib. 2. n. 67. & seq.* Vultej. *d. c. 11. n. 241. ubi dicit id non debere esse vagum, sed judicem de omnib. quantũ ejus fieri potest, diligenter inquirere & rerum istiusmodi scientes & peritos adhibere oportere. argum. text. Novell. 7. c. 3. §. scire autem.* nisi quando Dominus simpliciter potest offerre conditionem auferendi, tunc enim

sufficit tantundem solvere, quantum Vasallus ex rebus ablatis consequi posset. *Pistor. d. loco num.* 15. *per l. in fund. alien. ff. de R. V.*

XLIV.

Illud tamen expeditum est, æstimationem meliorationum esse faciendam non secundum tempus quo sunt factæ, sed secundum tempus quo sunt restituendæ, h. e. secundum præsens tempus, quo de meliorationibus restituendis agitur. *ut probat* Rosenthal *d. concl.* 43. *n.* 90. *& seq. & num.* 168. *ubi complures alios Dd. recenset.* Vultej. *d. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 241. *post princ.*

XLV.

Sed hoc quoque sciendum, quod in ædificiorum & melioramentorum æstimatione etiam ratio deteriorationis ducenda sit, ut imò si appareat deteriorationem prædii feudalis excedere meliorationes nullæ meliorationes debeantur hæredi, sed ipse potius resarcire teneatur, quod deterioratio excedit meliorationes. *arg. l. Domus.* 58. *l. quod si nulla.* 60. *ff. de Legat.* 1. Schrad. *part.* 2. *p.* 9. *pr. sect.* 2. *num.* 74. Nec etiam Vasallus modicas meliorationes. *Pist. d. q.* 42. *n.* 55. aut quas sibi ipsi

ipsi fructuum colligendorum causa fecerit repetere poterit, *Pistor. d.l. n.* 28. Meminisse enim decet Vasalli hæredem, Feudum antecessori suo ex Beneficio Domini obvenisse, ideoque per quam rigidum, & iniquum esse, ut Dominus feudo ad se reverso etiam modicas meliorationes restituere teneatur. Vultej. *d. cap.* 11. *n.* 239.

XLVI.

Jus Saxonicum hic nihil habet peculiare Solis exceptis ædificiis à Vasallo in feudo extructis quæ non Vasalli hæredibus, sed domino una cum solo cedunt absque ulla oblatione vel refusione expensarum. Landtr. *lib.* 2. *art.* 21. **Wird auch ein Gut frey ledig einen Herren/ er nimpt das Gebewde mit dem Lehn.** *Constit. Elect.* 31. *p.* 3. Reinhard. *diff.* 23. *p.* 3. Vide Vultej. *d.c.* 11. *n.* 234. Quod tamen ad ædificia solo, adfixa restringit. Berl. *p.* 3. *concl.* 42. Augmentum autem extrinsecum, cum ad Dominum non perveniat Feudo per feloniam amisso sed penes heredes Vasalli maneat, multo magis ubi sine Felonia feudum amittitur idem erit dicendum, nimirum id hæredū manere, quod & supra *in th.* 28. *circ. fin.* tradidimus. *Separabiles.*

XLVII.

Duo Remedia pro consequēdis meliorationibus aut earum æstimatione: 1. Jus retentionis.

Pro consequendis autem melioratio-
nibus aut earum æstimationibus prodita
sunt duo Remedia. Prius est jus reten-
tionis, cum hæres in possessione rei feu-
dalis constitutus eam tamdiu retinet do-
nec ipsi de Melioramentis itemq; de im-
pensis satisfiat. FF. *comm. per text. in l. si in area ff. de condict. indeb. & in l. si necessarias ff. de pignor. act. in l. si quis ubi gloss. ff. de acquir. vel am. poss. in l. Paulus ff. de Except. dol.* Vide Vultej. *num.* 245. *ibi multos alios allegantem*, nec quidem cautionis obla-
tione à Domino vel agnato factâ cogi
potest rem feudalem dimittere prius-
quam ipsi de melio rationibus & impen-
sis sit satisfactum *Menoch.* 15. *recuper. pos-
sess.* 569. *& seq.* Vultej. *num.* 245. Et hoc ve-
rum est de meliorationibus & impensis
liquidis: Nam in illis equidem quæ non-
dum liquidæ sunt jus retentionis locum
quoque habet, Vultej. *d. num.* 245. Cæ-
terum Domino vel agnatato cautionem
idoneam offerente & præstante Hæres
retentione suâ cedere cogitur. *Pistor. d.
q.* 42. *n.* 33. Vultej. *d.l. in fin.*

XLVIII.

XLVIII.

Posterius remedium est actio Personalis, sive Condictio, qua succurritur hæredi in possessione rerum feudalium non constituto, videlicet cum illas Domino vel agnatis, non deductis meliorationibus aut impensis restituit, contra Dominum vel agnatum ut impensas aut meliorationes ab iis consequatur. *argum. l. qui exceptionem* 40. §. *si pars* 1. *ff. de Condict. indeb. d. l. quod si nulla* 60. *ff. de Legat. l. si servos* 25. *ff. de Pignorat. act. l. divortio.* §. *impendi.* 16. *vers. plane. ff. solut. matrim.* Hartm. Pistor. *d. quæst.* 42. *num.* 35. Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 246. Nec opus est hic solicitè inquirere actionis hujus speciale nomen, cum id in hodierna praxi non requiratur, ubi libellus aptus censetur, si modo Facti narrationem claram & petitionem congruam annexum habet. *c. dilecti ext. de Judic.* Johan. Emer. à Rosbach. *in Prax. Civil. tit.* 33. *num.* 29. Potest tamen dici Condictio ex moribus ad Exemplum condictionis ex lege. *t. t. ff. de Condict. ex Lege & ibi.* Wesemb. *in* ϖ. item Condictionis ex Canone. Ubi autem hac actione quis experiri non volet, habebit adhuc aliud remediū, quod

2. Condictio ex moribus.

est imploratio judicis officii nobilis. Vultej. *d. cap.* 11. *n.* 246.

XLIX.

Noviſsime tenendum non ſufficere Feudo amiſſo Meliorationem allegare, ſed quia ea facti eſt, & facta non præſumuntur niſi probentur, *l. quæcunque* 13. §. *qui à Pupillo* 2. *ff. de Public.* utique ab aſſerente hærede probari debent. Secundum illud vulgatiſſimum Juris: Affirmanti incumbit probatio, *l. qui accuſare* 4. *C. de Edendo. l. ei incumbit.* 2. *cum ſimil. ff. de probat.* quæ per quam difficilis eſt probatio, præſertim cum ante complures annos facta ſunt melioramenta, & multò magis ſi eorum factorum memoria non extat. Curt. Jun. *Conſ.* 165. *n.* 10. *& ſeq. vol.* 2. Roſenthal *d. concl.* 43. *n.* 164. *& multis ſeqq.* Vultej. *d. cap.* 11. *num.* 235. Modum autem probandi pete à Schrad. *ſect.* 2. *num.* 38. Hartm. Piſt. *d. q.* 42. *num.* 43. Sic viciſſim Dominus etiam dicens rem feudalem culpa Vaſalli deteriorem factam eſſe, id probare tenetur, quæ probatio non tam difficilis eſt atque prior, cum ex evidentia rei plerumq; deſumatur. Vultej. *d. c.* 11. *n.* 236.

L.

L.

Coronidis loco non impertinenter planè, quotidianam, & suâpte naturâ commendatam quæstionem; De Ære alieno, quatenus ex Feudo aut Allodio solvi debeat, paucis tractabimus.

Quæritur an Æs alienũ à successoribus Vasalli ex Feudo an ex Allodio solvi debeat.

LI.

Variè autem à variis illa explicatur. Aliter enim declaratur à Borcholdo *tract. de Feud. c. 7. p. 2. n. 94. & seqq.* aliter à Gail. *lib. 2. observ. 154 per t.* aliter à Mynsing. *cent. 3. observ. 67. usq; ad fin.* aliter à Schrad. *de Feud. p. 7. cap. 7. num. 32. & seqq.* quarum opiniones diligenter examinat Berlich *Concl. part. 2. concl. 55. n. 2. cum multis seq. in Edit. prior.*

LII.

Nos distinguendo inter Feudum Hæreditarium & Feudum ex pacto & providentia (quæ distinctio magis usui & observantiæ quam juri cognita est ut diximus supra in th. 20.) totam rem facilè dilucidamus.

LIII.

Nam successor vel hæres quicunque is fuerit Hartm. Pistor. *q. 1. Feud. n. 72.* tam in merè hæreditario quam mixto Feu-

Quid juris ubi Feudũ est Hæreditarium.

Feudo Berlich. *d l.num.17. & seq.* omnia omninò debita exsolvere tenetur.

LIV.

Ubi ex pacto & providentia. In persona agnati. Altero casu, ubi quis succedit in Feudo ex pacto & providentia, distinctio inter Agnatum & Filium est adhibenda: Et quidem respectu Agnati rursus distinguendum inter onera Feudi & Vasalli.

In aneribꝰ Feudi.

LV.

Onera Feudi quid sint. Sunt autem onera Feudi quæ Feudo ita inseparabiliter inhærent, ut ea quivis successor, præstare, atque debita propterea contracta solvere teneatur. Berlich. *d. l. n.35. & 76.*

LVI.

Quæ sint. Ea autem potissimùm in Constit. Elect. 46.p.2. exprimuntur, & hæc sunt. 1. Dos vel debitum ejus occasione contractum 2. Debitum ex oppignoratione Feudi cum consensu Domini & agnatorum factâ. 3. Debitum à possessore Feudi contractum & in Feudum conversum. 4. Donatio propter nuptias & dotalium. 5. Alimenta quæ debentur personis feudi incapacibus v. g. Muto, Filiæ innuptæ, &c. 6. Legitima.

57. Ple-

LVII.

Pleraque hæc Jure Communi in subsidium, ubi bona Allodialia non sufficiunt, à successore Vasalli, quicunque is fuerit præstari debent Hartm. Pist. *qu.* 37. *n.* 1. *& seq.* Ut & Jure Saxonico communi, quod extra Electoratum observatur Brthel post Landr. *tit.* Von Theilung der Brüder &c. *col.* 2. *vers.* Vnnd die bemeldeten Töchter.

LVIII.

Jure Novellarum Saxon autem, quod jus tantum in Electoratu observatur, non in subsidium sed principaliter tenentur Novell. Elect. Aug. 46. p. 1. part. 2.

LIX.

Concordat tamen cum hoc jure Sax. novissimo, jus commune in tertio onere: Hartm. Pist. *d. q.* 31. *n.* 15. *lib.* 1. *Berlich. d. l. n.* 57. *& seq.* Nec minus hoc in quarto quoque onere verum est teste Albert. Brun. consil. 104. *incip.* istæ magnificæ *in m. v. volens. Berlich. d. l. n.* 63.

LX.

Onera Vasalli sunt, quæ ultra hæc onera Feudi excogitari possunt. Et ex his successores nullatenus obligantur *cap.* 1. *post pr. An Agnat. vel Fil.* 2. F. 45. *Berlich. n* 81. Nisi ex fructibus quos Vasallus reliquit d. c. 1. *In oneribus Vasalli.*

d.c. 1. *vers.* sed in fructibus 2. F. 45. Aut, nisi Feudum novum fuerit *d.c.* 1. *vers. si paternum* 2. F. 45. *argum. à contrar. desumpto.* Aut tandem, nisi sine inventario Feudum adierint *d.c.* 1. *post. pr.* 2. F. 45.

LXI.

In persona Filii.

Respectu Filii indistinctè concludimus illum omnia debita patris tam ex Feudo Hæreditario quam ex pacto & providentia solvere cogi posse. Et hoc jure communi receptum esse, probat *d.c.* 1. 2. F. 45. *ibi in f.* nullo onere ei hæreditario imminente, quæ verba notant onera non Feudi, sed Vasalli, Köpp. *decis.* 39. *n.* 33. *in pr. Berl d. l. n.* 93. *ubi n.* 94. *elegantem rationem affert.* Nec aliter Jure Saxon. communi observatur Berlich. *d. l.* Novissimo Jure Saxon, idem quoque constitutum est im Torgischen Außschreiben Anno 1583. *tit.* welcher gestalt die *Agnaten* vnnd Mitbelehnten *&c. vers.* Do aber ein Vater/ *item in Novell. Elect. part.* 2. *Const.* 46. Hoc tamen hic singulare est, quod in oneribus Vasalli Filii non aliter ad solutionem cogi possint, nisi excussis prius bonis allodiis Torgisch Außschreiben *d. t.* welcher gestalt die *Agnaten* §. Do aber der Vater bey seinem Leben *post pr.*

FINIS.

Collegii Feudalis publici

DISPUTATIO XI.

De

FEUDI PERSECUTIONE IN GENERE, ET PERSONIS JUDICII FEUDALIS IN SPECIE.

RESPONDENTE

JOHANNE BULISIO,
Berolino-Marchiaco.

I.

QVod sæpe accidit Civitati, quæ, cùm quidem existat ambitu murorum una, tamen duplex est sententiis, *ut loquitur Imp. Justinianus in Nov. 30. cap. 1. in pr.* Illud idem contingit JURI FEUDALI etiam justissimè constituto; Idipsum enim, quamvis citra pulveris jactum absque strepitu & quietè haberi possit, tamen propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem *Ulp. l. Item 17. §. 6. ff. de Recep. arbitr.* aliquando

quando à contentiosis cum contentione in judicio obtineri debet. Igitur, quia de Jure Feudali satis diſpeximus hactenus; parum autem est jura rerum novisse, nisi etiam modus persequendi defendendiq; in judicio, adeoq; ipsius rei effectus, uti vocatur *in l. 2. §. post originem. 3. ff de O. J.* cognitus nobis sit; nunc, utriusdicti eò usque, Naturæ videlicet, Acquisitioni, Conservationi, Amissionumq; Feudorum, judicialem illorum persecutionem subnectamus, &, quomodo jus Feudale contentione, si aliter haberi nequeat, in judicio persequendum sit, videamus, ordinis ratio postulat.

Feudi Persecutio.

11.

Et cùm verborum prior sit habenda cognitio. Oldend. *class. 4. act. 24. fol mihi 555.* Persecutionis verbum seu Persequendi, (quod sicut Actionis in jure bifariam, genericè & specificè usurpatur Wesenb. *in pr. Instit. de Action. n. 1.* Francisc. Balduin. *ibid. n. 3.* Joh. Gœdd. *ad l. actionis 34. n. 2. & seq. ff. de V. S.*) hìc non specificè & propriè pro petitione extraordinaria acceptamus, cujus cognitionem tantùm magistratus de plano suscipere solebant, qui judices dabant & nunquam

quam ordinario jure cognoscebant; quales petitiones erant Fideicommissorum & quædam aliæ, quæ non habent juris ordinarii executionem *l. pecuniæ 178. §. 2. ff. de V. S.* ita Persecutionis verbum accipitur in *l. obligationes 27. ff. de O. & A. l. 34. & 49. in fin ff de V. S.* Sed nos, propria hujus verbi significatione neglectâ, genericè, prout in definitione Actionis sumitur, omnem judicialem petitionem Persecutionem appellamus, ita ut omnes in universum apud judicem postulationes tàm ordinarias quam extraordinarias, etiam eas, quæ instar actionum obtinent, veluti cautiones damni infecti, evictionis &c. item Interdicta, & omne id complectatur, quod agendo, accusando & quolibet alio modo in jus judicium ve de re feudali deduci potest; & ita sumitur verbum Actionis in *l. actionis 37. ff. de O. & A.* Actionis autem verbo etiam Persecutio continetur *l. actionis 34 ff. de V. S.*

III.

Verùm ut Actionis, ita vocabulum Persecutionis nomen juris est; sed omne jus personarum, seu hominum causa constitutum est, *l. cum igitur 2. de stat. homin.* Duar. 1, *disp.* 5. Personæ verò absque

ordine, qui agendi modus est, rectè agere nihil possunt. Secundum Bal. *in tract. de Schismatis.* Ideoq; Persecutionem Feudi consistere asserimus, cùm in personis judicium feudale constituentibus, tùm in Processu seu persequendi ordine. De Personis hac in Disputatione tanquam digniori primùm videamus; de altero verò in sequente.

Consistit in Personis Judicii & Processu.

IV.

Personæ Judicii trés.

Personæ autem in omni judicio requiruntur, non quidem ut partes, ut putat Vulcejus. 2. *I. R. c.* 1. Donel, 17. *comm.* 3. Ummius *in proces. judic. disp.* 1. *th* 3. *n.* 14. sed ut necessaria requisita, & ut causæ efficientes partim, partim ut finales, utpotè sine quibus judicium nec institui, nec peragi potest, cum earum etiam causâ judicium, quod jus tractat, constitutum est *c. forus* 10. *X. de V. S.* Constituunt ergò Feudale judicium, ut alia omnia, personæ tres Principaliores Judex, Actor & Reus. *l. inter* 62. *ff. de Judic. d. c. forus* 10. *vers. in omni. X. de V. S.* Marant. *part.* 2. *num.* 21. *de Ordin. Judicior.* Wesenb. *in* ✻. *ff. de judic. n.* 9. Emeric. à Rosbach. *in proces. civil. tit. de judic. n.* 35. Suntq; duplices, judicans & litigans.

V. Es

V.

Et hæ quidem personæ Feudale judicium efficient, quod nihil aliud est, quàm causæ feudalis vel quæsi legitima disceptatio coram judice à litigantibus instituta, ut ejus officio controversia legitimè componatur. Obrecht. *disp. 1. de Judic. th. 30. & seqq.* *Judicii descriptio.*

VI.

Ut autem judex absque jure non esse *c. forus* 10. *vers. in omni. X. de V. S.* cum ab eo nomen acceperit. Cassiod. *11. variar. 9.* ita nec judicium absque judice, quod ab eo dici jure debet, persistere potest: Et definitur Judex, juris disceptator, qui causas dirimendas suscipit judicandi habens facultatem, ut colligi potest ex *l. 14. in pr. C. de Judic.* Judex igitur Feudalium controversiarum erit, penes quem jus est & potestas causas inter Dominum & vasallum vel alium, aut inter vasallos ipsos motas decidendi *Novel. 82.* Vult. 2. *J. R. c. 1. n. 5.* Sed quia judices esse possunt qui non prohibentur *arg. l. 43. ff. de procurat. & l. 1. §. 1 ff. de Testib.* Primùm Quis judex sit: & deinde quod in controversiis Feudalibus officium ejus sit peculiare, ordine perpendamus. 1. *Persona Judex.* *Quid sit?*

VII.

Judicans seu judex quis sit in causis feudalibus, in genere id decidi, seu unica regula comprehendi non potest, nisi per specialiora, quæ passim in Jure feud. occurrunt, pro varietate casuum explicetur: quippe pro diversitate casuum & actionum, quæ à Domino in vasallum & contrà, vel à vasallo in convasallum seu alium instituuntur, etiam diversas personas ad officium judicis competentis admitti posse, nulla est dubietas.

VIII.

Quis competens in causis feudalibus?

Judex enim in Feudis competens est, vel Dominus feudi. *c. 1. §. præterea, fin. de prohibit. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. c. unic. apud quem. vel quos contr. 1. F. 18. c. unic. in fin. de invest. in marit. fact. 2. F. 15. c. 1. in pr. De Lege Cornel. 2. F. 34. c. un. in fin. An apud Judic. vel cur. dom. quæst. feud. deb. termin. 2. F. 40.* vel Pares Curiæ id est Convasalli *c. un. de content. int. dom. & fid. 1. F. 10. d. c. un. apud quem vel quos. contr. 1. F. 18. c. un. De contr. feud. ap. par. termin. 2. F. 16. c. 1. v. si inter dominum de alien. pat. feud. 2. F. 39. d. c. ult. in fin. de Prohib feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* aut Ordinarius,

d. c.

d. c. un. apud quem vel quos. contr. feud. de fin. 1. *F.* 18. *d. c. un. De invest in marit. fact.* 2. *F.* 15. *d. c.* 1. *v. si autem. de Lege Corrad.* 2. *F.* 34. aut Arbiter. *d. c.* 1. *v. si autem. de Leg. Corrad.* 2. *F.* 34. *& d. c. un. De investit. in marit. fact.* 2. *F.* 15. Herman. Vult. *de Feud l.b.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. *& seq.* Wesenb. *de Feud. c.* 17. *n.* 2. Sonsbec. *p.* 13. *de Feud. n.* 1. Rosenth. *c.* 12. *concl.* 11. & ex eo Francis. Jacob à Mont. *in tract. concl. feud. c.* 3. *concl.* 8. *n.* 5.

IX.

Sed quando horum quis judex sit, & dicatur competens? dispiciendum certè erit; inter quosnam super feudo controversia orta sit: Ubi duo principales notandi sunt casus, utrum nim. 1. inter dominum & vasallum, an 2. inter vasallum & vasallum contentio sit: quorum uterq; ex litigantium conditione tres subdistinctos procreat casus: Sunt enim 1. invicem Domini & Vasalli veri, vel 2. asserti, vel 3. nulli h. e. Extranei, & quidem utrumq; vel verum vel assertum; aut inter illos & extraneum. Herman. Vult. *d. l. n.* 1. 2. 8. *& 14.* pro harum enim personarum distinctione, judicis competentia dijudicanda est.

X.

1. *Inter Dominum & Vasallum* 1. *Veros.*

Priori casu principali: Si inter Dominum & Vasallum (1.) Verum controversia fuerit. E. G. Si dominus feudi dicat, terminos feudi vasallo à se concessi extendere usque ad hunc vel illum locum; vasallus contrà dicat se possidere jure feudi eos terminos etiam ultra illum locum: aut si dominus vasallum ob non petitam investituram intra tempus constitutum, vel ob commissam aliam feloniam, feudo cecidisse prætendat: aut si vasallum pacificè possidentem turbet. *per c. un. De milit. vasal. qui contum. est 2. F. 22.* aut si dominus de evictione feudi conveniatur. *c. 1. An apud jud. vel cur. 2. F. 46.* Hisce & similibus casibus Pares Curiæ seu Convasalli judices erunt competentes. *per d. text. in c. ult. v. si autem, Quo temp. miles investit. 1. F. 22. c. un. de feud. fin. culp. non amitt. 1. F. 21. c. un. de contr. feud. ap. par. termin. 2. F. 16. c. un. de contr. inter Episc. & vas. 2 F. 29. c. 1. v. si inter. de alien. feudi. pat. 2. F. 39. c. 1. §. fin. v. si v. inter dominum de prohibit. feud. alienat. 2. F. 55.* Vultei. *d. l. n. 23.* Jul. Clar. *recept. sentent. lib. 4. §. Feudum quæst. 90. n. 1.* Schrad. *tract. de Feud. part.*

Regula.

part. 10 *ſect.* 5, *num.* 1. *cum ſeqq.* & *ſect.* 8. *cum ſeqq.* Weſenb. *de Feud. d. c. num.* 5. Borcholt *de Feud. cap.* 10. *n.* 5. Rolenth. *in Synopſ. feud. c.* 12. *concl.* 3. *n.* 1, & *ſeq.* Libor. Hártyſ. *in Syn. feud. c.* 10. *fol. mihi* 112. & *ſeq.* Obrecht *tract. de Feud. lib.* 4. *c.* 10. *n.* 32. & *ſeqq.* Rittershuſ. *paritit. feud. lib.* 2. *c.* 9. *quæſt.* 6. Arum. *diſput. feud.* 9. *th.* 16. Joh. Zabel. *exercit. Feud.* 9. *th.* 7. *lit. C.* & F F. communiter.

XI.

Atque illud idem de judicio parium reperitur etiam de Jure Saxon. receptum. *artic.* 78. *lib.* 3. Landr. *ibi.* Zeucht ein Mann auff ſeinen Herren oder ein Herr auff den Mann auß unverklagt vor ſeinen Mannen nach recht / er thuet wieder ſeine trew. & gloſs. ſuper his verb. *n.* 13. Hie haſtu / daß ein Mann ſeinen Herren nirgendt anders verklagen mag / als vor ſeinen Mannen / vernimb / ob ſie umb Lehngut zu handeln hetten. Rationem autem hujus judicii forſan Dd. petunt *ex l. qui jurisdictioni* 10. *ff. de jurisdict.* ne vid. dominus, dum ſua tractat, ſibi jus dicat; quod Imperator prohibet & in rubro & in nigro *l. un. C. Ne quis in ſua cauſſa judicat vel jus ſibi dicat.*

XII.

Atque hoc est illud, quod in libris Feudorum vocatur Parium vel Curiæ Judicium. *c. 1. an apud Judic. 2. F. 46.* vel simpliciter Curia. *c. 1 in pr. de controv. int. Epis. & vas. 2. F. 20. c. 1. v. si inter dominum. de alienat. patern. feud. 2. F. 39.* Item Curia Domini *d. c. 1. an apud Judic. 2. F. 46. c. 1. de invest. in marit. fact. 2. F. 15.* Germani, præsertim verò Saxones vocant das Manngerichte. Vasalli enim & Pares dicuntur Männer hinc inde in Jure feudali Saxonico, à virilitate & animositate, quæ in militibus & vasallis requiritur. Rittershus. *lib. 2. partit. feud. cap. 9. quæst. 6.*

XIII.

Neque refert, Pares curiæ fortè sine homines privati, nullamque jurisdictionem habentes; dominus verò aut vasallus Magistratus & dignitate major sit. *arg. c. 1. de contr. apud par. texm. 2. F. 16. c. 1. de alien. feud. pater. 2. F. 39. c. 1. de milit. vasal. qui contum. 2. F. 22. c. 1. an ap. jud. vel cur. 2. F. 46.* Vult. *d. l. n. 23.* Borch. *de Feud. c. 10. n. 5.* Adeò, ut licet vasallo cum domino sit controversia, qui Imperiali vel Papali majestate fulgea, a-

men

men Pares nihilominus sint judices. *c. un.* §. *sententia quæ & vers. & si quatenus controversia fuerit orta. De pace Constant.* Schrad. *instit. de Feud. part.* 10. *sect.* 5. *n.* 3. *& seqq.* Rosenth. *in Syn. feud. c.* 12. *concl.* 3. *n.* 2. *& seqq.* cum illud idem toties absque ulla exceptione Imperatoris & vasalli cum ipso litigantis in jure feud. repetatur & inculcetur, idq; propter d. rationem, quod videlicet negocia hæc spectare videantur ad ipsum dominum *per. text. express. d. c. unic. an apud jud. vel cur.* 2. *F.* 46.

XIV.

Atque ita etiam in Feudalibus causis, sicut in aliis, Competentis jurisdictio restricta est *per d. l. jurisdictioni* 10. *ff. de jurisd.* adeò ut nec Imperatori suspiciosè cum quopiam agere liceat. *Clement. Pastoral. de sinten. & Re judic.* Vult. *d cap.* 2. *n.* 24. Wesenb. *d. c. ult. n.* 5. Borch. *d. c.* 10. *n.* 7. Gœdd. *disp. feud.* 11. *th.* 8. Gothof. *disp. feud.* 14. *th.* 2. *lit. c.* Hic cõgruit, quod Sigismundus Imperator in literis ad Cunradum Archiepisc. Maguntinum *Anno* 1426. *die Chiliani datis*, in controversia de Inferioris Germaniæ Provinciis in hæc verba scripsit. Demnach

nach wir trefflich beladen vnd der entscheidung nicht wol mögen außwarten; vñ nemlich auch darumb/daß vns nicht gebühret/nach dem wir auch vermeinen recht zu denselben Niederlanden zu haben/ vnd in vnser eigen sachen nicht wol Richter gesetzn mögen / vnd weñ die sachen des H. Reichs treffliche Lehn anrühret/ so haben wir Fürsten / Graffen vnd Räthe darumb gehabt/ vnd meinen daß billich sey/daß die Sache vor des H. Reichs Mannen außgetragen werde. hoc refert Johan. Zabel. *exercit. feud. 9. th. 7. lit. b. v. Si cauſſa feudalis.* Ideoque haud concinnè textus. *in Aur. Bell. Carol. IV. tit.* Vom Rechten des Pfaltzgraffen vnd Hertzogen zu Sachsen 5. §. *fin.* ubi habetur. Daß ein Keyser als Römischer König von Sachen wegen/ darumb er angemuhtet wird/von alter gewonheit vor einen Pfaltzgraffen bey Reihn / des H. Reichs Ertztruchses vnd Cuhrfürst antworten sol. à quibusdam ad lites feudales, quas paribus curiæ definiendas jus feudale defert, exrenditur; cum juris feudalis decisio tanquam specialior istâ constitutione abrogata non censeatur, uti post alios tradunt Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 5. num. 40. & segq.*

& seqq. Rosenth. *in Syn. feud. cap.* 12. *concl.* 3. *n.* 14. *& seqq.* Joh. Zabel *exercit. feud. 9 th.* 7. *lit. c.* Theodor. Reinkingk. *tract. de regim. Sec. & Eccl. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 5. *n.* 2. *& seqq.* ubi ad Sixtini dis. argumenta respondet.

XV.

Fallit autem tradita supra in pr. th. 13. regula Jure Saxonico duplici in casu: 1. in feudo Regali. Nam si de eo controversia sit, nemo, nisi feudum ejusmodi habeat, Judex vel testis esse potest: adeoque in his causis eligi in Judicem nequit inferioris dignitatis: cum contrà Princeps in causa minoris feudi judicare vel testimonium ferre non prohibeatur. Lehenr. *cap.* 72. *v.* Vor jeglichem andern. *& v.* auch ein jegliches Lehen. 2. fallit in Possessore feudi Rustici; quod cùm feudis Nobilium non ejusdem ordinis, adeoque possessor illius pro pari non habetur; unde similiter judex in illis esse nequit. Lehenr. *cap.* 78. *v.* Keinen Herrn.

XVI.

Sed quid dicendum, si litigans Dominus aut vasallus sit Clericus, num propter cap. *Si diligenti* 12. *Extra de for. compet.* coram paribus seu judice Laico stare

stare, & alter clericum convenire potest? Nos, quia nullibi hac de re cautum reperitur Jure feudali, neque speciale quid provisum extat; ex jure communi & quidem Canonico decisionem petimus, quo, licet clerici litigantes fuerint, nihilominus de feudo litigare & controversiam feudalem terminare coguntur coram judice laico *per c. ex transmissa. 6. & c. ceteram. Extr. de foro compet* Felin. & Panorm. & Innocent. *ibid.* Respectu enim feudi Clericus & Ecclesia laicis subjiciuntur. Jul. Clar. *d. §. feud. q. 90. n. 4.* quem refert & sequitur Borch *de Feud. d. c.* 10. *n.* 8. quemadmodum è converso; si Laici litigantes fuerint, judex autem competens Clericus, coram eo forum Laici sortiuntur *per text. in c. ceterum. extr. de Judic. & c. rerum. 7. Extr. de for. compet.*

XVII.

Quia autem Pares curiæ judices competentes diximus; in quæstionem vocamus: Sitne Jurisdictio eorum ordinaria vel delegata? Et verius est, eam quia Pares à lege feudali seu consuetudine habent, *c. ult. §. præterea de probib. feud. alienat. per Frid. 2. F. 55.* & aliis dd. ll.

th. 8.

th. 8. Gothof. Ant. *diss. feud. pen. th. 1. in pr.* Ordinariam esse; quævis enim jurisdictio ordinaria est, quæ à lege seu consuetudine conceditur *l. & quia. 6. ff. de Jurisd.* Hinc etiam eorum jurisdictio in causis feudalibus Cameræ jurisdictioni in imperio prævalet, ita, ut valalius volens principem vel comitem imperii in causa feudali in jus vocare, Pares Curiæ, non Judices Ordinationis (vermöge der Außträge) adire debeat. *text. in c. 1. de contr. feud. ap. par. termin.* Afflict. *ibid. n. 4.* & communiter FF. *in c. ult. §. fin. Præterea. de probib. feud. alien. per Fred. 2. f. 55.* Quia itaque Pares judices Ordinarii sunt, eos ut incompetentes reculari non posse concludit Zasius *p. 2. n. 25.* contra Afflictum *per text. in c. 1. §. fin. de investit. in marit. fact. 2. F. 15.*

XLIX.

Equidem Pares Curiæ sive Curtis illi sunt & dicuntur, qui in eodem territorio, & in eadem curia sive curte ab uno eodemq; domino eademve domo universali feuda recognoscunt, *c. un. in pr. & §. si quis. si de investit. int. dom. & vas. lis orint. 1. f. 26.* Cujac. *de feud. 1. F. 1. §. notandum.* Wesenb. *de Feud. d. t. ult.*

n. 3. Schneidw. *de feud. p. 9. c. 1. n. 5.* Hattyſ. *in Syn. feud. c. 10. folio mihi 116.* Gothof. Anton. *d. l. th. 2. lit. C.* ſed non inde nomen habent quod eorum par ſtatus, qualitas & poteſtas eſſe debeat; non etenim ſi vaſallus, cum quo lis vertitur, ſit comes, etiam pares judices eſſe comites debent; nec ſi baro, barones eſſe oportet: Sed ita dicti ſunt à paritate fidelitatis, ſeu quod pares & æquales ſint inter ſe in eo, quod ipſorum res feudales unius domini territorio & curti h. e. domui dominicali ſubſint. *c. 1. in pr. v. teſtes. & §. 1. ibi Pares de domo domini. Si de inveſtit. int. dom. & vaſ. lis ort. 1. f. 26.* Quod ſi n. diſpares ſint curiæ, & in diverſis territoriis ſitæ, etiamſi unus exiſtat dominus, pares Curiæ cenſeri non debent. E. G. Vaſalli, quorum alii in Curia Thuringica, alii in Francica feuda recognoſcunt ab eodem domino, Pares curiæ non ſunt, propter curiarum diſparitatem. Weſenb. *de feud. d. c. 17. n. 3.* Speckhan *quæſt. jur. cent. 2. claſſ. 4. quæſt. 35. n. 15.* Henning. Gœdden. *conſ. feud. 22. de ſimult. inveſtit. n. 7.*

XIX.

Verùm de controverſia inter dominum

num & Vasallum regulariter tota Curia & omnes Pares judicare debent, secundum FF. ferè communiter, *per c. un. de contr. feud. ap. par. term. 2. F. 16. c. un. §. si inter. l. de alien. pat. feud. 2. F. 39. c. 2. §. fin. v. si vero. de prob. b. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* cum penes totam Curiam sit Jurisdictio, uti monstrat Gothof. Anton. *disp. 14. th. 3. lit. A.* etiam Jure Saxonico. Lehenr. *cap. 72. v.* vor jeglichem andern Lehengericht. *& v.* auff ein jegliches. Nisi domino & vasallo aliter visum fuerit, vel nimis sit vasallorum multitudo, ut impossibile accideret vel certè difficilè, quò omnes judicent, aut fortè non omnes ad judicandi provinciam idonei sint; tunc enim sufficiunt tot, quot à partibus fuerint electi.

XX.

Et quia iniqui esset exempli, alterutri horum electionem deferre & committere, *arg. l. observandum 47. ff. de Judic.* cùm ille sine dubio eos esset electurus judices, per quos se victoria potiturum speraret. FF. communiter *per c. un. de contr. feud. apud. par. term. 2. F. 16.* utrique electio competit, & ab utraque parte eligendi sunt. Schrad. *tract. de Feud. part. 10.*

sect. 9. & seqq. Borcholt *de feud. c. 10. n. 6. & seq.* Rosenth. *in Syn. feud. c.* 10. *concl. 6. n. 4. & seqq.* adeò ut nec consuetudine induci possit, ut vel solus dominus, vel solus vasallus pares eligat, & alter in electione ab altero facta acquiescere teneatur. Andr. Gail. *l.b. 2. obser. 34. n. 1. & seqq.* ubi ita in Camera Imperiali conclusum fuisse tradit. Rosenth. *c.* 12. *concl.* 20. Gothof. Ant. *d. disp. th. 3. lit. b.* Vult. *d. cap. n. 26.* comm. Dd. schola. Et hoc etiam analogiæ juris consentaneum est, quæ vult, ut quod omnes tangat, ab omnibus approbetur *per text. c. quod omnes. 29. de R. I. in 6. arg. l. 1. ff. ad L. Rhod. de jact. fac. c. accedentes Extra. de præscript.*

XXI.

Quod si Dominus & Vasallus consenserint in eligendis Paribus, nulla dubitatio est: Si vero dissentiant, tunc quid faciendum sit, quæritur? Et prævaluit eorum sententia, qui dixerunt, Dominum debere eligere prius, quem aut quos voluerit, & Vasallus similiter hoc faciat secundum numerum à Domino comprobatum. *tex. in c. un. de contr. feud. ap. par. termin. 2. F. 46.* gloss. *in* §. *praterea.*

fin.

fin. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55. Clar. *d. quæst. n. 2.* Zas. *p. 11. n. 12.* Vult. *d. c. 2. n. 25.* Borch. *de feud. c. 10 n. 9.* & Jure Sax. quidem ad minimum sex eligi debent, Schenr. *cap. 65. v.* Ist auch ein Mann. *in fin. & ibi Gloss. German. fol. 152. lit. b.* verùm si contingat, ut dominus vel vasallus circa electionem contumax existat, & aut nolit eligere, aut in electione tergiversetur, eo in casu statur electioni unius; idque in pœnam tergiversantis & eligere nolentis, *arg. l. si legatario 22. §. à duobus. l. ff. de fideicommiss. libert* Mynsing. *cent. 4. obser. 89. n. 10. & seq.* Sonsbec. *de feud. part. 14. n. 32* Hartm. *de feud. obs. 22.* Rosenth. *in Syn. feud. c 12. concl. 6. n. 22. & 28.* Vult. 2. *F 2. n. 27.* Schneidw. *p. 9. c. 1. n. 31.* Obrecht *c. 10, n. 45. & seq.*

XXII.

Electi autem Pares idoneè, judicium subire in re feudali nolentes volentes tenentur, & reluctantes legitimè ad hoc compelli & cogi possunt, *arg. l. Si quis 9. & l. fin. §. judicandi 14. ff. de munerib. & honorib. l. significavit. 6. & c. infragabili 13. extr. de offic. jud. ordin.* ita scil. ut, si Dominus eos cogendi potestatem ha-

beat, per ipsum fiat; sin minus, per loci superiorem & ordinarium. FF. communiter *in praall. c. de contr. feud. ap. par. termin. 2. F. 16.* & *in c. un. §. fin de probib. feud. alienat. per Frid. 2. F. 55.* Jul. Clar. *recept. sent. lib. 4. §. Feudum. quæst. 99. n. 3.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 22. vers. attamen. & n. seq. sect. 6. n. 221. v. ego verò & num. seq. & sect. 10. n. 33. & seqq.* Borcholr. *de feud. c. 10. n. 16.* Obrecht. *tract. feud. lib. 4. c. 10. n. 86. & seq.* Rittershus. *partit. feud. lib. 2. c. 9. quæst. 18. cum seq.* Gothofr. Ant. *disp. feud. 14. th. 3. lit. E.* Johan. Niell *disp. feud. 10. th. 3. lit. B.* Et hoc idem quoq; jus Saxonicum approbat Lehnr *cap. 65. ibi* Wenn der Herr *&c. n. 5.* quod mulctam decernit in contumacem vasallum, nisi legitimum impedimentum probaverit, *d. cap. 65.* Wenn der Herr. Contra dominum enim ipso non consentiente, per id se excusare poterunt vasalli, si alios habuerit, per quos judicium exerceri possit: atque ita etiam text. J. Sax. Lehnr. *c. 72. in fin.* intelligendus, cumque reliquis concordandus. confer. *Disp. 9. th. 25. & 74.*

XXIII.

Sed nimium implicatos Dd. tenet, utrum,

utrum, antequam cognoscere & judicare Pares incipiant, juramentum, quod judices jure com. de rectè judicando deponere solent, præstare necessum habeant? Nos, quia vasallus, Si fidelitatem domino non juraverit, domino vel vasallo dissentiente pro Pari non est eligendus, *per tex. expreß. c. un. in fin. de contr. feud. ap. par. termin. 2. F. 16.* sufficere putamus, quando Pares Domino juramento fidelitatis obstricti fuerint; nec opus esse, ut Pares Curiæ de novo jurent; Ita tamen, si in juramēto Fidelitatis hoc ipsum continetur expresè vel tacitè, quòd vasalli ad requisitionē jus & justitiam rectè & fideliter administrare atque æquè & ritè in causa pronunciare velint, *c. un. Qual. jur. debeat. vas. 2. F. 5. c. un. de Form. fid. 2. F. 6. & c. un. de nova form. fidelit. 2. F. 7. & fac. text. in c. un. §. fin. Praterea. in verb. sub fidelitatis debito conjunctos. de prob. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Joh. Schneidw. *in epit. Feud. p. 9. c. 1. & ibi Addit. lit. D.* ubi hanc sententiam moribus Germaniæ magis convenire tradit. Johan. Borcholt. *de Feud. c. 10. n. 37.* ubi hanc sententiam de jure feud. veriorem dicit. Huic etiam Saxonum jus adstipulari videtur Glossa

d. cap. 65. vers. Ist er aber gegenwertig. *ibi* vnd diese Manne sollen vnbesprechen seyn an irem rechten/vnd sollen auch dem Herrn hulde haben gethan *&c.* nisi id fiat Vasallo & Domino consentientibus. Zas. *de feud. p. 10. n. 11.* Schenck Bar. *in d. c. un. in fin. de contr. feud. apud par. termin. 2. F. 16.* gloss. *in d. §. fin. c. un. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.*

XXIV.

Exceptiones.

Dantur tamen casus quidam, quibus controversia inter dominum & vasallum exorta non coram Paribus Curiæ, sed coram Ordinario judice loci vel Arbitro terminanda & finienda est; Ut puta I. Si dominus nullos habeat Pares Curiæ præter vasallum, cum quo litigat. *c. un. de contr. feud. apud par. termin. 2. F. 16.* Joh Schneidw. *in epit. Feud. p. 9. c. 1. n. 24. & seqq.* Wesenb. *de feud. c. 17. n. 6.* Borch. *d. cap. 10. n. 12.* Vult. *2. F. 2. n. 38.* Obrecht. *de feud. lib. 4. c. 10. n. 116.* Rittershus. *partit. feudal. lib. 2. c. 9. quæst. 24. in pr.* Gothof. Anton. *disp. feud. 14. th. 5. lit. C.* Vel II. Si consuetudine peculiari receptum sit, ut de mulcis in Ducatu Mediolanensi testatur Curt. *de feud. p. 7. num. 13.* & Ducatu Subaudiæ

diæ. Jacobin. *de Feud. verb. & dicti vasalli n. 2.* Quin in Germania etiam sub Principibus præsertim Saxonicis illa inveterauit consuetudo, ut vasalli agant in Cancellariis vel Curiis Principum in Cantzeleyen / Regierungen vnd Hoffgerichten. *fac.* R. G. O. *tit.* von der hülffe in den Lehngütern 40. *in pr. ibi* bey vns zu Regierung verordneten Räthten. §. Weil wol. *in fin. ibi* sollen es vnsere Räht. *d. tit. & tit.* von Arest vnd Kummer 51. §. Wann aber in vnser Cantzeley etc. Hoffgerichts Ordnung zu Leipzig. *tit.* Wer vor das Oberhoffg. *in pr. &* Hoffgerichts-Ord. zu Wittenb. *eod. tit. in pr.* beleh-net. & §. Darzu. *ibi.* Sie haben Lehen *&c.* & hoc patet etiam ex *Constit. Elect. Aug. 27. p. 1. in fin. ibi.* Ordnen vnd setzen / daß in Lehnsachen der Proceſs des gemeinen Rechtens fortan in vnsern Landen angestellet vnd gehalten werden sol.

XXV.

Ita III. Pares Curiæ ad judicandum non admittuntur, quando ex rationabili causa aliqua suspecti arguantur. Hartm. Hartmanni *pract. forens. tit. de feud. 54. obs. 21. n. 7. & obs. seq. 22. n. 6.* Wesenb. *de feud. c. 17. n. 6. v. item quando Pares* 3.

Curiæ. Schrad. *de feud. part.*10. *sect.*6. *n.*200. Borcholt. *de Feud. c.*10. *n.*11. Vult. 2. *F.*2. *n.*37. Obrecht *tract. de feud. lib.*4. *c.*10. *n.*117. Rittersh. *partit. feud. d. lib.*2. *c.*9. *quæst.*24. *v. tertia exceptio est.* Gothof. Ant. *disp. feud.*14. *th.*5. *lit. C.* ubi id summam æquitatis rationem postulare, & tam juri Canon. *c. suspicianis.*39. *extr. de offic. & potest. jud. deleg. c. Si quis.* 4. *ext. de for. compet.* quàm moribus consonum esse, tradit, & alii.

XXVI.

4. Simili modo IV. Pares prohibentur judices esse, quando in eadem causa debent esse testes; & quidem vel omnes, vel tot, ut residuus numerus ad judicandum non sufficiat, veluti, & unus tantum supersit. Schraderus post alios. *d. part.*10. *sect.*6. *n.*113. *& seqq.* Borcholt. *de feud. d. cap.*10. *n.*13. nam tunc, quia non possunt simul & testis & judicis partibus fungi, & longè facilius inveniri possit judex quam testis, utiq; Judex Ordinarius adiri, & Pares Curiæ in se testium partes suscipere debent. Curt. Jun. *p.*7. *de feud. n.*38. Borch. *cap.*10. *num.*12. Rosenthal *in Synopsi. cap.*12. *concl.*25.

XXVII.

XXVII.

Sic V. pactum quoque conciliare 5.
poteſt, ut Parium judicium ſubterfugere poſſint litigantes, v.g. Si pacto inveſtituræ adjecto cautum reperiatur, controverſiam inter Dominum & Vaſallum ortam, non coram Paribus Curiæ, ſed alio decidi debere. Plures limitationes ſubjicit Schrad. *p. 10. ſect. 6. per tot.* Rittersh. *d. quæſt. 24. v. quanta exceptio,* Vult. *2. F. 2. n. 40. & ſeqq.* & alii.

XXVIII.

Quemadmodum etiam VI. Si in- 6.
ter Dominum & Vaſallum de re allodiali controverſia fuerit, ceſſat Parium cognitio. *vide Schrad tr. de feud. part. 10. ſect. 2. n. 1. & ſeqq.* Borcholt *de feud. d. c. 10. n. 33.* Obrecht *de feud. lib. 4. c. 10. n. 93. & ſeqq.* Rittersh. *partit. feudal. lib. 2. c. 9. q. 6. ad fin. v. quod ſi non de ipſo feudo. & quæſt. 27. cum ſeq.* Pares ſiquidem Curiæ tum demum judices ſunt, quando de Feudo & re feudali inter Dominum & Vaſallum controverſia eſt, *per tex. ſupr. alleg.* Schneid. *in epit. feud. c. 17. n. 6. verſ. item. ſi dominus.* Joh. Niell. *exercit. feud. 10. th. 3. lit. F. verſ. item inter Dominum.*

XXIX.

7. Hinc VII. Si inter Dominum & Vasallum agatur personali actione ex feudo promisso ad feudum constituendum, Pares non cognoscunt. Mynsing. *5. obs. 75. n. 7.* Vult. *2. F. c. 2. n. 36.* res enim nondum facta est feudalis, nec vasallus Parium numero ante investituram abusivam habetur. *d. c. un. de contr. inter Epis. & Vas. 2. F. 20. gloss. in §. fin. 2 F. 26.* ubi FF. Francis. Jacob. à Mont. *d. l.*

XXX.

8. Tandem VIII. hùc referri potest casus denegatæ justitiæ, p. si Dominus impedimento sit, quò minus causa coram Paribus ritè & sine suspicione peragatur, aut planè detrectet Parium judicium: tunc enim superiorem dominum adeundum esse, monet Jus Saxon. Lehenr. *cap. 69. v.* Doch so ist.

XXXI.

2. Inter Dominũ & Vasallum assertos.

2. Si inter Dominum & Vasallum assertos invicem lis sit, mirè variant Dd. quis inter hos competens judex esse debeat. Quidam enim simpliciter Ordinario jurisdictionem tribuunt: Panormit. *in c. cæterum. ext. de Judic.* Zas. *p. 11. de feud. n. 12.* quò referunt & Wesenbecium

cium *cap* 17. *d. feud. n.* 6. *in fin.* Vult. *lib.* 2. *de feud. cap* 2. *n* 31. *in fin* Boreh. *cap.* 10. *de feud. n.* 33. Franc. Jac. à Monte *in tr. concl. feudal. c.* 3. *concl.* 8. *n.* 37. hâc moti ratione, quod Vasallus, assertus Parium numero contineri non possit: itaque non erit Vasallus & sic non fundata erit Jurisdictio Parium. Contrà Curtius Jun. *p.* 7. *de feud. n.* 37 *v. tertiò extende.* simpliciter statuere videtur, Parium curiæ cognitionem esse; allegat *c.* 1. *de controv. int. Episc. & Vasal.*

XXXII.

Hanc litem, ut alii componerent, distinxerunt inter Judicium Principale & Præparatorium, respectu scil. Vasallagii: ut, si ex præcedente summariâ cognitione constiterit, jure negari vinculum illud feudale inter Dominum & Vasallum, aut de re non feudali litem moveri, & sic notoriè extraneum esse, ad Judicem loci Ordinarium principalis causa remittenda sit; de quo casu Panormitanus & alii Dd. *th. prac.* adducti, diserte loquuntur: Sin probatum fuerit istud vinculum plenè vel probabiliter, tunc Parium Curiæ jurisdictio sit; quam differentiam apertè fovet *d. c.* 1. *de controv. int. Epis.*

& Vasall. 2. F. 20. & clariùs *c. un. §. si inter dominum. de alienat. patern. feud. 2. F. 39.* eamq; probant Gloss. & FF. *in c. 1. §. fin. de Invest. in marit. fact. 2. F. 15.* Wesenb. *cap. 17. de feud. n. 5.* & omnes adducti à Rosenth. *in Synopsi Jur. feud. cap. 12. concl. 26. & seq.*

XXXIII.

Cæterùm in eo adhuc scrupulus remanet: Quis Præparatorii illius Judicii examen & cognitionem habere debeat? Pro Ordinario concludit Zasius *p. 11. num. 12. v. Quod si in casu.* & Rosenthal. *d. concl. 26. & seq* post multos allegatos. Pro Paribus Curiæ verò. Curt. Jun. *d. part 7 n 34. & 39.* & Wesenb. *d. c. 7. num 5.* Menoch. *Remed. 3. retinend. possess. n. 432. & seqq.* & multi alii, de quibus testatur Rosenthal. *d. l. concl. 27.* quorum sententia fundata est in *d. c. 1. de controv. int. Episc. & Vasall. 2 F. 20.* & *§. si inter Dominum. de alienat. patern. feud. 2. F. 39.* quam & nos probamus: præsertim cum Glossam, & omnes ferè Dd. à Rosenthalio pro se adductos, de Ordinario nō generali, sed Speciali loqui videamus; qualis inter Vasallum & Dominum non Judex territorii est, sed Pares Curiæ.

Curt.

Curt. Jun. *d. part. 7. quæst. 27.* adde quæ dicta sunt *supra th. 17.*

XXXIV.

3. Si inter Dominum & planè Extraneum litem moveri contingat, non Dominum, nec Pares Curiæ, sed Ordinarium loci Judicem esse, liquet ex præcedentibus. Et contra Dominum quidem ratio *in c. un. An ap. judic. vel curiam. 2. F. 46.* posita; ut & ea quæ habetur in *l. qui jurisdictioni. 10 ff. de Jurisd.* militat. Pares verò hoc in casu, ubi certum est, illi, qui cum illorum Domino litigat, pares non esse, removeri, totius juris feudalis suadet analogia. Vid. Curt *d. quæst. 7. num. 5.* Rosenthal. *d. cap. 12. concl. 3a.* Hæc de controversia inter Dominum & Vasallum.

3. Inter Dominū & Extraneum.

XXXV.

Posteriori casu principali, quando contentio de re feudali exoritur (1.) inter Vasallum & Cōvasallum verum, vel (2.) inter verum & assertum, vel (3.) extraneum (ut *supr. th 9.* distinximus) quid juris sit? videamus. Et quidem, si inter Convasallos veros oriatur controversia, v. g. si forsan quæstio existat ex lege & cōtractu feudali, quis potior sit in jure feudi seu

II. Inter Convasallos. 1. Veros.

seu de parte feudi. Duaren. *de feud. c.* 26. *n.*2. Vult. *d. cap.* 2. *n.* 39. regulariter dominum feudi esse judicem Ordinarium statuimus *per c. Imperialem.* §. *praterea. de probib. feud. alienat. per Frid.* 2. *F.*55. Borcholt. *c.*10. *num.*17. Zas. *p.*11. *n.* 6. Jul. Clar. *recept. sentent. quæst.* 90. *n.*5. Gothofr. Anton. *disput. feud. th.* 1. *lit. D.* & communis Dd. sic hola. Ita enim scribit hac de re Imper. Fridericus. *in d. c.* §. *fin praterea.* 2. *F.*55. Si inter duos vasallos de feudo sit controversia, Domini sit cognitio, & per eum controversia terminetur.

XXXVI.

Cum FF. tamen communiter distinguimus inter Vasallos Majores, qui Regis vel Regni Capitanei & Valvasores dicuntur. *c.* 1. *in pr. de iis qui feud. dare poss.* 1. *F.* 1. & *c. un. quis dic. dux. March. Com. Capit. vel valvas.* 2. *F.*10. ut Duces, Marchiones, Comites, Barones immediatè Imperiali Majestati subjecti; Et inter Minores qui mediatè Imperatori subsunt, & à prædictis feuda susceperunt, utputa Valvasores majores; & qui ab his feuda tenent Valvasores minores; & Minimi seu Valvasini qui ab his feuda acceperint. Ita vocantur in *dd. cc.* 37. Ita-

XXXVII.

Itaque si in Imperio Marchiones, Duces, Comites & Barones de Feudo Regali, cujusmodi est Ducatus, Marchionatus vel Comitatus vulgò Fahnenlehnen litigent, solum Imperatorem *per c. un. apud quem vel quos. 1. F. 18. c. 1. in pr. de Leg. Conrad. 2. F. 34.* judicem competentem esse dicimus. Borcholt. *t. 10. n. 1.* Vult *d. lib. 2. t. 2. n. 8. & seqq.* Jul. Clar. *recept. sent. lib. 4. § feudum. quæst. 90. n. 5.* Schneid. *in epit. feud. part. 9. cap. 1. n. 2. & ibi. Addit. lit. B.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 40. sect. 2. n. 66. & seqq.* Obrecht. *tract. de feud. lib. 4. c. 10. n. 30. & seq.* Zab. *exerc. feud. 9. th. 7. lit. B.*

XXXVIII.

Et quamvis Camera Imperialis alioquin per modum contractus ex ordinat. Cam. concurrentem habeat jurisdictionem, ipsumque Imperatorem repræsentet; attamen de hujuscemodi feudis cognoscere haudquaquam potest: illud enim Imperatori specialiter reservatum reperitur Cammer G. O. *p. 2. t. 7. & in* Aur. Bul. Caroli IV. *cap. 5.* von dem Recht des Pfaltzgraffens und Hertzogens zu Sachsen *ibi:* Wir einen Keiser oder Römischen

mischen König sonderlich bevorab behalten. Hoc idem etiam constat ex Ordin. Cam. à Ferdinando I. in Comitiis Augustan. Anno 1555. promulgata *part. 2. tit. 7.* ubi sic habetur. Ob auch Sachen fürsteten / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Grafschafft etc. belangendt / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gentzlich vnd endlich abgesprochen werden solten / derselben Erkenntnüs wollen wir in der Keyserlichen Majestet abwesen / vns als Römischen König vorbehalten haben. Schrad. *de feud. p. 10. sect. 1. n. 40. & sect. 2. n. 26. v. certiò hac cognitio.* Borcholt *de feud. c. 10. n. 2. & seq.*

XXXIX.

Et hoc Imperatoris privilegium, quod inde à primâ Regni Germaniei in Italia fundatione descendit, quamvis subsequentibus temporibus, ubi labascere cœpit in Italia Impp. Potestas, Mediolani præsertim id obliterari cœpit, uti videre est *ex c. 1. de L. Conrad. 2. F. 34.* in Germania tamen tam altas egit radices, ut ne vacante quidem Imperio illius Vicariis competat, sed futuro potius Imperatori ista de feudis regalibus cognitio sacta tecta reservetur, vigore Aureæ Bullæ *tit.*

vom

vom Rechten des Pfaltzgraffen etc. *ibi.* Außgenommen der Fürsten Fahnenlehn: dann derselben Lehn vergleichnüs behalten wir einem Keiser vnd Römischen König. fac. d. Ord. Cam. à Ferd. I. In Comitiis August. Anno 1555. promulg. *p.* 2. *tit.* 7. Römischer Königlicher Majestät Regiment. *d.* §. ob auch sachen fürfielen. Schrad. *de Feud. part.* 10. *sect.* 3. *n.* 175. & *sect.* 4. *n.* 4. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *n.* 5. Sed in reliquis feudis Imperii minoribus cessat illud privilegium: in his n. Cameræ jurisdictio per prevention̄ fundari potest, ita, ut si partes prius Cameram quàm Cæsarem adeant & citationem petant, causa ibidem ventilanda sit *c. cum plures* 3. *de Offic. & potest. Judic. deleg. in* 6. Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 29. Hartman. Hartmanni *pract. forens. rubr. de feud. tit.* 45. *observ.* 42. Sic etiam prædicti vasalli in aliis controversiis, peculiaribus Instantiis germanicè, Austräge/gaudent, de quibus Cammer G. *Ord. p.* 1. *in prin.* Valt. *d. lib.* 2. *c* 2. *n.* 8. & *seqq.*

XL.

Quod si verò Minores seu inferiores præfatis fuerint vasalli, inter quos de

feudo non-regali agitetur quæstio, sine omni προσωποληψία sive personæ publicæ sive privatæ, sive Clerici sive Laici sint; majorem aut minorem dignitatem habentes; nec consideratione habita, an de toto aut de parte feudi aliqua; an de feudo proprio sive Improprio; an de feudo franco contentio sit nec ne *arg. c. 1. de feud. non haben. prop. feud. nat. 2. F. 48. ibi D d. c. 1. §. feudum eâ lege 2. F. 26.* Gothofr. Ant. *d. disput. 14. th. 1. lit. c.* Inferior Dominus feudi competens judex est & cognoscit *per text. in c. un. §. fin. v. præterea de prohibit feud alienat. per Frider. 2. F. 55.* Jul. Clar. *recept. Sent. lib. 4. §. feudum quæst. 90. n. 5. sub. fin. v. si verò* Schneid. *in epit. feud. part. 9. c. 1. n. 20.* Wesenb. *de Feud. c. 17. n. 4.* Schrad. *de feud. part. 10 sect. 1. n. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 10. n. 17.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 1. n. 5. & seqq.* Vult 2. *F. 2. n. 10.* Obrecht *tract. de feud. lib 4. c. 10. n. 119. & seqq.* Nicll. *disp. feud. 10. th. 1. lit. b.* Zabel. *exercit. feud 9. th. 7. lit. b. vers. in principum & inferiorum feudis.* Et quidem, si unus dominus foret, solus cognosceret; si v. plures fuerint, omnes simul judicare & sententiam ferre tenentur *arg. l. duo ju-*

dices

dices 28. *l. cum Magistratus.* 4. *c. quand. prov. non est necef. l. Pomponius* 36. *l. tunc autem* 37. *& l. duo ex.* 34. *ff. de Re jud.* Goth. Ant. *d. disp. feud.* 4. *th.* 1. *lit. b. v. quid si plures,* Joh. Zabell. *exercit. feud.* 9. *thef.* 7. *v. si plures & alii.* Quamvis de jure canonico & consuetudine per unum id fieri possit *c. cum ab uno* 4. *de sent. & re judic. in* 6. Goth. Ant. *d. th.* 1. *lit. B.*

XLI.

Ulteriùs etiam non distinguitur hic nec attenditur, utrùm Vasallus eo in loco, quo Dominus residet & de jure disceptare debet, domicilium habeat nec ne? cum aliis conveniendus quilibet sit, ubi habet domicilium *l. un. C. ubi de hæred. l.* 2. *§.* 3. 6. *ff. de Judic.* neque etiam consideratur hic locus contractus, in quo scil. actus, cujus ratione vasallus convenitur, sit celebratus, num in territorio domini, an alibi? neque insuper aliud præter domini forum sortietur Vasallus ratione rei, quam fortè an extra curtem domini tenuerit: Etenim sola causa, quæ de re feudali oritur constituet jurisdictionem judicaturi, & non locus, persona, res vel etiam genus actionis. Schrad. *p.* 10. *sect.* 1. *n.* 12. Gothofr. Anton. *ff. feud.* 14. *th.* 3. *lit. C.*

XLII.

Denique nec dubitationem meretur, quod alii controvertunt de qualitate controversiæ feudalis, utrum scil. versetur in caussa possessionis, an verò proprietatis? cum idem debeat esse judex possessionis, qui proprietatis & vice-versa. *l. nulli. 10. C. de judiciis. c.n. extra de causs. possess. & propriet.* neque etiam generale reſcriptum. Frid. *c. un. §. fin. v. præterea. de prohib. feud. alien. 2. F. 55.* aliquam facit distinctionem, sed indistinctè loquitur; Controversiam inter duos Vasallos exortam, cognitione domini esse terminandam: jam verò non minus controvertitur in possessorio atque petitorio inter Convasallos; quocirca omnino nihil specialitatis, quoad forum competentiæ, tùm in judicio possessorio quàm petitorio attendendum erit; sed, sicut in reliquis caussis feudalibus, regulariter si alterutra inter Dominum & Vasallum oriatur coram Paribus, & si inter Convasallos, coram Domino cognoscendi decidi & terminari debet. Idq; propter textuum generalitatem. *2. F. 16. 20. in pr. 39. §. Si inter. & d. 2. F. 55. §. 2. v. Præterea.* Jul. Clar. *recept. sent. quæst. 90. n. 9.*

go. n. 9. Fachin. *contr. jur. lib. 7. c. 100.* Schrad. *p. 16. sect. 1. n. 77. & seqq.*

XLIII

Nec interest majorennis sive minorennis Dominus feudi fuerit, modò non minor 18 annis existat; quos enim si compleverit, de jure Civili neque postulare & de jure respondere *l.* 1. §. *initium* 3. *de postulando.* neque etiam judicare & sententiam ferre prohibetur, sed æquissimum esse, sententiam ab eo dictam tueri Ulp. ait *in l. quidam consulebat* 57 *ff. de Re jud.* quippe hujusmodi ætati stabilitatem judicii inesse, eamq; ad procedendum in publicum sufficienter moderatam antiquitas censuit §. *fin. Instit. Qui & ex quib. caus. manum non pos.* inde etiam Carolus IV. in Aur. Bul. *tit. de Success. princip.* 7. minori, anno 18. completo Electoratus administrationem singulariter concessit: quamvis aliter & in aliis casibus non proba sit illatio ad judicem ab administratore Reip. cùm hic regulariter ante 25. annum ad eam administrandam non admittatur *l. ad Rempublicam* 8. *ff. de muner.* talis enim administratio non adolescentibus, quorum fragile & infirmum judicium adeò est, ut in pro-

priis rebus sibi non sufficiant, *l. 1. ff. de minorib.* committenda est: verùm nos hic de judice loquimur, qui datur, ut de causa privata volens judicium ferat, quod etiam, si non rectè tulisset, per appellationem corrigi posset. Quamvis autem non frequenter casus etiã contingat, quo etiam usque ad majorenitatem sub curã soleant esse Vasalli minores: quia tamen neque lex neque ratio feudalis repugnat, meritò juris civilis dispositionem sequimur. *arg. §. Strenuus, de feudi cognit. 2. F. 1.*

XLIV.

Neque etiam Dominos pupillos adhuc, & alias miserabiles personas, videlicet furiosos & mente captos à judicando vel Judicio feudali omnino detrudimus, cùm Consuetudines feudales solum Dominum inter convasallos agnoscant judicem feudalem *d. c. un. in fin. v. præterea de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* cui generali regulæ etiam standum esse arbitror; hac tamen cautela, ut ejusmodi personarum tutores vel curatores judicis partes sustineant, & earum nomine judicium constituant *arg. c. grandi 2. de supplemen. neg. præl. in 6. d. l. quidam consu-*

lebat

lebat 8. ff de re jud. Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 5.* & alii, quos sequitur novissimè Goth. Ant. *disp. feud. 14. th. 1 lit. b. vers. præterea domino.*

XLV.

Sed & hoc in quæstione erit, num tales miserabiles personæ, ad quas etiam vidua referenda est, hoc in casu gaudeant privilegio, ipsis *in l. un. C. quand. Imper. inter pupil. vel viduas.* concesso, & sicut in causis civilibus, etiam in feudalibus & ratione feudi omisso Ordinario judice p. Domino feudi adversarium suum in prima instantia coram Imperatore convenire possint? Et quamvis sint, qui, eas pro arbitrio posse adire vel dominū feudi vel judicem loci ordinariū, statuūt. *arg. d. l. un. & c. regum. 23. caus. 23. q. 5.* tamen, quia *d. un. l.* tantùm loquitur de Jurecivil., à quo jus feudale diversam habet dispositionem; quia etiam hodie privilegii *in d. l. un.* usus amplius in imperio nullus est, sed in Camera Imp. jam dudum ab eo recessum, ita ut non nisi in casu denegatæ & protractæ justitiæ processus primæ instantiæ ipsis concedatur, teste Gail. *lib. 1. observ. 1. n. 40. v. Sed hoc in Camera.* Johan. Zabel. *exercit. feud. 9. th. 7. lit. b.*

sub. fin. Vult. *ad d. l. un. n.* 17. *& 20. in fin.* propter d. regulam generalem affirmivè concludimus: privilegium miserabilibus personis *in d. l. un.* concessum, in judicio feudali omnino locum non habere; sed, quia etiam usus, & si penitius res inspiciatur, ipsa rei veritas reclamat, ut loquitur Herman Vult. post alios 2. *F. 2. n.* 23. Goth. Ant. *disp. 14. th.* 1. *lit. d.* ejusmodi personas non minus quam Clericos, quorum tamen in declinando Judice seculari favor est amplissimus, judicis feudalis cognitioni indistinctè subjacere debere fatemur *c. ex transmissa 6. c. verum 7. ex. r. de for. compet.* adeò enim consuetudo invaluit etiam, ut indistinctè nulli omnino vasalli de feudo litigaturi, jurisdictionem alterius judicis, sine licentia ipsius domini progare possint, per ea, quæ post alios tradit Jul. Clar. *recept. Sent. lib. 4 §. feud. n. 10.* Obrecht. *tract. de feud. lib. 4. c. 10. n. 154. & seq.* & alii quos refert Matth. Berlich. *part. 1. Concl. pract. 5. n. 9. & n.* 33.

XLVI.

Non parùm etiam controversia est quæstio de Fœmina, an, si feudum dederit, ea tanquam Domina feudi de suorum vasallo-

vasallorum quæstionibus cognoscere valeat? Nos negamus: quamvis enim eas feuda aliis conferre posse ultrò largiamur propter textus feudales apertos 1. *F.* 4. *ibi Abatissa* & 2. *F.* 3. §. 1. *vers. fœminam.* & 2. *F.* 91. non tamen inde argumentari quis potest ad jurisdictionem feudalem: dando enim feudum non semper & ubiq; judicis quæritur officium, sed hoc procedit tantùm, si persona dans habilis sit ad munus Judicis; potest enim fœmina feudum dare, licet non possit judicare, ideoq; utilis feudi datio, non debet per inutile judicandi munus inde resultans vitiari, cùm uno fine remoto scil. judicandi munere, non continuò alii fines destruendi sint, utputa feudum dare. Insuper etiam ex textibus juris Civ. decidi potest hæc quæstio, quòd nihil de hac in jure Feud. reperiatur decisum *c. un. de feud cognition.* 2 *F.* 1. Jure Civil. n. propter naturalem pudorem & verecundiam fœminæ esse judices prohibentur *l. feminæ* 2. *ff. de R. I.* cùm sit contra pudicitiam sexui congruentem, ut mulieres virilibus officiis fungantur *l. 1.* §. *ait prætor 4. ff. de postulan.* quale est judicandi munus *l. cum prætor 12.* §. *non autem. 2.*

XLVIII.

Sed hoc tamen intelligendum, si dominus Pares habeat; Secus, si non habeat, apud judicem Ordinarium vel Arbitrium litigium determinandum erit, *d. c. un. de Invest. in marit. fact. 2. F. 15. & c. 1. de Leg. Conrad 2. F. 34. §. Si a. inter Pares.* Jurisdictio n. feudalis ad solos Pares Dominumve & causſam feudalem principaliter motam conjunctim astricta est: horum quid si deerit, res redibit ad suam naturam scil. ad ordinariam jurisdictionem. Mynsing. *1. observ. 99.* Hic tamen negligēdum non est, quod interdum judicium præparatorium, de quo *supra th. 32. & seq.* diximus, locum habere possit, etiam in casu hoc principali secundo, uti testatur Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. feudum. quæst. 90. v. sed pone.* fac. *pr. d. l. Conrad. 2. F. 34.*

3. Inter Vasallū & Extraneum.

XLIX.

3. Si Vasallus contra planè Extraneum experiatur & actionem habeat, vel contrà; quia inter eos feudalis controversia difficulter oritur, eorum judex Ordinarius loci esse debet; quippe jurisdictio feudalis tantùm ad litem feudalem restricta est; quæ si non obtinet, neque Domini vel Parium jurisdictio

ctio obtinebit; quando autem Dominus vel Pares judicare non possunt, cognitio ad Ordinarium loci jure devolvitur. Mynsing. *1. obs. 99. & 6. obs. 19.* Fachin. *d. 7. cont. c. 101.* Rosenth. *c. 12. concl. 30.* Wesenbec. *de feud. c. 17. n. 5.* Vult. *2. F. 2. n. 31. & seqq.* Alexand. *cons. 79.* Borcholt. *de feud. c. 10. n. 33.* Unde etiam Ordinarii forum sequuntur ipsi Vasalli, si litem extra feudi causam sibi moverint, Ludolph. Scrad. *tract. de feud. p. 10. sect. 2. n. 1. & seqq.* Borcholt. *de feud. c. 10. n. 33.* Obrecht. *de feud. lib. 4. c. 10. n. 93. & seqq.* & alii. Item illi, qui circa idem feudum diversos proferunt investitores & forte neuter alterius Pares recognoscere vult. *d. c. 1. si autem inter Pares. de La Corvad. 2. F. 34. & tam. §. 2. vers. si vero de Pace tenend. 2. F. 27.* Ex jam dictis firmissima elicitur regula hæc. Quandocunque quidem de re feudali quæstio est inter Vasallos, sed dominus suspicionis arguitur (justa autem suspicionis causa & jure feudali probata est, si dominus lucrum inde aut damnum sensurus sit. *d. c. unan apud. Jud. vel Cur. dom. 2. F. 46.*) aut neque vasallos habet; aut quæstio non est inter Pares; vel est quidem

inter

feudo non-regali agitetur quæstio, sine omni προσωπολημψία sive personæ publicæ sive privatæ, sive Clerici sive Laici sint, majorem aut minorem dignitatem habentes; nec consideratione habita, an de toto aut de parte feudi aliqua; an de feudo proprio sive Improprio; an de feudo franco contentio sit nec ne *arg. c. 1. de feud. non haben. prop. feud. nat. 2. F. 48. ibi D. d. c. 1. §. feudum ea lege 2. F. 26.* Gothofr. Ant. *d. disput. 14. th. 1. lit. c.* Inferior Dominus feudi competens judex est & cognoscit *per text. in c. un. §. fin. v. præterea de prohibit feud alienat. per Frider. 2. F. 55.* Jul. Clar. *recept. Sent. lib. 4. §. feudum quæst. 90. n. 5. sub fin. v. si verò* Schneid. *in epit. feud. part. 9. c. 1. n. 20.* Wesenb. *de Feud. c. 17. n. 4.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 10. n. 17.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 1. n. 5. & seqq.* Vult. 2. *F. 2. n. 10.* Obrecht *tract. de feud. lib. 4. c. 10. n. 119. & seqq.* Niell. *disp. feud. 10. th. 1. lit. b.* Zabel. *exercit. feud 9. th. 7. lit. b. vers. in principium & inferiorem feudi.* Et quidem, si unus dominus foret, solus cognoscet; si v. plures fuerint, omnes simul judicare & sententiam ferre tenentur *arg. l. duo ju-*

dices

dices 28. *l. cum Magistratus.* 4. *c. quand. prov. non est necess. l. Pomponius* 36. *l. tunc autem* 37. *& l. duo ex.* 34. *ff. de Re jud.* Goth. Ant. *d. disp. feud.* 4. *th.* 1. *lit. b. v. quid si plures*, Joh. Zabell. *exercit. feud.* 9. *thes.* 7. *v. si plures & alii.* Quamvis de jure canonico & consuetudine per unum id fieri possit *c. cum ab uno* 4. *de sent. & re judic. in* 6. Goth. Ant. *d. th.* 1. *lit. B.*

XLI.

Ulteriùs etiam non distinguitur hic nec attenditur, utrùm Vasallus eo in loco, quo Dominus residet & de jure disceptare debet, domicilium habeat nec ne? cùm aliàs conveniendus quilibet sit, ubi habet domicilium *l. un. C. ubi de hæred. l.* 2. *§.* 3. 6. *ff. de Judic.* neque etiam consideratur hic locus contractus, in quo scil. actus, cujus ratione vasallus convenitur, sit celebratus, num in territorio domini, an alibi? neque insuper aliud præter domini forum sortietur. Vasallus ratione rei, quam fortèan extra curtem domini tenuerit: Etenim sola caussa, quæ de re feudali oritur constituet jurisdictionem judicaturi, & non locus, persona, res vel etiam genus actionis. Schrad. *p.* 10. *sect.* 1. *n.* 12. Gothofr. Anton. *ff. feud.* 14. *th.* 1. *lit. C.*

XLII.

Denique nec dubitationem meretur, quod alii controvertunt de qualitate controversiæ feudalis, utrum scil. versetur in caussa possessionis, an verò proprietatis? cum idem debeat esse judex possessionis, qui proprietatis & vice-versa. *l. nulli. 10. C. de judiciis. c.1. extra de causs. possess. & propriet.* neque etiam generale reseriptum. Frid. *c. un. §. fin. v. præterea. de prohib. feud. alien. 2. F. 55.* aliquam facit distinctionem, sed indistinctè loquitur; Controversiam inter duos Vasallos exortam, cognitione domini esse terminandam: jam verò non minus controvertitur in possessorio atque petitorio inter Convasallos; quocirca omnino nihil specialitatis, quoad forum competentiæ, tùm in judicio possessorio quàm petitorio attendendum erit; sed, sicut in reliquis caussis feudalibus, regulariter si alterutra inter Dominum & Vasallum oriatur coram Paribus, & si inter Convasallos, coram Domino feudi decidi & terminari debet. Idq; propter textuum generalitatem. *2. F. 16. 20. in pr. 39. §. Si inter. & d. 2. F. 55. §. 2. v. Præterea.* Jul. Clar. *recept. sent. quæst. 90. n. 9.*

90. n. 9. Fachin. *contr. jur. lib. 7. c. 100.* Schrad. *p. 16. sect. 1. n. 77. & seqq.*

XLIII

Nec interest majorennis sive minorennis Dominus feudi fuerit, modò non minor 18 annis existat; quos enim si compleverit, de jure Civili neque postulare & de jure respondere *l. 1. §. initium 3. de postulando.* neque etiam judicare & sententiam ferre prohibetur, sed æquissimum esse, sententiam ab eo dictam tueri Ulp. ait *in l. quidam consulebat 57 ff. de Re jud.* quippe hujusmodi ætati stabilitatem judicii inesse, eamq; ad procedendum in publicum sufficienter moderatam antiquitas censuit §. *fin. Instit. Qui & ex quib. caus. manum non pos.* inde etiam Carolus IV. in Aur. Bul. *tit. de Success. princip. 7.* minori, anno 18. completo Electoratus administrationem singulariter concessit: quamvis aliter & in aliis casibus non proba fit illatio ad judicem ab administratore Reip. cùm hic regulariter ante 25. annum ad eam administrandam non admittatur *l. ad Rempublicam 8. ff. de muner.* talis enim administratio non adolescentibus, quorum fragile & infirmum judicium adeò est, ut in pro-

priis rebus sibi non sufficiant, *l. 1. ff. de minorib.* committenda est: verùm nos hic de judice loquimur, qui datur, ut de causa privata volens judicium ferat, quod etiam, si non rectè tulisset, per appellationem corrigi posset. Quamvis autem non frequenter casus etiã contingat, quo etiam usque ad majorenitatem sub curâ soleant esse Vasalli minores: quia tamen neque lex neque ratio feudalis repugnat, meritò juris civilis dispositionem sequimur. *arg. §. Strenuus, de feudi cognit. 2. F. 1.*

XLIV.

Neque etiam Dominos pupillos adhuc, & alias miserabiles personas, videlicet furiosos & mente captos à judicando vel Judicio feudali omnino detrudimus, cùm Consuetudines feudales solum Dominum inter convasallos agnoscant judicem feudalem *d. c. un. in fin. v. præterea de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* cui generali regulæ etiam standum esse arbitror; hac tamen cautela, ut ejusmodi personarum tutores vel curatores judicis partes sustineant, & earum nomine judicium constituant *arg. c. grandi 2. de supplemen. neg. præl. in 6. d. l. quidam consu-*

lebat

lebat 8. ff de re jud. Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 5.* & alii, quos sequitur novissimè Goth. Ant. *disp. feud. 14. th. 1. lit. b. vers. præterea domino.*

XLV.

Sed & hoc in quæstione erit, num tales miserabiles personæ, ad quas etiam vidua referenda est, hoc in casu gaudeant privilegio, ipsis *in l. un. C. quand. Imper. inter pupil. vel viduas.* concesso, & sicut in causis civilibus, etiam in feudalibus & ratione feudi omisso Ordinario judice p. Domino feudi adversarium suum in prima instantia coram Imperatore convenire possint? Et quamvis sint, qui, eas pro arbitrio posse adire vel dominū feudi vel judicem loci ordinarii, statuūt. *arg. d. l. un. & c. regum. 23. cauf. 23. q. 5.* tamen, quia *d. un. l.* tantùm loquitur de Jurecivil., à quo jus feudale diversam habet dispositionem; quia etiam hodie privilegii *in d. l. un.* usus amplius in imperio nullus est, sed in Camera Imp. jam dudum ab eo recessum, ita ut non nisi in casu denegatæ & protractæ justitiæ processus primæ instantiæ ipsis concedatur, teste Gail. *lib. 1. observ. 1. n. 40. v. Sed hoc in Camera.* Johan. Zabel. *exercit. feud. 9. th. 7. lit. b.*

sub. fin. Vult. *ad d. l. un. n.* 17. *& 20. in fin.* propter d. regulam generalem assertivè concludimus: privilegium miserabilibus personis *in d. l. un.* concessum, in judicio feudali omnino locum non habere; sed, quia etiam usus, & si penitius res inspiciatur, ipsa rei veritas reclamat, ut loquitur Herman Vult. post alios 2. *F. 2. n.* 23. Goth. Ant. *disp. 14. th.* 1. *lit. d.* ejusmodi personas non minus quam Clericos, quorum tamen in declinando Judice seculari favor est amplissimus, judicis feudalis cognitioni indistinctè subjacere debere fatemur *c. ex transmissa 6. c. verum 7. ex. t. de for. compet.* adeò enim consuetudo invaluit etiam, ut indistinctè nulli omnino vasalli de feudo litigaturi, jurisdictionem alterius judicis, sine licentia ipsius domini progare possint, per ea, quæ post alios tradit Jul. Clar. *recept. Sent. lib. 4 §. feud. n.* 10. Obrecht. *tract. de feud. lib. 4. c.* 10. *n.* 154. *& seq.* & alii quos refert Matth. Berlich. *part.* 1. *Concl. pract.* 5. *n.* 9. *& n.* 33.

XLVI.

Non parùm etiam controversia est quæstio de Fœmina, an, si feudum dederit, ea tanquam Domina feudi de suorum vasallo-

vasallorum quæstionibus cognoscere valeat? Nos negamus: quamvis enim eas feuda aliis conferre posse ultrò largiamur propter textus feudales apertos 1. *F.* 4. *ibi Abatissa* & 2. *F.* 3. §. 1. *vers. fœminam.* & 2. *F.* 91. non tamen inde argumentari quis potest ad jurisdictionem feudalem: dando enim feudum non semper & ubiq; judicis quæritur officium, sed hoc procedit tantùm, si persona dans habilis sit ad munus Judicis; potest enim fœmina feudum dare, licet non possit judicare, ideoq; utilis feudi datio, non debet per inutile judicandi munus inde resultans vitiari, cùm uno fine remoto scil. judicandi munere, non continuò alii fines destruendi sint, utputa feudum dare. Insuper etiam ex textibus juris Civ. decidi potest hæc quæstio, quòd nihil de hac in jure Feud. reperiatur decisum *c. un. de feud cognition.* 2 *F.* 1. Jure Civil. n. propter naturalem pudorem & verecundiam fœminæ esse judices prohibentur *l. feminæ* 2. *ff. de R. I.* cùm sit contra pudicitiam sexui congruentem, ut mulieres virilibus officiis fungantur *l.* 1. §. *ait prætor* 4. *ff. de postulan.* quale est judicandi munus *l. cum prætor* 12. §. *non autem.* 2.

in fin. ff. de judiciis, Et hoc in tantùm verùm est, ut fœmina nec inter vasallos de feudo litigantes judex esse, & judicium Parium complere potuerit; cùm æq; naturalis pudor ac verecundia non concedat, ut mulieres omnibus se manifestent. *l. optimum 14. C. de contrah. & committ. Stipul. Nov. Leon. 48.* utq; in illustri hoc judicio viri simul & fœminæ commixti sedeant, atq; dominus arbitrio votoq; mulieris se submittat. Secus tamen est, si contraria consuetudine sit receptum *arg. c. dilecti 4. extr. de arbitr.* aut fœminæ magistratus competat jure hæreditario; aut si mulier speciali privilegio sive principis indulgentia, magistratum & judicandi munus meruisset. Dn. Sigism. Finckelth aus *in contov. feud. Disp. 11. contr. 5.* Hunnius *in tract. feud. 15. pag. 405.* Atque hactenus de Controversia, qua vasallus agit cum vasallo Verò.

3. Inter Vasallos Assertos.

XLVII.

Cœterùm lite inter Vasallos, de quibus non apertè constat quod veri sint, ortâ, aliud dicendum est. Si enim alteruter Vasallus fuerit assertus, ut. Si duo contendant de feudo, quorum unus illud novum, alter paternum, *c. un. de investi-*

investit. in marit. fact. 2. F. 15. & c. un. an apud jud. vel curi. dom. 2. F. 46. aut uterq; novum sibi asserat. *c. 1. v. Si a. inter Pares. de L. Corradi. 2. F. 34.* aut si uterque se Vasallum asserat; quocasu, altero negante, cum certū sit unū tātùm esse, pro possessore præsumitur, aut pro eo, qui aliud feudum à Domino tenet. *arg. c. de contr. inter Episc. & Vasal. 2. F. 20.* aut si quis asserat sibi deberi fundum aut servitutem in re feudali: aut asserat vel vindicet sibi proprietatem totius vel partis. *arg. c. de contr. int. Vasal. & alium. 2. F. 43.* dominus feudi judex esse non potest, sed Pares Curiæ per *d. c. un. an ap. Judic. vel Cur. dom. 2. F. 46.* Joh. Schneid. *in epit. feud. part. 9. n. 3. & seq.* Obrecht. *tr. de feud. lib. 4. c. 10. n. 123.* & Fachin. *7. controv. 101.* & alii: idq; maximè obtinet eò, quòd controversia inter hujusmodi mota utcunque cum favore, præjudicio, commodo vel incommodo Domini feudi conjuncta sit, ut patet *ex d. c. un. an apud jud. vel Cur. Dom. 2. F. 46.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 2. n. 21.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 2. n. 34. & in notis lit. m. m. & concl. 32. cum seq.* Vult. *2. F. 2. n. 14. & seqq.* Hunnius *in tract. feud. d. c. 15. p. 403.* ubi id per textus probat.

XLVIII. Sed

XLVIII.

Sed hoc tamen intelligendum, si dominus Pares habeat; Secus, si non habeat, apud judicem Ordinarium vel Arbitrium litigium determinandum erit, *d. c. un. de Invest. in marit. fact. 2. F. 15. & c. 1. de Leg. Conrad 2. F. 34. §. Si a. inter Pares.* Jurisdictio n. feudalis ad solos Pares Dominumve & causſam feudalem principaliter motam conjunctim astricta est: horum quid si deerit, res redibit ad suam naturam scil. ad ordinariam jurisdictionem. Mynsing. *1. observ. 99.* Hic tamen negligēdum non est, quod interdum judicium præparatorium, de quo *supra th. 32. & seq.* diximus, locum habere possit, etiam in casu hoc principali secundo, uti testatur Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. feudum. quæst. 90. v. sed pone.* fac. *pr. d. l. Conrad. 2. F. 34.*

3. *Inter Vasallū & Extraneum.*

XLIX.

3. Si Vasallus contra planè Extraneum experiatur & actionem habeat, vel contrà; quia inter eos feudalis controversia difficulter oritur, eorum judex Ordinarius loci esse debet; quippe jurisdictio feudalis tantùm ad litem feudalem restricta est; quæ si non obtinet, neque Domini vel Parium jurisdictio

ctio obtinebit; quando autem Dominus vel Pares judicare non possunt, cognitio ad Ordinarium loci jure devolvitur. Mynsing. *1. obs. 99. & 6. obs. 19.* Fachin. *d. 7. cont. c. 101.* Rosenth. *c. 12. concl. 30.* Wesenbec. *de feud. c. 17. n. 5.* Vult. *2. F. 2. n. 31. & seqq.* Alexand. *cons. 79.* Borcholt. *de feud. c. 10. n. 33.* Unde etiam Ordinarii forum sequuntur ipsi Vasalli, si litem extra feudi causam sibi moverint, Ludolph. Scrad. *tract. de feud. p. 10. sect. 2. n. 1. & seqq.* Borcholt. *de feud. c. 10. n. 33.* Obrecht. *de feud. lib. 4. c. 10. n. 93. & seqq.* & alii. Item illi, qui circa idem feudum diversos proferunt investitores & forte neuter alterius Pares recognoscere vult. *d. c. 1. si autem inter Pares. de L. Cornud. 2. F. 34. & tum. §. 2. vers. si vero de Pace tenend. 2. F. 27.* Ex jam dictis firmissima elicitur regula hæc. Quandocunque quidem de re feudali quæstio est inter Vasallos, sed dominus suspicionis arguitur (justa autem suspicionis causa & jure feudali probata est, si dominus lucrum inde aut damnum sensurus sit. *d. cum an apud. Jud. vel Cur. dom. 2. F. 46.*) aut neque vasallos habet; aut quæstio non est inter Pares; vel est quidem

inter

inter Pares, sed de re nec feudi substantiam, nec qualitatem concernente; tunc regulariter caussatum cognitio spectat ad judicem loci ordinarium.

L.

Tandem etiam res ad eundem devolvitur, ob caussam denegatæ justitiæ: *per c. un. de milit. Vasal. qui contum. est. 2. F. 22. c. ex transmissa. 6, c. licet. 20. c. ex parte B. 15. c. ex tenore Extr. de for. compet. Nov. 17. cap. 3. auth. Sancimus. C. de Epis. & Cler.* Gail. *lib. 1. obs. 11. n. 21. & obs. 28. per tot.* Goth Anth. *disp. 14. th. 5. lit. A.* Idem quoq; de jure Sax. Lehenr. *c. 69. vers.* Doch so ist. Ita, Si à Domino aut Paribus Curiæ appellatio fit, proximus quidem Dominus feudi superior judex competens est: Hartman. Hartmanni *practic. forens. tit. de appellat. 19. observ. 25. n. 2.* Mynsing. *cent. 5. obser. 5. n. 2.* Si v. superior nō sit, ad ordinarium seu superiorem loci provocatio dirigitur. Andr. Gail *lib. 1. obs. 1. n. 56. & lib. 2. obs. 56. in fin.* ubi ita in Camera observari tradit Goth. An. *disp. feud. 14. th. 7. lit. B.* Add. Vult. *2. F. 3. n. 4. & seqq.* Verùm in terris Illustrissimi Electoris Saxon. caussæ utcunque feudales in Judiciis Curialibus ipsius

ipsius Celsitudinis Lipsensi & Wittebergensi tractantur, ut tradit Dn. Zahger. *in tr. de exception. p. 2. c. 1. n. 303.* per Ordinat. suprem. Judicii Curial. Lipsens. *sub tit.* Wer vor das Ober-Hoffgericht mag geladen werden / *pag. 204.* & Ordinat. Curial. Judic. Witteberg. *sub tit.* Wer vor das Hoffgericht möge geladen werden: *pag. 217.*

LI.

Arbiter.

Quod autem diximus, interdum etiam Arbitrum rei feudalis judicem competentem esse; id demum obtinet, si vel Dominus & Vasallus litigantes in eum, utriusq; consensu electum, compromittant; vel etiam Pares, absente & ignorante domino; quod optimo jure facere possunt, *d. c. un. De investit. in merit. fact. 2. F. 15. & c. 1. v. Si autem inter Pares. de Lege Conrad. 2. F. 34.* Jul. Clar. *recep. sent. §. feud. quæst. 39.* Gœdd. *disp. feud. n. th. 1. & ibi alleg.* modo id fiat citra dominici jurislæsionem, & non fraudulenter. *arg. c. un. de contr. inter vasal. & alium. de benef. 2. F. 43.* aliter enim, & quatenus inde juri dominico derogatur, de causis feudalibus compromitti nequit. Specul. *tit. de Arbitr. §. ressat*

stat v. sed numquid. huncce secutus Her. Vult. *c. 2. n. 4.* & ita Francisc. Jacob. à Monte *in tract. concl. feud. cap. 3. concl. 8. n. 39.* accipiendam putat doctrinam Menoch. crebrius receptam. *consil. 1. n. 267. & consil. 2. n. 259.* Qui verò simpliciter negat compromitti posse, ut Schrad. *p. 10. sect. 1. n. 166.* & alii. hi refutantur per Alvar. *in §. Si autem inter. c. 1. de Lege Conrad. 2 F. 34.* Atque tantùm de personis officium judicis in controversiis feudalibus subeuntibus: nunc dicendum restat de ipso Judicis officio.

Judicis Officium.

LII.

Officium judicis in feudalibus litibus tale est, ut, quia prima Investitura radix & fundamentum feudi est Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. n. 31.* Borch. *de feud. c. 1. n. 25. vers. et si plures.* Rosenth. *in Synop. feud. c. 1. concl. 12. n. 1. in not. lit. a.* ex qua sequentes declarandæ & conformandæ veniunt; per ea quæ post alios eleganter tradit Schrad. *d. p. 5. n. 31. & seqq.* Borcholt. *d. c. 1. n. 25. & seq.* Vult. *2. F. 3. n. 42.* I. Judex in decidendis controversiis feudalibus primò omnium tenorem atque pacta Investituræ inspiciat. *per c. un. §. cum vero. 2. ibi nisi hoc nominatim di-*

Cum

ctum sit. & §. seq. sub fin. ibi, nisi specialiter dictum fuerit. de his qui feud. dar. poss. 1. F. t. c. un. §. fin. sub fin. ibi. nisi hoc fuerit dictum expressim. de feudi succeff. 1. F. 8. & ferè passim per mult. cc. Et quid inibi inveniatur, observet, illudq; in judicando sequatur. *arg. l. semper 34. ff. de R. J.* Vult. *lib. 2. c. 3. n. 22.* Wesenb. *de feud. c. 8. n. 15. & 18.* cum Investituræ tenor omni feudorum naturæ deroget; quod FF. communiter notant. *per arg. l. jurisgentium. 7. §. quin imo. 5. l. pacisci 32. ff. de pact. l. 1. §. si convenit 9. ff. depositi. l. pacta 72. ff. de contr. empt. l. contractus 23. ff. de R. I. cum simil.* Schneid. post alios *in epit. feud. p. 1. n. 11. vers. quod primo* & alii. Unde etiã Judici incumbet strictè Investituræ literam sequi, modò non currat contra ipsam contractus substantiam. Vult. *2. F. 3. n. 22;* in tantùm, ut ne digito ab ea latiùs recedere debeat. Bal. *in c. un. de duob. fratr.* Concurrentibus autem pluribus Investituræ literis, si modo de eodem feudo fuerint, tenaciter iis insistere *per supr. alleg. FF.* animadvertat.

LIII.

II. Si autem casus emergens pactis Investituræ non sit definitus, quod fer-

mè quotidie, natura semper deproperante novas edere formas. *c. un. §. aliud est. quæ fuit prim. causs. ben. amitt. 2. F. 24.* fieri solet; tùm Secundò consuetudinem specialem statutumve judex attendat. *c. 2. ibi. secundum diversorum locorum aut Curiarum mores. de feud. cognit. 2. F. 1. c. un. in pr. ibi. Sed in nostra Curia Mediolanensi. Quæ fuit prim cauf. ben. amit. 2. F. 24. c. un. §. ex eadem. 1. Quod Mediolani non obtinet. de L. Corradi. 2. F. 34. c. un. ibi. Sed non Mediolani de capitul. Corrad. 2. F. 40. fac. c. novit. 13. vers. non enim intendimus. ibi. nisi fortè juri communi per speciale privilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum. extr. de judic.* Schneid. *in epit. feud. p. 1. n. 11. vers. Secundo.* Andr. Cail *lib 2. obs. 148. n. 3.* Mynsing. *cent. 5. obs. 76. n. 2. & seq.* Vult. *2. F. 3. n. 43.* Et quidem illius loci, ubi feudum est situm, secundùm communem Dd. opinionem. Schrad. post alios *de feud. p. 5. c. 2 n. 46.* atq; in causis, quę ipsam rem feudalē spectant, aut eam saltem afficiunt. Quæ enim ad solam contractus solennitatem & perfectionem pertinent, indeq; immediatè dependent, & rem ipsam non afficiunt, ex jure, quod in loco celebrati contra-

contractus viget, dijudicanda veniunt Rosenth. *præall. loc.* & alii.

LIV.

III. Sed, si nec specialis consuetudo vel statutum extet, tertiò deveniendum ad generales consuetudines seu commune jus feudorum est. FF. com. *per c. un. de feud. cognit. 2. F 1.* Schneid. *p. 1. n. 12. vers. tertiò recurrendum.* Rosenth. *c. 1. concl. 15. n. 1. & in not. lit. A.* & quia in hoc jure FF. & Dd. multùm variant, ut videre est *ex pluribus capitulis & §§.* communis tamen est opinio, reprobatam opinionem in hoc jure plerunque ultimo loco collocãdam. Hart. Pist. *lib. 2. q. 25. n 30. & q. 32 n. 4.* Wesenb. *in proœm. de feud. n. 2. v. quo casu.* verùm hoc catholicum & universale non esse, rectè post alios tradit Rosenth. *in Syn. feud. c. 7. concl. 55. in fin. & c. 10. concl. 42. n. 39. propter. c un. de L. Corradi. 2. F. 34.* & *c. un. an mut. vel surd. 2. F. 36.* Quamvis autem controversia in jure feudali non reperiatur verbis expressis decisa, tamen, si occasio est, ex consequentia & bona aliqua juris ratione propter facti similitudinem vel argumentatione inde decidi oportet. *arg. l. scire. 17. l. cont. n. 29. & seq.*

ff. de LL. l. non dubium 5. C. eodem. l. nominis. 6. §. verbum. 1. ff. de V. S. Neque etiam argumentum à contrario sensu ex textu feudali deductum, si non ad juris feudalis vel communis tendat correctionem, à judice rejiciendum est; *l. 1. in pr. v. hujus rei. de offic. ejus cui mand. est jurisd. l. Si cum dotem. 22. in pr. ff. solut. matr. l qui testamento. 20. §. mulier. 6. ff. de testam.* vide quæ dixi supra *Disp. 1. th. 29.*

LV.

IV. Quod si neque jus feudale & ejus ratio exiterit, quartò ad jus commune recurrendum est, *per text. præall. in c. un. v strenuus. 2. F. 1.* &, quia tã canonicũ quam civile complectitur, quodvis in suo foro & in suis causis distinctim observari volunt. Schneid. *in epit. Feud. p. 1. n. 3.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 1. concl. 19. & in not. lit. a. & b.* quod etiam sequitur Intrigl. *de feud. quæst. 17. n. 5. & 6.* Ruding. *in meth. feud. lib. 1. c. 2. n. 5. & lib. 2. contr. feud. c. 6. n. 5. & seq.* Arumæ. *disp. feud. th. 16.* ubi hanc opinionem communem esse attestantur.

LVI.

Denique V. Si etiam jus commune

ne deficiat, tùm procedendum judici erit ad similia & alia argumenta feudalia & legalia, quorum illa, si invicem non concurrant, his præferenda sunt; secus judicis periti erit æstimare, quænam magis rebus conveniant & congruant. Schneid. *d. p. 1. n. 12. v. quintò si lex & seq.* Wesenb. *de feud. c. 17. n. 14. vers. quibus omnibus.* Rosenth. *d. c. 1. concl. 17. & seq.* Neque insuper in maxima dubietate constitutus judex, communem Dd. opinionem respuat; ab hac enim, si quid præter consuetudines feudales & leges scriptas, æquitati & rationi non inconveniens utiliter statuat, aut jus aliquod dubium vel obscurum probabili interpretatione certum & perspicuum in se contineat, in judicando non facilè recedere debet: quòd si plures fuerint Dd. Opiniones, eam affectabit potiùs, quæ melioribus fulcita est rationibus, per ea, quæ post alios tradit Wesenb. *cons. 1. n. 17. & alibi passim.* adde Niell. *disput. feud. th. 5. lit. d.* Zab. *disput. feud. 1. th. 8. per tot.* Et tantùm de persona Judicantis, ejusq; officio, dictum esto.

LVII.

2. *Persona Actor.*

Sequitur altera persona, constituens judicium feudale, Litigans, quæ est Actor & Reus. Actor autem sicut aliàs in civilibus, ita in feudalibus negociis is dicitur, qui alicui in judicio litem intendit. *l. 1. ff. de edend. l. in exceptionibus. 19. ff. de probation. l. agere. ff. de Except.* Vult. *2. F. R. 1. n. 35.* id est, qui jus suum persequitur in judicio, provocans adversarium, actionemq; exercēs adversus reum conventum (germanicè der Cläger) *l. in tribus. 13. ff. de Judic. l. judicium. 10. ff. Fin. regund.* Et quidem ad agendum regulariter quis admittitur, modò expresè non prohibeatur; uti Jure Saxonico Bannitus. Lehnr. *cap. 12. p.* eines gebanneten. Caussæ autem, de quibus est in judicio hoc agendum, nullæ aliæ sunt, quam Feudales & feudi occasione (uti dictum est) emergentes. Lehnr. *c. 68. ver.* Der Herr der ist nicht. modò ad mulctam in judicio feudali adscendat usitatam Jure Saxonico. Lehnr. *cap. 65. pr.* Et Actor quidem est; vel Vasallus contrà Dominum, vel Dominus contrà Vasallum, vel Extraneus contra alterutrum horum. Vult. *lib. 2. c. 1. n. 3.* Pro diversitate autem

agen-

agentis, etiam diversæ inde oriundæ sunt actiones, quas ordine ita dispiciemus.

LVIII.

Vasallus, quando actor est; vel agit in rem, vel in personam. In rem quando agit, utitur judicio vel Possessorio vel Petitorio. Et quidem Possessorio judicio quando experiri vult, interdictum habebit (1) Adipiscendæ possessionis. Quorum bonorum, quo feudi possessionem ab eó, qui pro hærede aut pro possessore possidet, adipisci potest. *arg. §. 3. Instit. de Interdict.* & ib. Schneidw. Zas. *p. II. de feud. num. 43.* Oldendorp. *class. 2. act. 1.* Item actionem ex l. Quamvis 2. C. *de Edict. D. Hadrian. tollend.* quâ in Hæreditario feudo vel ubi testamentaria successio locum habet, si scriptus vel institutus fuerit hæres, quamvis se defuncti filius præteritum esse alleget, aut falsum vel inofficiosum testamentum, aut alio vitio subjectum esse dicat, in feudi possessionem mitti potest. (2) Habet Interdictum Retinendæ possessionis Uti possidetis, si in possessione feudi, quam nec vi, nec clàm, nec precariò detinebat, turbatus sit. gloss. & Dd. *in l. un. C. Uti possid.* Duaren. *cap. 19.*

Vasallus cõtra Dominum In Rem. Possessorio judicio.

de feud. n. 6. Denique (3) datur ipsi interdictum Recuperandæ possessionis Unde vi, si ex possessione feudi vi dejectus, eoq; spoliatus sit. Menochius *in I. remedio recup. possess. num. 90.* Molinæus *in consuet. Parisien. §. 1. gl. 4. n. 35.* Idq; Jus nostrum Saxonicum diserte approbat. Lehnr. *cap. 77. v.* Beraubet aber der Herr. & *cap. 49. in pr.*

LIX.

Nec potest dominus, dictis remediis Spoliatoriis Uti possidetis & Unde vi à vasallo conventus conqueri, debitum sibi honorem à vasallo non exhiberi propterea, quod facinoris ab eo argui videatur: *l. 1. §. interdictum hoc 43. ff. de vi & vi armata*: non facilè enim id Vasallo permittendum est, nisi quando dominus vi armata adversus vasallum utitur. Borcholt. *de feud. c. 9. n. 20.* quando enim dominus vasallum non habet ut vasallum, vasallus non compellitur dominum habere ut dominum *arg. c. esto subjectus distinct. 95.* Et hoc etiam Academia Francofordiensis *in 3. tom. variorum consilior. Consil. 21.* decidendo approbavit, ubi additur etiam, idem in Camera Imperiali observari. Borch. *d. c. 9. n. 18.* Cautelam

tamen

tamen observandam esse tradit post Zas. *d. p. 11. n. 43.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 3. n. 43.* scil. vasallum talibus remediis spoliatoris contra dominum moderatè, absq; ulla verborum acerbitate debere uti, quod idem monet etiam Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th. 4. lit. D. in fin.* Vasallus itaq; interdicta possessoria habet non tantùm adversus Extraneum spoliatorem aut turbatorem, sed etiam contra Dominum, per text. expressum *in c. 1. v. si verò vasallus. de milit. vasall. qui contum. est 2. F. 22. junct. §. recuperanda. 6. Inst. de interdict.* Borch. *d. c. 9. n. 18. in fin.* Vult. *lib. 1. cap. 11. n. 27. v. quod de caussa criminali & lib. 2. cap. 1. n. 20. & seqq.* Obrecht *tract. de feud. lib. 4. c. 10. n. 14. & seqq.* Rulant. *tract. de commissar. p. 3. lib. 3. cap. fin. n. 12. & seqq.* Rittershus. *partit. feud. lib. 2. c. 8. q. 10. & seq.* Zabel. *exercit. feud. 9. th. 3.*

L. X.

Petitorio Rei vindicatione.

Petitorio judicio vasallus agere potest, vel de re Corporali, vel Incorporali: De re corporali actionem si instituat, habet actionem realem scil. Rei Vndicationem utilem vel quasi. Obert. *in c. un. §. rei autem. de investit. de re alien. facil. 2. F. §.*

respectu Rei in qua feudum consistit; quod omnino absq; illa esse vel vindicare nequit Vult. 2. *F. 1. n. 13.* FF. & Dd. eam Utilem Condictionem vocant. Schneid. *in Epit. feud. p. 4 n. 60.* Vult. *d. l. n. 13.* quâ Vasallus, si rectè fuerit investitus, & ita utilis feudi dominus effectus, ejus possessione citra suum factum culpamve fortè exciderit, ipsam rem feudalem à quovis injustè possessam etiam à domino, *per text. in d. c. un. §. rei autem. verb. à quolibet possidente. de Investit. de re alien. fact. 2. F. 8. arg. l. agri. 1. §. fin. in fin.* Joh. Schneid. *in epit. feud. part. 1. n. 27. v. quod etiam vasallus. part. 4. cap. 2. n. 60. v. & datur ei hæc actio.* Vult. *2. F. 1. n. 18. v. & non tantùm* Arumæ *disp. feud. 9. th. 5.* & alii. sibi cum omni causa restitui petere, seu, ut loquitur Feudista, tanquam dominus à quolibet possidente sibi vindicare potest *d. c. un. §. rei autem 2. F. 8.* Borcholt. *de feud. c. 9. n. 1.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 11. concl. 12. num. 2. & seq.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th. 3. lit. c.* Zab. *exercit. feud. th 2. lit. A.* verùm ab hac actione Reali omnino non exclusam volumus Publicianam, cùm ex mente Rosenth. *c. 9. concl. 100. n. 8.* consultius

& uti-

& utiliùs fit Publicianâ experiri, quam Rei vindicatione, quod contenta sit hæc actio sola probatione tituli & possessionis *l. 1. ff. de publ. in rem. act.* §. *retinenda 4. v. namq. Inst. de Interd.* Rei vindicatio autem non, nisi accedat probatio dominii *l. 21. C. de R. V.*

LXI.

Confessoriâ vel Negatoriâ.

De Re Incorporali verò acturus Vasallus, habet actionem Confessoriam & Negatoriam, ob servitutes feudo competentes aut non competentes, vel etiam propter alia jura feudalia *c. un.* §. *rei autem. vers. nam & servitutem. de inv-stitura de re alien. facl. 2. F. 8. juncl.* §. *aquè si agat. 2. Instit. de action.* Borch. *de feud c. 9. n. 3.* Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. concl. 12. n. 12.* Rittershus. *partit. feud. lib. 2. cap. 8. quæst. 4.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th. 3. lit. e.*

LXII.

Petitione Hæreditatis.

Ad actiones reales Vasallo competentes ultimò etiam referri potest Petitio Hæreditatis, quando feudum merè est Hæreditarium; nō autem, si ex Pacto vel providentia, ut vult Schneid. Niellius & Bocerus Feudum n. hoc Propriū est, & hæreditatę nequaquam continetur, sed

ab

ab ea planè diversum & distinctum est; unde etiam passim in Jur. feud. Feudum Hæreditati opponitur, *2. F. 45. 51. §. si contentio.* Quamvis enim successor feudi in Jure feud. passim nuncupetur hæres, tamen non statim ubi hæres, hæreditatem etiam esse argumentari licet; cùm hoc in jure non hæredem hæreditatis sicut jur. civil., sed hæredem sanguinis intelligat F F. hæres etenim jure feudali significat descedentem ex Sanguine *2. F. 13. v. Et si clientulus 2. F. 34. §. 2. ibi quod intelligi debet de solis masculis.* Argumenta dissentientium satis excutit Hunnius *cap 15. pag. 400.*

LXIII.

In Personam : Cõdictione ex Contractu.

In Personam vasallus quando actionem habet, illa competet ei, vel de feudo duntaxat promisso, vel etiam tradito. Illo casu quando feudum nondum traditum est per investituram, actio pro natura conventionis qua feudum promissum fuit, formatur : Si enim stipulatio intervenerit, experitur actione ex stipulatu *arg. l. inter stipulantem 83. §. Si rem quam 6 ff. de V. O. Pr. Instit. eod.* Wesenb. *de feud. c. 17. n. 8.* Borch *de feud. c. 9. n. 10.* Si donatio, ex donato; si testamentum,

ex

ex testamento vel testamentaria: Si emptio, ex empto *l. ex empto.* 11. *in pr. ff. de act empt.* Si permutatio, præscriptis verbis *arg. l nonunquam* 1. § *domino* 1. *l. naturalia* 5. § 1. *ff. de præscript. verb.* &c. actio datur. Dd. supr. alleg. Zabel. *exercit. feud. 9. th.* 1. *lit. c.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th.* 1 *lit. g.* Negotium autem illud, per quod feudum promittitur, suam naturam retinet, ut proinde actio ex eo comperens, pro cujusque natura sit vel stricti juris, vel bonæ fidei, Rosenth. *in Syn. feud. c.* 1. *Concl. 4. n.* 1. *&* 2. Secus tamen, si nullus omnino contractus civilis intercesserit, sed tantùm ex promissione nudum pactum & ita obligatio saltem personalis: quo in casu ei dabitur cõdictio feudalis seu cõdictio ex morib. quâ dominum præcisè ad feudi traditionem & moræ ab ipso contractæ emẽdationem compellere potest *c. un. Si de Invest. feud. contr. fuer.* 1. *F.* 4. *c. un.* § *Si facta. Si de feud. defunct. content sit* 2. *F.* 26. *Dn. Arumæ. disp. feud.* 9. *th.* 3. Quamvis enim pactum illud, contemplatione Juris civilis, quòd ab hoc nullibi reperiatur vestitum (uti Dd. loquuntur) dicatur nudum; tamen confirmatum est jure feudali per consue-

tudi-

tudinem, cujus contemplatione & morum, etiam Contractus feudalis, seu ex Morib. dici potest, ex quo etiam d. Actio feudi seu Beneficiaria oriunda est, quæ generaliori nomine dicitur Condictio feudalis sive ex Moribus. ut tradit Francisc. Jacob. à Mont. *in tract. concl. feud. c. 3. concl. 9.*

LXIV.

Evictionis.

Feudo autem per investituram tradito, aliæ etiam competunt vasallo actiones, utputa Evictionis, quâ experiri contra dominum potest, si res ei in feudum concessa, fuerit aliena, ipsique à vero domino, vel cui obligata erat, per judicium ablata *c. un. in pr. de Invest. in re alien. fact. 2. F.* 8. Borch. *de feud. c. 9. n. 13. & seq.* Arumæ *disp. feud. 9. th. 7.* dummodo authorem suum laudaverit, id est, litem motam domino suo tempestivè denunciaverit ut se defenderet. *c. un. si de feud. vasal. ab al. interpel. & c. 2. F. 25.* & rem alienam fuisse ignoraverit *præd. c. un. de Invest. de re alien. fac. 2. F. 8.* Zab. *exercit. feud. 9. th. 7.* Ritterhus. *partit. feud. lib. 2. c. 8. q. 8. v. Sed requiritur. junct. lib. 1 c. 7. q. 15. cum seq.* Et consequitur hac actione vasallus aliud feudum ejusdem

dem bonitatis sive quantitatis ac æstimationis, cujus erat prius tempore concessionis: item omne interesse & meliorationes factas. Dd. jam allegat. Nec interest sive totum feudum, sive ejus pars aliqua evicta sit, utroqs enim casu dominus tenetur. FF. communiter *per d. c. un. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* quin & si pluribus unum feudum in solidum concesserit, qui priores tempore sunt, feudum retinent; posteriores agunt ad æstimationem. idem quoque de jur. Sax. *c. 21. v. Leihet aber.* Et hanc actionem de Evictione non tantùm vasallus, sed etiam subvasallus adversus dominum immediatum exercere potest. Dd. modo allegat.

LXV.

Item ex delicto domini Vasallo actio competit, quâ vasallus intendit, dominũ ob feloniam commissam proprietate excidisse, eamq; sibi adjudicari petit, cujꝰ necessaria requisita hæc sunt (1.) quod dominus commiserit feloniam (2.) ut tantùm vasallus agat, non autem hæredes illius (3.) quod proprietas amissi, non sit aperta domino Superiori vel agnato (4.) ut petat declarari, ob feloniam commissam. *Caducaria ex Delicto.*

sam, proprietatem amissam esse, eoq; se absolvi à jure Vasallagii in perpetuum, si agat contra Laicum; quoad vitam autem, si contra Prælatum. FF. communiter *per text. in d. c. un.* §. *domino. antep. Si de feud. defuncti contem. sit.* 2. *F.* 26. Fachin. 7. *contr.* 104. Herman Vult. 1. *F.* 11. *n.* 205. Rittershus. *partit. feud. lib.* 2. *c.* 7. *quæst.* 8. Zabel. *exercit. feud.* 8. *thes.* 8. & alii.

LXVI.

Revocatoria.

Revocatoria etiam actio Vasallo competet, si fortè dominus sine sua voluntate feudum Inferiori alienaverit *c. un.* §. *ex eadem lege.* 1. *de Lege Conrad.* 2. *F.* 34. quo casu necessaria requisita erunt (1.) ut res feudalis sit alienata, verè (2.) ut illicitè & sine vasalli voluntate alienata sit (3.) ut agat intra triginta annos *c. un.* §. *donare autem* 1. *in fin. Qualiter olim pot. feud. alien.* 2. *F.* 9. (4) ut petat alienationem rescindi, & feudū ejusq; proprietatē sibi restitui amissam, propter mutuas vices & fidelitates invicem competentes. *c. un. de vasal. qui cont. constit. Lotb.* Reg. *benef. amitt.* 2. *F.* 38. Wesenb. *de feud. c. 11. n.* 1. *v. econtrario quoq; & n. seq.*

n. seq. Vult. 1. *F.* 10. *n.* 57. *& c.* 11 *n.* 85. *& seq.* ubi rationem assignat.

LXVII.

Implorat. tione Offi. cii Judi. cis.

Tandem Vasallo, Si dominus contumax extiterit, & judicio Parium submittere se non voluerit, in subsidiū superest Remedium implorandi Officium Ordinarii seu superioris Nobile. Quo etiam uti potest, si à feudi domino in possessione, exigendo insolita indebitaque, aliove modo præter jus & æquum gravando turbetur: hoc enim casu Ordinarius domino injungere potest, ut ab ejusmodi molestiis desistat. Curt. Jun. *p.* 7. *num.* 30. Vult. 2, *F.* 1. *num.* 16. sic etiam regulariter in civilibus negotiis Nobile quæritur officium judicis, ubi nulla habetur Ordinaria actio, ut demonstrat Johan. Schneidew. *in princip. v. actio Instit. de actionibus. num.* 10. Atque tantùm de Actore Vasallo, ejusque Actionibus. Sequitur Actor Dominus cum suis Actionibus.

LXVIII.

Dominus contra vasallum. In Rem: Possessorio.

Itidem Dominus agit vel in Rem vel in Personam; in Rem vel Possessorio vel Petitorio judicio. Et quanquam feudi domino adversus vasallum inter-

dicta competere, quidam omnino negent, quòd Dominus feudi omnem à se rei feudalis possessionem in Vasallum transtulerit. *c. un. §. fin. de Invest. de re alien. fact. 2. F. 8 c. un. Si de feud defunct. content. sit. 2. F. 26. c. un. de Lege Conrad. 2. F. 34. & simil.* Communiter tamen obtinuit, quòd, si ipse Dominus feudi civili sua possessione deturbetur aut spolietur, sive id à vasallo fiat (sit autem præcipuè, si domino servitia præstare detrectet, aut debitorum & præstationum annuarum exsolutionem facere recuset Menoch. *recuper. poss. remed. 1 num. 87.* Duaren. *de feud. 19. cap. 6.* Gœdd. *disp. 10. th. 8.* Vult. *d. lib. n. 82.*) sive ab alio; vel si Vasallus turbetur seu dejiciatur; & agere aut non possit, aut nolit, tunc Interdicta Possessoria pro casuum varietate Domino concedenda sint, uti post alios tradit Herman. Vult. *2. F. 1. n. 34.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. thes. 5. lit. a. b. & c.* Johann. Zabel. *exercit. feud. 9. thes. 4. lit. b.*

LXIX.

Petitorio.

Petitorio judicio experitur feudi Dominus, quando ipsi competit in Rem actio, sive Rei vindicatio & quidem directa;

ta, adversus extraneum rei feudalis possessorem sive detentatorem, simpliciter; quocunque casu res feudalis ad eum pervenerit. F F. communiter *per c. un.* § *Si verò* 1. *in princ. ibi. rem suam petat. Quid sit investit. 2. F. 2.* Sonsbec. *de feud. p. 3. num. 75. vers. cum v. feudum.* Duaren. *de feud. c. 19. num.* 1. Borcholt. *tr. de feud. c. 9. n. 21.* Vult. *2. F. 1. num. 23.* idq; si Vasallus vel nolit seu negligat, vel nequeat Utili rei vindicatione experiri *l. un in verb. ne ex aliena malignitate damnum. emergat. C. de acquir. & retin. poss.* Borcholt. *de feud. d. c. 9. n. 2.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th. 5. lit. c.* Vasallo etenim & Domino concurrentibus in vindicando à tertio, non utrique simùl ad agendum admittitur, sed Vasallus Domino præfertur. F F. communiter *p. c. un. de controv. inter vasal. & alium de benef. 2. F. 34.* Borcholt. post alios *de feud. c. 9. n. 7.* atq; id respectu juris & temporis illius, quo res est feud. his. Baro à Tautenb. *in d.* §. *rei autem. de Invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* Hartman. Hartmanni *pract. observ. tit. de feud. obs. 13.* Schneid. *p. 1. num. 27.* Gothof. Ant. *disp. feud. 13. th. 3. lit. b.* Hanc actionem Dominus,

etiam contra vasallum Assertum, qui se vasallum esse, & rem jure feudali possidere asserit, intentare potest, *per text. in cap. 1. §. si v. vasallus. 1. Quid sit invest. 2. F. 2.*

LXX.

Contra vasallum autem Verum, Dominus hac reali actione non aliter experietur, nisi feloniam vel culpam commiserit, ob quam ipso feudo privari jure possit *per. c. un. in fin. de alled. 2. F. 50. c. un. in pr. vers. callidis. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* Mozz. *tr. de feud. c. 8. rubr. Quæ act. oriat. ex feudum 9.* Vult. 2. *F. 1. n. 31.* & Dd. communiter. quia vasallus non tantùm juris sibi constituti possessionem, sed etiam dominium habet, idque ex voluntate domini, uti ratiocinantur Duaren. *c. 19. in pr. &* Mozz. *d. rubr. quæ act. oriatur, ex feud. n. 20.* Dominus autem consultiùs utetur remedio vindicationis, quàm ut vasallum feudo propria authoritate dejiciat; verèndum enim, ne ab vasallo actione spolii pulsus, se exceptione feloniæ, quamvis notoria fuerit, tueri non possit. Rutger. Rulant. *tract. de commissar. p. 3. lib. 3. cap. fin. n. 6. & seqq.* Ubi ita in

Camera

Camera Imperiali in ardua quadam causa judicatum, insuperq; Dominum in expensas condemnatum fuisse refert. ratio est, quod Vasallus de possessione feudi absque laudatione Parium admi non possit neque debeat *c. un. de feud. fin. culp. non amitt.* 1. *F.* 21. *& cap. un. seq.* § *Sancimus, fin. Quo tempore mil. inveſt. pet. deb.* 1. *F.* 22. *c. un. extraor. de Fidelitate* 2. *F.* 76. *& Consit. Henrici de cauſ amittend. feud. v. Si quis autem fuit.* 5. *F.* 2. Non autem negamus hîc, Dominum non solùm de re Corporali, ut jam dictum est, sed etiam Incorporali ob servitutes feudo competentes aut non competentes actionem confessoriam & negatoriam posse instituere, idque tùm præcipuè, si vasallus omnino nolit vel negligat eas vindicare. *per arg. quæ dicta sunt th.* 69.

LXXI.

In Personam Condictione feudali.

In personam actio Domino competens est, Condictio feudalis & ex moribus, quâ petit, ut à vasallo, quæ vel speciali Curiæ, vel generali feudorum consuetudine sint præstãda, præstentur. Vult. *d. lib. n.* 17. quâ etiam ad omnia, quæ in feudorum jure ipsi attribuuntur, agere potest. Wesenb. *c.* 17. *n.* 7. Spec. *tr. de*

feud. §. fin. per l. 1. ubi Bart. ff. de Co ex leg. Herman. Vult. *2. F. 1. n. 29.* Ru *tr. de commiſſar. d. part. 3. lib. 3. ca n. 5. & ſeq.*

LXXII.

Actione ex Stipulatu.

Maximè autem Perſonali ac experiri dominus poteſt contra v lum, ob denegata ipſi ſervitia. E dem, vel Actione ex ſtipulatu, ſi me te ſtipulatione ſervitia expreſſa ſint, er die Lehen verdienen ſoll. Schneidw *n. 28.* vaſallus autem præſtare ea d ſtaverit. Vult. *2. F. 1. n. 28.* Obr *tract. de feud. lib. 4. c. 10. n. 28. &* Zab. *exercit. feud. 9. th. 7. lit. d. v. minus.* vel, ſi mavult, Condictione c

Condictione cauſa datâ.

data cauſſa non ſecutâ; quando vid. c ob quam feudum conceſſum eſt, ſe non eſt, puta, ſi vaſallus ſervitia præſt renuat. *c. un. poſt med. princ. de feud. culp. non amitt. 1. F 21.* Borcholt *de c. 9. n. 22.* Gothof. Ant. *diſp. feud. 3. lit. d.* Zabel. *d. exerc. 9. th. 7. lit. c.*

LXXIII.

Utili Præjudiciali.

Tandem etiam FF. commun Domino Utilem Præjudicialem ac nem adverſus vaſallum, ſe Domin ſallum negantem, aſſignan; ut

alios Rittershus. *partit. feud. lib. 2. c. 8. quæst. 15.* quod nos eo potissimū casu admittimus, ubi Vasallus non sciens & dolo, sed probabili forte ignorantiâ feudum & jus vasallagii neget: quamvis alii contra sentiant, quorum argumentis in disputationis actu satisfaciendum erit.

LXXIV.

Revocatoriâ & Caducariâ.

Revocatoria autem & Caducaria Domino feudi non denegabitur, quando Vasallus justo tempore feudi investituram non petierit, & ob hoc, vel etiam ob alias justas feudi amissionis causas, sententia Parium in ipsum lata fuerit, *arg. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. ea lege. 3. C. de Condict. ob caus. dat. l. fin. C. de revoc. donat.* latissimè Sonsbec. *in tract. feud. p. 13. n. 75. & seq.* Ferar. *in for. libell. &c.* Hujus actionis extrema hæcce respectu Domini concurrunt (1) ut feudum sit apertum Domino. (2) ut Dominus agat & non hæredes. (3) ut agat adversus delinquentem Vasallum, vel alium possidentem, & non hæredes ipsius; nam si ad alium Dominum feudum interim pervenerit, vel Vasallus lite nondum contestatâ decesserit, filius

feudum istud non amittet. Lehnr. *c.44. v.* Kompt aber das gut. nec etiam respondere cogitur, nisi ob debitum vel mulctam jam decretam. Lehnr. *c.45.v.* Der Sohn. (4) ut petat declarari feudum per commissam feloniam amissum esse, sibiq; restitui debere. Quomodo autem procedendum sit Jur.Sax. quando omnia suprà objecta à vasallo negentur, explicat Lehnr. *c.42.per tot.*

LXXV.

Extraneo. Cõdictione ex moribus.

Tandem etiam ad Extraneum Actorem devenimus, quo referimus liberos & agnatos vasalli defuncti: His enim præter actiones vasallo attributas, etiam competit actio in personam, ad feudum à prædefuncto vasallo illicitè alienatum, revocandum; quæ itidem Condictio ex moribus dici potest. *c.un.§.Sed etiam. i.per quos fiat invest. 2.F.3. c.un.§. Titius. Si de Feud. defunct. content. sit. 2.F.26.* Rittershus. *partit.feud.lib.2.c.8. q.19. cum aliquot seqq.* Rulant *tract. de commissar. p.3. lib.3. cap.fin. n.19.* Ad hanc verò actionem instituendam necessariò requiritur, (1) rem feudalem

lem esse illicitè alienatam, (2) ut is agat, qui alìs erat successurus, (3) ut agat intra annum vel 30. annos. *arg. c. 1. §. Si quis 5. v. Titius filios. ſi de feud. defunct. contr. &c. 2. F. 26.* (4) ut petat alienationem rescindi & feudum sibi restitui: Atque hæc eadem actio ipsis agnatis competet, etiam ad feudum ob feloniam commissam ablatum consequendum. Rosenth. *c. 12. concl. 10.*

LXXVI.

Cæterùm in genere actiones alias actoribus ratione feudi dari posse & competere, nequaquam dubitamus; verùm, cum propter varios rerum casus enumerare omnes impossibile foret, sufficiet nobis communiores & frequentiores hùc retulisse, cum alìs omnia, quæ in jure consistunt, imò jus ipsum ad ea potiùs aptari debeant, quæ & frequenter & facilè, quàm, quæ per rarò eveniunt. *per ll. 3. 4. & 5. ff. de LL.* Reliquæ igitur, si quæ emerserint actiones, juxta effatum Oberti *c. un. v. strenuus. de feud. cognitione. 2. F. 1.* sine calumnia ex jure communi desumi poterunt. Atque

que hactenus de parte litigante Actore Sequitur ultimò de parte litigante altera, scil. Reo.

LXXVII.

2. Persona rei.

Reus à re, quæ ab eo petitur, habet nomen. *c. forus. in fin. Extr. de V.S.* & propriè is dicitur, qui ab actore provocatur, ut cum eo agatur; & ut de causâ controversâ in judicio respondeat. *l. judicium 10. in fin. ff. fin. regund.* Vult. *2. J. R. n. 17.* seq; defendat, & propulset actionem vel accusationem. Schrad. *in lexic. Jurid. verb. Reus.* (vulgò Beklagter). Hic & jure feudali sua habet arma scil. Exceptiones, quibus tela adversarii in ipsum transmissa avertere, & se propulsatione satis defendere potest. *per text. c. un. ibi. & excipiendi potestatem habet. de contr. in vasal. & alium. 2. F 43. & c. un. v. rei autem investitæ. in v. defensionem opponere. 2. F. 8.* intellige autem defensiones seu Exceptiones Utiles, ratione utilis vel quasi dominii, quod habet in re feudali *dd. cc.* Quænam autem in causis feudalibus Reo competant exceptiones, jure feu-

Exceptiones Reo competentes.

feudali decisum non reperitur: Poterit ergo exceptionibus uti communibus, vel cõtra Judicis vel Actoris personam, & quæ communi jure ipsi conceduntur, sive istæ fori Declinatoriæ, sive Peremptoriæ fuerint. *arg. d. c. un. §. strenuus. de feudi cognit. 2. F. 1.* vel etiam Specialioribus, adversus singulas actiones feudales directis.

LXXVIII.

Circa Declinatoriam fori notandum, eam opponi posse, quotiescunque de Incompetentia judicis constet: nam, si conventus coram Domino, neget se Vasallum esse, causam Ordinarius cognoscere debet, an Vasallus reus sit vel non: Causa autem summatim cognitâ, si exceptio vera fuerit, Ordinarius in procedendo pergere: sin verò fictitia & falsa, ad Dominum redire causa debet. Jacob. *in verb. & dicti vasalli. n. 22.* Verum hic cautum vasallum oportet esse, ne, dum sciens amicum fugiens, ab hoste capiatur; Si namq; sciens se vasallum negaverit, ipso jure propter infidelitatem de feudo cadet ipsoq; privabitur.

Sed

Sed Peremptoriæ exceptiones facilè ad omnes actiones suprà enumeratas colligi poterunt, consideratis ibi requisitis. Deficiente enim uno requisito statim nascetur exceptio. Atque tantùm dixisse sufficiat pro ratione nostri instituti, de Feudi Persecutionis parte prima.

FINIS.

Collegii Feudalis publici
Disputatio XII.

De
Ordine & Proceſſu Feudali.

Respondente

Johanne Matthia Hübnero, Norib.

Thesis I.

Vſum eſt in præcedente disputatione de Perſecutionis feudi prima parte: Perſonis nempe conſtituentibus judicium; cui nunc juſto ordine & decenter, alteram partem, quæ in ipſius judicii forma, Ordine & Proceſſu vertitur, ſubjicimus. *Feudi perſecutionis altera pars. Proceſſus.*

II.

Qui dum peculiaris jure feudali præſcriptus non eſt, ad jus commune ſcri- *Civilis & Feudalis.*

prum oculi erunt convertendi, & quantum fieri potest, decisio ex illo repetenda, absque calumnia, ut expressè vult Obertus *in cap. 1. de feud. cognit. 2. Feud. 1.* Per quem textum hoc pro Regula tradere omnes, testatur Hartman. Pist. *p. 3. q. 25.* & per eundem textum idem docuerunt. Bl. *in cap. 1. §. præterea.* & *ibid. Præpos. num. 9. de prohib. feud. al.* per Frid. Jason. *in prælud. feud. n. 63.* Curt. Jun. *part. 1. part. 4. pr. num. 1.* Zas. *de feud. part. 7. num. 6.* & respondit Alex. *Cons. 5. num. 4. vol. 5.* quod in causis feudalibus, deficiente consuetudine, recurrendum sit ad id, quod jure communi est decisum.

III.

Civilis & Feudalis.

Id ipsum celebratur etiam ab omnibus Interpretib. ut Alvarot. *ad §. penult. 2. Feud. 55.* Ardizone *in summa feud. tit. de content. feud. sub rubrica: Qualiter in causis debitè procedatur*: & Canonistis *ad c. Cæterum ext. de jud.* teste Rittershus. *lib. 2. part. feud. cap. 9. q. 29.* Adde Hartm. Hartman. *in pract. observ. 42.* Belvis. Isern. Pet. Raven. & horum Assecias. Salva tamen cujusque Curiæ seu fori inveterata consuetudine, Wesenb. *cap. 17. num. 10.* Borcholt.

cholt. *cap.* 10. *num.* 36. Dn. Vult. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. Gœdd. *disp. Feud.* 11. *th.* 12. *& communiu Dd. Schola.*

IV.

Sicut itaque aliàs vel Ordinariè vel extraordinariè, & ut ajunt, summariè proceditur, ita & hîc. Eâ re, secundum jus commune, si modo judicio ordinario procedatur, opus omnino est, ut Adversarius citetur; quod in omnibus negociis, ex quibus aliquis lædi potest, observandum esse tradit Schurff. 1. *Cons.* 9. Gail. *obs.* 48. *num.* 1. *lib.* 1. *juxta l. de unoquoq; ff. de re jud. l. nam ita Divus. ff. de adopt.* vid. latissimè Philipp. Portium *lib.* 1. *comm. opinion. conclus.* 43. Adeò, ut ne statuto vel principis Constitutione, hæc judiciarii Ordinis substantialis solennitas adimi possit, cum sit species defensionis, & ex ipsius naturæ promanet fortibus, quæ defensio nemini deneganda, *l. defensionis facultas & ibi Dd. de jur. fisc.* ne quidem Diabolo ut loqq. Dd. & Rot. Rom. *dec. sis.* 364. idque etiam juri divino consentaneum docet Evarist. Papa *in c. Deus Omnipotens* 2. *q.* 1. *ex Genes.* 18. *c.*

V.

Hinc licet in Principis Consistorio solennitates Ordinis judiciarii non attendantur, sed solâ facti veritate inspectâ, de simplici & plano procedatur, citationis tamen solennitas nullo modo omitti potest, ut est text. form. *in Clement. pastorales. §. Cæterum de sentent. & re jud.* In consimili, nec stylum nec consuetudinem, ut citatio negligatur, induci posse, prolixè ostendit Peregrin. *in Consil. quod refertur inter Consilia Farinac. lib. 1. Cons. 85. n. 21.* ad hunc unum effectum, ne processus ipso jure reddatur nullus, cum nullitas inde proveniens, inter alias omnes potentissima sit, ut dicit Vantius *in tract. de nullitatib. tit. de nullit. ex def. sentent. Adde Marant. part. 6. tit. 6. de Citatione per tot.* Felin. *prolixè in c. cum olim 11. de sent. & re jud.*

VI.

Porrò requiritur, ut libellus offeratur, cujus formula in actione in rem, antiquis moribus consentanea est; Ajo feudum hujus prædii meum esse; in Actione in personam: Ajo Titium vel Vassallum meum, has vel illas operas mihi debere, vel Titium Vassallum mihi insidia

diatum eſſe, Giph. *c. ult. de feud.* Formulas receptas vid. apud Specul. Ferrar. Oldend. Joh. Planc. & alios.

VII.

Induciæ poſcente neceſſitate definiantur, lis conteſtetur, depoſitiones teſtium conſcribantur, conſcriptæ â judice legitimè publicentur, & ſimilia ad proceſſus cujusque judiciarii ſubſtantiam pertinentia cuſtodiantur, idque ex natura feudi, Mozz. *de natural. feud. n.* 127. ubi hoc non in prima duntaxat, ſed ulterioribus etiam inſtantiis faciendum eſſe dicit, *verſ. amplia ut ordo.* Weſenb. *d. c.* 17. *num.* 10. Hartm. Hartm. *ſub tit. de feud. obſerv.* 41. Blanc. *lib.* 4. *de feud.* Schneidw. *p. ult. cap.* 1. *n.* 34. Borcholt. *c.* 10. *n.* 36. Vult. *lib.* 2.

VIII.

Appellationes inſuper à ſententiis latis, in cauſis feudalibus eſſe permiſſas, notant omnes *in cap.* 1. §. *fin. quo temp. mil.* Ita quidem ut gradatim fiant, ſicut fit in cauſis non feudalibus 5. Civilibus *per text. & gl. & ibid.* Alvarot. & Schenck. *in c.* 1. §. *fin. quo temp. miles.* 1. *Feud.* 22. Nam omiſſo medio judice, ad ſuperiorem de jure Civili appellari non licet *text. in l.*

Imperatores de Appellat. quod in terris Imperii sequimur, *Ordin. p. 2. tit. 29. §. 1.* quia jurisdictiones non debent confundi. *l. nemo. C. de jurid. om. jud.* Natta *Cons. 271. num. 1. & 2. vol. 2. incip. concurro.* Guid. 456. *num.* 3: quem omnino vide. Gail. 1. *obs. 119. num. 2.* etsi secus sit jure Canonico, *text. in c. Metropolitanum 2. q. 7.*

IX.

Fallit & interdum de jure Civili, puta, quando medius judex palam & evidenter denegâsset justitiam, aut esset inhabilis, vel ratione suspicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis: quia tunc omisso medio judice potest appellari ad ipsius superiorem, secund. Abb. & alios *in c. dilecti de Appellat. col. pen. vers. nonus casus adde Ord. d. loc. in pr.* Tale præjudicium in Camera evenisse, in causa **Walstrum/** contra **Pentelin/** ubi appellatum erat à Senatu oppidi **Ham** (quod subest Duci Clivensi) ad Cameram, non ad Ducem; & licet Dux pro interesse opposuerit, exceptionem omissi medii in appellando, tamen ob suspicionem Ducis: quod suspicio erat eum plus favere appellatæ, causam in Came-

Camera eſſe receptam notat Mynſing. 1. *obſerv.* 67. ubi plures fallentias adducit, quas & plures etiam congeſſiſſe Socin. *in ſuis fallent. reg.* 23. & Maran. *in ſpec. jud. p.* 6. *tit. de Appell. num.* 357. *cum multis ſeqq. unâ teſtatur.* Adde Gail. *d. l. & obſ.* 28.

X.

Ad hæc ſi opus fuerit, appellationes tales, ſpatio jure communi determinato, intra decem dies interponendæ & intra annum proſequendæ. Roſenthal *cap.* 12. *concl.* 72. Curt. Jun. *part.* 7. *num.* 31. Clar. *in* §. *feudum. qu.* 91. *in fin.* Weſenb. *de feud.* Mynſing. *Cent.* 5. *obſ.* 5. *num.* 5. & ita in judicio Cameræ Imperialis ſæpè obtinuiſſe docet Fich. *in addit. ad Villalob. lit.* F. *num.* 28. Adſtipulatur etiam jus noſtrum Provinciale Saxonicum Appellation Ordnung/ *Rubr.* Wer vor vnſer. *in pr. ibi.* oder Lehenleute.

XI.

Uti autem ex conſenſu populi tacito vel expreſſo, à ſolennitatibus aliàs in proceſſu ordinario requiſitis, ſine dubio recedi poteſt, adeò ut omnia quæ acta ſunt ſubſiſtant, teſte Instigl. *de feud art.* 95. *num.* 24. & poſt eum

Vult. *d.lib.2.cap.3.num.2.in fin.* Ita notandum hoc loco, jus feudale commune, inprimis verò Saxonicum nonnulla circa processum singularia habere, quæ alias in foro communi aliter practicantur, de quibus deinceps videndum. Vult. *d. l. num.5.*

XII.

Singularia Processus feudalis.

Primum autem singulare statim eâ parte, quæ initium omnium actionum instituendarum ab Imperatore Justiniano *in § fin. Inst. de pœn. tem. litig.* dicitur, citatione nimirum deprehenditur, tum circa Edictorum temporis quantitatem, tum circa Edicti peremptorii decernendi qualitatem seu modum.

XIII.

In Citatione.

Circa temporis quantitatem, expediti juris est, secundum jus nostrum Civile, edicta non minus decem dierum, in se continere *per text. l. per intervallum* 68. *de jud.* Jure verò feudali citationis tempus arbitrarium est, respectu Curiæ patrium, ut in se citatio spatium septem vel decem dierum contineat, arbitrioq; Curiæ terminando relinquatur, *c. un. de milit. Vasall. qui cont. 2. Feud. 22. ubi Accurs. v. 7. vel decem.*

XIV.

XIV.

Non minor circa citationis peremtoriæ qualitatem seu modum occurrit specialitas, quæ qualitas consistit in Impetrationis modo, tempore, loco, & insinuandi ratione.

XV.

Impetrationis modus Jure Saxonico est, ut cognitâ prius per tres vel plures summatim causa, an sibi liceat actionem istam instituere, licentiam impetret, & quo die, loco, per quem & qua ratione citatio expedienda sit Vasalli indicium suum interponant. Lehenr. *art.* 65. *v.* Wann dann der Herr. *& seq. v.* Ist auch ein Mann. Schrad. *p.* 10. *de feud. sect.* 8. *n.* 32. 55. *& seqq. & sect.* 9. *n.* 213.

XVI.

Tempus quod attinet, verum est jure Civili statim peremptoriam, quæ una pro omnibus vocatur, tot dies, quot alias, terneq; citationes comprehendissent, *l. nonnunquam* 72. D. *de judic. l. consentaneum* 8. C. *quomod. & quand. jud.* continens, non enim angustiore spacio continetur aut circumscribitur puta 30. dierum per *d. l.* 68. *cum* 26. *seqq.* Novell. 112. *cap.* 3. *in pr. v. Si verò.* decerni posse; Feu-

Rex judicat, is locum inferere non cogitur: ubi enim Princeps est, ibi totum jus est: uti habet textus. Lehenr. *cap.* 73. *in pr. & ib.* Zobel. *lit.* C.

XVIII.

Insinuationis ratio Jure feudali communi alia nō est, quàm Juris Civilis, quæ vel citato in persona, vel ejus uxori aut alii in domo: ut plurimum verò procuratori ipsius facienda, *arg. l.* 1. §. 1. *& ibi Costal. ff. de agnosc. & al. lib. clem.* 1. *de judic. Marant. in speculo. de citat. n.* 95. *&* 126. *Ordinat. Cam. part.* 1. *tit.* 37. *& ult. ib.* Zehenden. *&* t. 38. *in prin. ib.* selbst zu verantworten. Mynsi. *cent.* 3. *obs.* 37. *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud. cas.* 52. *in fin.* Hanneton. *p.* 1. *tract. jud. cap.* 1. *n.* 20. Illud verò Jure Saxonico speciale est, quod prima citatio in feudali causa Reo in persona, nec ad domum fieri debeat Lehenr. *cap.* 65. *v.* Den ersten Reichstag *&c.* Deinde quod insinuatio fieri debeat non saltem per nuncium juratum, sed & in præsentia duorum vel plurium Vasallorum, qui hoc audiunt, & de eo testari possunt. 65. *v.* Ist auch ein Mann. *& v.* Herauff fragt er.

XIX.

Citatione legitimè factâ, vel non comparent partes & contumaces sunt, vel *In Contumacia.*

vel comparent. Priori casu, si Vasallus contumaciam contrahit, illa vel Levis est, vel Magna.

XX.

Levem tunc dicimus contrahi, quando post meridiem demum advenit, quæ Jure communi non attenditur, quo tota dies cedit citato. Jure vero Saxonico mulctari potest, si post inchoatum judicium venerit (quod ante meridiem olim fieri necessum erat, ut infra dicitur) nec legitimum impedimentum allegaverit. Lehenr. *cap.* 65. *v.* **Der Mann würde.** quod tamen vel testibus probandum vel juramento confirmandum, uti ad finem dicetur ex Lehenr. *cap.* 51.

XXI.

Magnam committit contumaciam Vasallus, si post trinam citationem planè non comparet: & tunc Dominus statim in possessionem feudi mittitur: eamque Vasallus, nisi intra annum se fistat, contumaciam purget, omnesque illud quod interest domino solvat, adeoque possessionem recuperet, amittit. *c.* 1. *in pr. de milit. Vasall. qui contumax.* 2. *Feud.* 22. Hartm. Pistor. *copiosè part.* 2. *quæst.* 50. *per tot.* id quod non tantum Juri communi con-

consentaneum est, uti patet ex *l.* 4. §. *Si forte. & l. si finita.* 15. §. *non autem.* 21. *ff. de damno infect. l.* 7. §. 1. *&* 2. *ff. ex quib. caus. in poss. eat. c. quoniam* §. *in aliis ext. ut lit. non contest. cap.* 1. *& seq. ext. de eo qui mittit. in poss. c. contingit ubi Gl. & Dd. ext. de dol. & contum.* Sed & Legibus Longobardicis, inprimis verò Juri Saxonico. Lehenr. *cap.* 65. §. Dieweil der Beklagte. *usq; ad fin. & cap.* 67. *in pr.* ubi & antiquus contumaciam purgandi & recuperandi feudum modus traditur, potissimum autem in *cap.* 66. *per tot.* Ad effectum autem illius purgationis, intra annum missionis ex primo decreto faciendæ est, ut non tantum illud ipsum feudum recuperet, *d. c.* 1. *v. Sed si intra annum.* 2. Feud. 22. *c. ult.* §. *fin. ext. ut lit. non contest. l. si finita.* 15. §. *Si jam ruerunt.* 34. *ff. de damno infect.* sed & Expectativam, das Geding / Jure Saxonico Lehenr. *cap.* 79.

XXII.

Eadem procedendi ratio, & in Domino contumace observanda est, si Vasallus de Domino conqueratur: fortè quod contra juris ordinem & per vim possessionem feudi intraverit. *d. cap.* 1. *v. Si verò Vasallus.* ubi tria occurrunt singularia:

Primum,

Primum,quod ante emissam citationem Dominus ab ipsâ Curiâ extrajudicialiter interpellandus, & verecundè hortãdus sit,ut possessionem Vasallo restituat: id quod reverẽtia domino debita omninò exigit, & desumptum videtur ab exemplo liberti de quo in *l. cum affirmes. 8. C. de liberal. tauſ. & l. ſi liber. 9. C. de condict. ob cauſ.* Quæ Curiæ,ut Judicis ordinarii, hottatio pro jussu & moderatâ coactione est, ut & *d. l.* ab Oberto describitur. Alterum est, si Dominus huic hortationi, & subsecutæ trinæ Parium citationi non paruerit, quod Vasallus, etiam sine interpositâ appellatione, superioris auxilium implorare possit. *d. c. 1. v. quod ſi ter admonitus. & ib.* Alvarot. *n.* 1. *Præpoſit. n.* 5. & Matth. *de Afflict. num.* 11. Tertium quod si vel superior non adsit, vel monitus non obediat justitiæ Dominus, nec Citationibus satisfaciat,permittitur Vasallo propriâ auctoritate suum recuperare, vel Dominum deprædari, vel armis in ipsum grassari, quasi fide & juramento penitus soluto. *h. c. 1. in fin. Radevic. Lib. 4. cap. 24. in Hiſt. ſui temp.* Quod quidem Juri Civlli adversum videtur, quo nemo rem suam apud alium existentem,

aut etiam alterius ſine judiciari manu invadere poteſt. *l. extat. 13. & ib. Dd. ff. quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam. 7. C. unde vi.* nihilominus tamen ut juſtum approbat Mynſing. *Cent. 4. Obſ. 91.*

XXIII.

Sed non deſunt cauſæ, quæ emanentes interdùm à contumacia liberant: quarum principalis eſt, abſentia Reipublicæ vel militiæ cauſa. Nam ſi quis eo tempore à ſuperiore Domino requiſitus ſit, ut ſervitia militaria præſtet Imperatori, vel Imperio ac Reip. citatio iſta excuſationem præſtat, jure communi indiſtinctè, & Jure Saxonico ſaltem in feudali, non verò civili cauſa. **Lehenr.** *cap.* 80. *v.* **Wird aber des Reichsherrn fahrt.** Sic contumax non eſt, qui eo die, quo comparere & Domino reſpondere debet, illi ſervitia præſtat. **Lehenr.** *cap.* 67. *v.* **Welches Tages.** niſi duo Vaſalli invicem coram Domino contendant: tunc enim cauſa ipſorum cognoſci poteſt. *d. cap.* 67. *v. ult.*

XXIV.

Sic & is excuſatus eſt, qui eo die in alià causâ feudali ut indicet à Domino citatus eſt: modò ipſe vel procurator

id

id probaverit, vel mediante juramento asseruerit. Lehenr. cap. 80. *in pr.* Et generaliter omnia alia legitima impedimenta, puta carcerationis, morbi, feriarum & similia excusationem præstant, modò illa in judicio allegentur & negata si fuerint probentur. Lehenr. cap. 24. v. Deßgleichen / *usq; ad fin.*

XXV.

In Judicij. Posteriori casu, p. si compareant Litigatores, suscipiendum est ipsum Judicium: ubi itidem nonnulla occurrunt singularia, tum circa Locum & Tempus habendi, & formam inchoandi judicii, tum circa comparitionis præsentiam & proponendi modum: tùm circa Advocatorum personas, Dilationes, Satisdationes, aliasq; judicii partes: antiquo potissimùm Saxonum jure.

XXVI.

Loco. Locus Jure communi quilibet aptus est, modò honestus sit. Alvarot, *in c. præterea. num. 5. de prohibit. feud. alien. per Frid.* 2. *Feud.* 55. Jure verò Saxonico quivis etiam honestus locus, apertus & non concluſus admittitur: modò sub alio sit. Nam in Ecclesiis, Cœmiteriis, Arcibus, & sub tectis undiquaq; opertis & clausis,

sis, aut in occlusis atriis vel domibus feudale judicium exercendum non est. Lehenr. *cap.* 65. *v.* Vor Mittage. & *v.* Unter beschlossenen. & *cap.* 73. *in pr. ib.* ohne in Kirchhöfen. & *v.* die Burgthor. Zobel. *d.c.*65. *lit.*E. I. K. & KK. & *d.c.*73. *lit.*C. & D. Reinhard. *part.* 3. *differ.* 15. Coler. *decis.*85.

XXVII.

Inprimis verò notandum, quod si de feudo sit controversia, quod Dominus ab Imperio recognoscit, inter ipsum & Vasallum, in loco simili: h.e. Imperii: Sin de alio & proprio; in propria feudi civitate, pago vel arce judicium exercendum esse. Lehenrecht *cap.* 65. *v.* Wann jhm dann solches.

XXVIII.

Tempus judicii feudalis regulariter antemeridianum, ac dierum Fastorum, & Juridicorum est, per expressos juris Saxonici textus in Lehenr. *cap.* 65. *v.* Vor Mittage. & *v.* Wann die Sonne nieder gehet. & *cap.* 73. *in princ. ib.* gebundenen Tagen. *Tempore.*

XXIX.

Forma inchoandi & celebrandi judicii feudalis das Lehen Gerichte hegen/ in *Forma.*

eo consistit, ut Judex feudalis singulos illius actus cognitâ per Assessores causâ expediat ordine illos interrogando, quorum quilibet, qui interrogatur sententiam dicit, prout illud latissimè explicatur. **Lehenr.** *cap.* 65. *v.* **Alsdann der Herr.** *num.* 6. *in fin. v.* **Herauff fraget er.** *n.* 7. *& v.* **Wann denn der Herr.** *num.* 9. *usq; ad fin. Et in Processu feud. post* **Weichbildt.** Reinhard. *in sua informat. tit.* **Kurtzes Bedencken / welcher massen nach verordnung Sächs Lehnrecht** *&c.* Schrad. *p.* 10. *sect.* 9. *num.* 222. quæ tamen ab Electore Augusto *part.* 2. *Constitut.* 27. valdè immutata est.

XXX.

Comparitionis modus in eo est, quod Vasallus ingressurus judicium, sive actor sive reus sit. Schrad. *part.* 10. *de feud. sect.* 17. *num.* 70. *& seqq.* debeat omnia arma & similia instrumenta, quibus nocere possit Domino, deponere, quæ enumerantur. **Lehenr.** *cap.* 68. *v.* **Eher auch der Mann.** nisi decem libris nummorum, Domino intrà quatuordecim dies ad domum persolvendorum, mulctari velit. **Lehenrecht** *cap.* 69. *v.* **Zehen Pfundt.**

&

& Gloſſ. ibid. num. 21. *&* v. **Beydes Buſſe vnd Gewette.** Sed ſi aliàs extra hoc judicium vocatus Dominum acceſſerit Vaſallus, inſtrumenta illa deponere non cogitur. *d. cap.* 68. *verſ.* **Eher auch der Mann.** In Domino verò id ſecus eſt, is quippe ejusmodi armis comparere non prohibetur, ceſſante ſcilicet metus tatione *ap. cap.* 68. *verſ.* **Eher auch.** *in fin.* Schrad. *d. part.* 10. *ſect.* 17. *num.* 73. *& ſeqq.*

XXXI.

Præſentiæ modum hunc obſervare Vaſallus debet, ut adſit reverenter, & compoſitis moribus; ita tamen ut muſcas abigere, & alia naturæ inimica avertere non prohibeatur. **Lehenrecht** *cap.* 69. *verſ.* **Vnd ob ſich.** & quamvis jure Civili Honoratiores ſedendo in judicio cauſas agere poſſint, cum qui minori ſunt dignitate & exiſtimatione ſtantes cum horum honeſtate & civilitate id expedire debeant, uti colligitur *ex l. ult. C. de offic. diverſ. judic. junct. l. ultim. in fin. Cod. ubi Senator. vel Clariſſ. l. quisquis in fin. C. de poſtuland. & Novell.* 71. propter reverentiam tamen

Domino debitam Vasallus stare in judicio, nec sine ejus permissu sedere debet. **Lehenr. c.69. v. Der Mann muß auch.**

XXXII.

In proponendo non permittitur Vasallo ut ipse clarè verba faciat, nisi interrogatus à Domino: itaque omnia per Advocatum proponere debet: ita tamen ut ipsi clam & in aurem loqui, aut deliberandi spacium & decessum petere nō denegetur. **Lehenr.** *cap.* 68. *v.* **offenbahr.** Idq; tertiâ vice unoquoq; judicio feudali, tamdiu donec toties revocetur: modò non excedat area, ut vocationem ex audire possit. **Lehenr.** *cap.* 69. *v.* **Es mag auch ein jeder.** Reversus autem categoricè ad id, quod deliberandum sumsit, respondere tenetur. **Lehenr.** *cap.* 68. *vers.* **Wann der Mann.**

XXXIII.

In Advocatorum personis.

Circa Advocati & Consultorum **Beystände** personas aliquot etiam occurrunt singularia. Nam utrique tàm Domino quam Vasallo litiganti, permittitur ex Judicum numero unum vel plures quos voluerint eligere, ita tamen ut

ut tres ad minimum relinquantur Judices, & adversæ partis Advocatus. **Lehenr.** *cap.* 68. *v.* **Hierauff so begehre der Mann.** *&* *v.* **Bittet dann der Mann.** modò id fecerit re adhuc integrâ, id est, antequam litem fuerit contestatus. Nam quamvis dilatorias vel declinatorias opposuerit litigator exceptiones, adhuc tamen ante litis contestationem Advocatum ex Assessoribus, **aus der Banck** / petere potest: postea verò nequaquam. **Lehenrecht** *d. cap.* 68. *v.* **Hierauff.**

XXXIV.

Deinde Vasallus, si nolit ex Assessorum ordine unum eligere, alium quidem Advocatum vel Patronū & Amicum adducere non prohibetur; modò is sit de paribus Curiæ, & Vasallus Domini Actoris: aliàs pro singulis extraneis adductis mulctam persolvere cogitur. **Lehenrecht** *cap.* 68. *in pr.*

XXXV.

Vasallus quoque à Litigatore extrajudicium interpellatus ut Advocati officium contra Dominum subeat, excusare se potest, & imò debet: nec enim ad

id cogitur, nisi expressè vel tacitè consentiente Domino. Tacitus autem consensus præsumitur, si vel judicum numero adscriptus est â Domino, vel nullum alium Vasallus litigator reperire posset: uti colligi posse videtur ex *cap.* 72. **Lehenr. v. Es mag auch.** *junct. vers. præced. & d. cap.* 68. *in pr.*

XXXVI.

Illud etiam singulare est, quod Advocatus aliud proferens in judicio feudali, quam Cliens confessus fuerit, aut jurare teneatur sibi id mandatum esse, aut mulctam Judici persolvere. **Lehenrecht** *cap.* 19. *in princ.* Hinc est, quod Judex feudalis Litigatorem ad singula ab ejus Advocato prolata, interrogare soleat, an ea rata grataque habeat, cui negranti nihil præjudicat Confessio Advocati. **Lehenrecht** *d. cap.* 68. *vers.* **Auff alle Rede aber.** Henning Gôden *Cons.* 29. *n.* 7. *post princ.*

In Dilationibus.

XXXVII.

In Dilationibus illud quidem juris est, quod cum summariâ causæ cognitione dandæ sint, *l.* 7. *& ult. ff. de feriis. l. ult. C. eod.* etiam parte alterâ invitâ: quod falle-

fallere videtur Jure noſtro Saxonico, quo Dominus Judex inter Vaſallos litigantes ſine utriusque partis conſenſu dilationes non concedere poſſe dicitur. Lehenr. *cap.* 65. *v.* Der Herr mag. *& ibid.* Zobel. *lit. V.*

XXXVIII.

In Satisdatione.

De Satisdatione judiciali, præſertim ex parte Actoris, quid Jure Civili veteri & deinde Novellarum obtineat, ſatis patet ex *pr. Inſtit. de Satisdat. & Nov.* 112. *cap.* 2. unde deſumpta eſt Auth. generaliter. C. *de Epiſcop. & Cler.* Illud in foro Saxonico certi juris eſt, quod poſſeſſor immobilium relevetur ab ejusmodi cautionis onere. Landrecht *Lib.* 2. *art.* 5. *Coler. deciſ.* 105. *num.* 6. *Conſt. Elect.* 5. *part.* 1. *& Ordinat. judic. tit.* 13. Vom Vorſtandt *in fin. princ.* In cauſis tamen feudalibus, præſertim ſi ad evictionem feudi agat Vaſallus aſſertus adverſus Dominum, nec tamen in poſſeſſione ſit, aliudque ab illo non recognoſcat, ſatisdationem fidejuſſoriam pro mulctis & damnis ipſum præſtare teneri docet, *cap.* 52. Lehenr. *& ib.* Zobel.

XXXIX.

In Juramento calumniæ.

Ulterius etsi secundum Juris Civilis & Cameræ ordinationem judices suscipientes munus judicandi, ad deponendum juramentum de rectè judicando adstricti sint (quod olim cogebantur præstare in singulis causis ad quas dati essent,) *per text. l. rem non novam* 14. *in pr. auth. hodiè* C. *de jud. l.* 2. *in pr.* C. *de jurejur. propt. cal. dand.* Nov. 15. *cap.* 1. Nov. 8. Num tamen idem juramentum Judices feudales præstare teneantur an secus, non idem sentiunt Interpretes. Qui tamen in eo videntur conciliari posse. Non exigi quidem à paribus Curiæ tale juramentum, (salva tamen cujusque loci peculiari consuetudine contraria. Mynſ. *obſ.* 89. *cent.* 4. *n.* 6. 7. *&* 9.) sed sufficere fidelitatis juramentum, *per text. c. un.* §. *ult. ibi sub fidelitatis debito juraturos de prohib. feud. al. per Frid.* 2. *Feud.* 55. *c. un. de contr. feud. ap. par. term.* 2. *Feud.* 16. Borch. *d. c.* 10. *n.* 37. si nimirum in illo juramento fidelitatis ab ipsis præstito, expressè juraverint, quod in omnibus causis, feudalibus, quæ inter Dominum & Vasallum movebuntur, & ad illorum cognitionem deferentur, utrique parti justitiam, administra-

re

re & recte judicare velint: tunc enim ipsi ulterius non tenentur, præstare juramentum de rectè judicando, de mente Wurmbs. *pract. quæst. lib.* 2. *c.* 23. *c.fin. fac. text. Auth. hoc sacramentum & ibi Dd. de juram. calum. l.pen.* §. *fin. C.de Curat. furios. c.etsi Christus ext.de jurejur.* Cujus rei rationem reddunt Speculat. *in tit. de requisit.Consilii.num.*8.Paces à Scala *in tract. de Cons. Sapient. lib.* 1. *cap.* 14. Campeg. *in tract. de testib, regul.* 160. *limit.* 13. *&* 14. Regulariter autem ad hoc juramentum de rectè judicando pares Curiæ adstrictos esse, (ita tamen ut si illud omissum fuerit, acta & gesta ab illis non vitientur, nec aliorum judicum Alb. de Rosat. *ad d.l. rem non novam.* 14. *n.*5.) sub forma præscripta à Schrad. *in tract. de feud. part.* 10. *sect.* 11. *num.* 127. *p.*3373. *qu.* 39. propter Regulam juris indubitati: quod omnes omnino judices, sive illi sint majores, sive minores, sive Ordinarii sive delegati: item etiamsi ipsi à litigatoribus electi fuerint, teneantur præstare juramentum de rectè judicādo *d. l. rem non novam* 14. *in pr. & ibi Dd.* Natta *Cons.*636. *n.*126. Cui regulæ juris semper inhærendum, & secundum eam semper pronuncian-

dum, nisi fides fiat illum casum, de quo agitur à regula exceptum esse, *l. ab ea parte 5. de probat. l. 4. §. & puto de hered. Instit.* Jason. *l. 2. n. 33. ff. si quis in jus vocat.* Cum itaque ab hac regula non reperiantur excepti Partes Curiæ, dubio omni caret, hanc regulam etiam in illis militare & locum habere: uti late deducit Schr. *d. l. quæst. 38. per tot.* Modernis moribus & temporibus cum in Germania Vasalli se rectè justitiam administrare & judicare velle jurent, attestante Zasio *in Epit. feud.* quem refert & sequitur Hartman. Hartm. *lib. 2. pract. obs. 1. de feud. obser. 23.* Rosenthal *cap. 12. concl. 47.* stamus exceptioni à regula. Quid enim ampliari juramenta opus est? Adde quæ dicta sunt in præcedente Disputatione de Persona Judicis.

XL.

Porro de jure communi, cujusquam litigantium liberum est ab Adversario suo juramentum calumniæ exigere, *per text. in l. jusjurandum ad pecun. §. qui injur. D. de jurejur.* hinc statim in primordio litis, litigantes jurant, quod non calumniandi animo litem moviſſent, bonaque instantia ad reluctandum perventuri es-

ri eſſent. *per text. expreſs. l. 2. in pr. C. de jurejur. propt. cal. dand. §. ecce enim* 1. *Inſt. de pœna temerè litigant.* quod generale vocatur. Licet etiam præſtito hoc generali, ſi ſuſpicio in uno vel altero judicii actu de malitiosè litigando apparuerit, inſuper ſpeciale juramentum calumniæ, Den Eyd vor gefehrde oder Malitiæ, exigente alterâ parte vel judice, ex officio jurare debeant. *d.l. jusjurandum* 34. §. *qui jusjurand.* 4. *de jurejur.* N. G. O. Von den Eyde. *Malitiæ* 33.

XLI.

Ab hoc autem juramento Dominus & Vaſallus invicem litigantes, ſi Feudiſtæ credimus, exempti ſunt, *per text. in cap.* 1. §. *in quibus de conſuet. recti feud.* 2. F. 33. Donell. *in tract. de jurejur. cap.* 13. *n.* 2. *& ſeq.* Sonsbec. *de feud. p.* 14. *num.* 33. Weſenb. *c. ult. n.* 11. idq; ſpeciale eſt hoc jure. Ratio eſt, & quidem pia Domino, quod & libertas à patrono id exigere prohibetur. *l.* 24. *de jurejur.* nempe quia obſervantia verecundia ſive reverentia obſtat, quæ non patitur ſiniſtram ſuſpicionem de calumnia ejusmodi perſonarum concipere. Rittershuſ. *lib.* 2. *part. feud. c.* 9. *q.* 29.

Pro

Pro Vasallo hæc militare dicitur ratio, quia ut est in æquissimo Prætoris Edicto; Quod quisque juris in alterum statuit, eo ipse uti debet, & quod alias in judiciis servanda sit æqualitas *ult. de fructib. & lit. expens.* Sed quia rationes hæ à parte Vasalli infirmæ valdè sunt, uti ostendit Donell. *Lib.* 24. *comment. cap.* 21. in ipsius persona jus istud in desuetudinem abiit, nec in Camera Imperiali servatur, ut diximus suprà *disp.* 5. *th.* 83.

XLII.

Num autem & inter Convasallos de feudo litigantes hoc juramentum Calumniæ cesset quæritur? Et cum hîc ratio, quæ fuit in superiore casu, cesset, nihilq; novi in jure feudali de hoc dispositum extet, non inviti in Negantium descendimus sententiam. *arg. c. un. §. strenuus de feud. cognit. 2. Feud. 1. facit l. quod vero 14. de LL.* Vult. *d. l. num.* 8. Harprecht *ad §. 1. Inst. de pœn. temerè litigant. num.* 57. Obrecht. *in tract. de juram. calum. cap.* 7. Gothof. Ant. *disp. ult. th.* 4. *lit. b. in fin.* adde Guil. Hannet. 4. *de feud. c.* 3. *vers. quo peracto.* Rittershus. *d. l. q.* 32.

XLIII.

XLIII.

Datur & aliud ſingulare, in reconveniendo, Licet enim jure communi reconventio regulariter concedatur, paribus paſſibus petitiones mutuæ ambulent, ſimulq; etiam dirimendæ ſint. *cap. 1. & ibi not. ext. de mut. petit. l. cum Papinianus* 14. *cum auth. ſeq. C. de ſent. & rubr. omn. jud. c. accuſatores* 3. *quæſt.* 8. In jure tamen hoc noſtro, ex communi Dd. ſententia *per c.* 1. *ut ratih. Vaſall. priusq. dom. diſc.* 2. F. 79. non permittitur, niſi ipſa ſit de cauſa feudali, ſive eadem ſive alia, aut certè conventionis cauſam aliquomodo concernat. Weſenb. *d. c. n.* 9. Vult. *d. loc. num.* 9. idque ob defectum jurisdictionis & qualitatem cauſæ. Goth. Anton. *diſp.* 15. *th.* 3. *lit. D.* quamvis Caccialupo, Hanneton. Mozz. contra Sonsbec. Schenck Baron. Weſenb. aliud videatur; nam cum hoc etiam deciſione Cameræ Imperialis; quæ inſtar legis eſt, confirmatum tradat, Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 90. pro lege etiam hodiè merito ſequendum erit. Vult. *d. l. num.* 9. *in fin.* Quin Jure Saxonico id in tantum procedit, ut pendente judicio feudali inter Dominum & Vaſallum ne quidem in alia cauſa

In Reconventione.

sa reconventio locum habeat. Lehenr. *cap.* 18. adeò ut reconventus respondere non teneatur. Lehenr. *cap.* 65. *v.* Wil auch der Herr. XLIV.

In Præsumptionibus.

Præsumtionum quoque materia non minus, hic, ut in civilibus locum sibi vindicat, quæ in dubiis rem magis allodialem & liberam, quam feudalem esse præsumit, *c.* 1. §. *inter* 2. *si de feud. def. content.* 2. *Feud.* 26. *cum* §. *sed si inter de contr. inter mast.* 2. *Feud.* 41. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 3. Vult. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. *& seq.* Cather. *decis.* 32. Afflict. *decis.* 267. Est enim feudum species servitutis, quæ in dubio non præsumitur *arg. l. altius* 8. *l. in ædib.* 9. *C. de servit.* Clar. §. *feudum q.* 18. Si autem feudalis natura doceatur, feudum potius proprium quàm improprium. 1. F. 2. & 10. *Menoch.* 3. *præs.* 95. *n.* 1. antiquum quàm novum præsumitur. 2. *Feud.* 11. 26. 85. Wesenb. *c.* 12. *n.* 1. & *Cons.* 93. *num.* 16. Præsumtiones tamen sunt sumendæ pro re nata, quæ certo thesium confinio intercludi non poterunt, quippe in quibus non tam scientiâ, quam prudentia opus est. Rosenthal *cap.* 12. *per aliquot concluſ.* Gothof. *disp. ult. thes.* 7. *in fin.* Schneidw. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 14. præsertim cum præsumtiones tollantur præsumptionibus. Schurff. *Cons.* 50.

Conf. 50. *Cent.* 3. generales à specialibus, pauciores à pluribus, levioris à fortioribus. Gail. 2. *obs.* 97. *n.* 18.

XLV.

